

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

2 400 40



MM

De la Comp^a de Jesus de Granada
Christophori Rosiniani .R. 7596 ^{Bd.}

C I C O S A G Æ I, P R Æ S I D I S

*ET CONSILIARII . REGII, AD CAROLVM
Lotharingum, Cardinalem & principem illustrissimũ
de re sacerdotali, seu pontificia quatuor libris exarata
commentatio.*

A T T E X T A . E S T I N S C R I P T I O

omnium capitum, quæ in alteris libris duobus
continentur, nam primus, per capita non est di-
stinctus, sed vno, perpetuoque contextu, omnem
suam prosequens, est matèriem.

C V M A P P R O B A T I O N E S A -

C R A E T H E O L O G I A E P A R I -

siensis facultatis, & consultissimæ

pontificiorum.

E V E T I A E P A R I S I O R V M,

Apud Poncetum le Preux, via Iacobæa ad in-
signe Lupi.

1 5 5 7 .

Cum privilegio, ad Decennium.





SACRÆ Theologiæ confessus in Parisiensi academia, permisit, nec impedit, aut intercedit, quominus hic codex pontificiæ commentationis quatuor libris exaratae, quem etiam censuit valde dignum esse, qui in lucem emitteretur, prælo tradatur, proferaturque in lucem, eo quidem modo, quo confessus ipse suo in publico scripto declaravit. Actum & Decretum, in comitiis Sorbonæ, referente honorandissimo, D. Doctore Benedicto Abbate à valle scholarium. Obsignate, Fourniero, scriba, & aceso. anno Domini. 1556. pridie calendas Ianuarij.

Priuilegij dictio, à principe irrogati.

Sancitum est autoritate regia, ne quis homo alius, ex genere typographorum, bibliopolarum, mercatorum aut aliorum, præter unum Poncetum le preux qui ex quatuor conscriptis, magnis Parisiensis academiae librariis iuratis, unus est, hanc rei sacerdotalis commentationem, Christophoro Roffiniaco cosagæo auctore, ante hoc proximum decennium, in hoc Franciæ regno, excudat, imprimat, edat: Neue, alibi vsquam, impressam, excusam, editam, vendat, addicat, producat, neu venalem, aut mâcupi, quoquam proponat: Qui secus faxit, multa illi erit, poena quidem in sanctione aestimata, irrogatio, tum & librorum omnium huiusce commentationis sectio, & amissio, lutetiæ Parisiorum. 15. Calend. mensis Martij. anno domini 1556. anno vero regni decimo.

Ex mandato Henrici 2. Francorum regis. D. Meldensium antistite, magno eleemosinarum præfecto præsentente, Signatum. du Tiers.

EORVM, QUÆ IN SEQUENTIBUS, à primo, libris duobus, per capita, tractantur, index breuis.

NAm in priore quidem libro, uti est præmonitum, nullo opus est inscriptionis capitum indice, propterea quod is, continuata sui serie fluit, in modum historicorum, scriptioisque & orationis perpetuæ, nec ullis est capitibus, aut vlla aphorismorum, dièresi, circuncisionéue interstinctus aut interpunctus.

SECUNDI IGITUR LIBRI, HÆC sunt, quæ enarrantur, capita.

In præfatione differitur, de prima habendorum in ecclesia conciliorum origine, tum & repetitur breuis enarratio quatuor sinodorum œcumenicarum, quæ habitæ sunt in generalibus comitiis totius orbis Christianorum, & quædam alia attexuntur in eo genere scitu dignissima.

Rubrica prima.

- De episcopali functione, & de his, quæ in œcumenico magnoque concilio Nicæno scita, rogataque fuere, eam in rem, deque toto episcoporum ministerio. Cap. primum.
- Præscriptionum concilii romani, quæ ordinem, pontificum præsulum, antistitum, decoréque respiciunt enarratio. Cap. 2.
- Actorum in Eleberino concilio, præcipua explicatio. Cap. 3.
- Sanctionum concilii primi Arelatenfis prouincialis summa. Cap. 4.
- Quæ scita sint, eam in rem, hoc est ad functionem Pontificium officiorum, Gangrensi in concilio. Cap. 5.
- Rogationis Arelatenfis secundæ capita. Cap. 6.
- Acta Carthaginienfis concilii multiplicis in vsum rei Christianæ. Cap. 7.

I N D E X.

Quæ præscripserit fynodus Anthiocæna.	cap.8.
Sardicenfis concilii Scita.	cap.9.
Decreta Carthaginenfis concilii tertii.	cap.10.
Rogationes concilii Carthaginenfis quarti.	cap.11.
Toletani concilii præscripta.	cap.12.
Ex Rhegiensibus comitiis, Quænã emanarint, spectantia ad functionem ordinis episcopalis.	cap.13.
Ex Agatenfi concilio eodem relata.	cap.14.
Acta concilii Chalcedonenfis, quæ ad hanc item rem pertinent.	cap.15.
De concilii Eparnenfis rescriptis huc etiam pertinentibus.	cap.16.
De rogatione Romana prima eodem relata.	cap.17.
De sexta Synodo Romana huc spectante.	cap.18.
Quæ in fecundis Aureliani comitiis hanc in rem sunt decreta.	cap.19.
Concilii Aurelianenfis tertii canonum enarratio huc relatorum.	cap.20.
Quæ ex quarto Aurelianenfi concilio huc spectent.	cap.21.
Quæ ex fecundo Turonenfi huc itidem referantur.	cap.22.
Quæ ex quinto Aurelianenfi huc spectent.	cap.23.
Quid in hoc rogarit tertia Synodus Toletana.	cap.24.
Quid porrò quarta Toletana.	cap.25.
Quanam ad propositũ thema, nẽpe ad rationem functionis episcopalis ex Constantienfi concilio magno sint excerpta, vbi obiter, de decumis sacris & aliis oneribus, vectigaliumque & redituum obuentionibus, quædam ex eodem concilio adferuntur.	cap.26. Rubrica altera.
De vita & moribus, & honestate hominũ sacraati generis, sacraatæque sortis, tum de eorũdẽ magnis quibusdam, vel tacito tabellæ suffragio, vel viua omniũ voce, publica que prærogatione, aut alio quodam modo consignandis electionibus.	cap.27.
Quid in eam rem sciuerit tertii Turonenfis concilii rogatio, tempore Caroli magni Imperatoris.	cap.28.

I N S C R I P T I C A P I T V M.

Quid porrò in idem statuerit cõciliũ Lateranẽse.	cap.29.
Tũ de actis Lugdunẽsis cõcilii, quæ hãc in rẽ sunt excepta. Vbi item è renata differitur obiter, de põtificis summi electione Romana, de comitiis, quę eam ob rem habentur, de cõclauis structura, apparatione, ac reliqua eorũ quæ inibi tum obseruantur accuratione.	cap.30.
Rubrica.3.	
De simonia, & scelestã sacrorum nundinatione.	cap.31.
Rubrica.4.	
De castigatiõẽ secus admissorũ, & actorũ cõtra præscripta, ex scitis Lateranẽsis cõcilii sub Innocetio tertio.	cap.32.
Rubrica.5.	
De dignitate & honore patriarchatus.	cap.33.
In Lateranenfi concilio, tempore Innocetii tertii, quid in id sit sancitum.	cap.34.
Rubrica.6.	
De metropolitanorũ, ordinatione, officio, magistratu, munere & institutione.	cap.35. Rubrica.7.
De his quæ dignitatem respiciunt Archiepiscoporum ex concilio Arelatenfi secundo.	cap.36.
Quid in eam rationem pro Archiepiscopis & metropolitanis sciuerit Antiocæna rogatio.	cap.37.
Quid item Agathenfi synodus.	cap.38.
Tum quid Calcedonenfis.	cap.39.
Tum quid Aurelianenfis secunda rogatio.	cap.40.
Tum quid Lateranenfe concilium, sub Alexandro tertio, hanc in rationem sciuerit, rogarit.	cap.41.
Rubrica.viii.	
De presbyterorum diaconorum, hypodiaconorum, ceterorumque clericorũ, functione & munere, ex Nicœna synodo ocumenica.	cap.42.
Actorum eiusdem concilii Nicœni, hanc in rationem, præcipua enarratio.	cap.43.
Ex rescriptis Laodicenfi concilii, quid pro hac causa adferatur.	cap.44.

I N D E X

Quid itē ex rogatiōibus synodi tertie Carthaginēsis.	ca. 45
Quid item ex quinto Carthaginensi concilio.	cap. 46.
Quid item ex concilio Toletano.	cap. 47.
Quid ex Agathensi.	cap. 48.
Quid ex Arausicano.	cap. 49.
Quid ex Veneto.	cap. 50.
Quid ex romano sub Hilario sumo pōtifice celebrato.	c. 51.
Quid ex Aurelianensi secundo.	cap. 52.
Quid tum ex tertio.	cap. 53.
Quid tum ex quarto.	cap. 54.
Quid ex secundo Turonensi.	cap. 55.
Quid ex eo, quod primū Lutetiæ, habitum est circa tēpora Pelagii Papæ, huiusce nominis primi,	cap. 56.
Quid ex quinto Toletano.	cap. 57.
Quid ex septimo Nicæno.	cap. 58.
Quid ex tertio apud Turonum urbem celebrato.	cap. 59.
Quid demum ex Lateranensi sub Pontifice summo Alexandro tertio peracto.	cap. 60. Rubrica. 9.
De decumis præstādis, & earū dē pēsitacione, ex Lateranensi concilio, proximè dictato.	cap. 61. Rubrica. 10.
De his, qui post cōtractū matrimoniū, vel sponsalia, sese alicui religioni, & coenobio addixerūt, ex scitis eiusdem Lateranensis concilii.	cap. 62. Rubrica. 11.
De sponsalibus, siue de contracto, vel contrahendo conubio, ex præscriptione eiusdem concilii.	cap. 63. Rubrica. 12.
De testibus cogendis, aut non cogendis, ex rogationibus eiusdem concilii.	cap. 64. Rubrica. 13.
De secundis nuptiis, ex rescriptis in eadem synodo.	cap. 65. Rubrica. 14.
De his qui cognatam aliquam, propinquam, aut affinem vxoris suæ, aut patris sponsam, aut vllam aliam, quæ cum sponsa sua, sit iuncta sanguine, compressere, stuprauerunt, ex eiusdem synodi consultis.	cap. 66.

I N S C R I P T C A P I T V M .

Rubrica. 15.

De his, qui in canonem latē sententię, censuręque pontificię, incurrerunt, vel incurrisse, aut incurrere videntur, quomodo sunt ad apostolicam sedem ob expiationem, & absolutionem, reiciendi, atque amandandi, ex decisionibus eiusdem proximè synodi conscriptæ.

cap. 67.

Rubrica. 16.

De religiosorum hominum, qui sese, præscripto cuidam viuendi modo, dedidere, obseruantia: deque vite, quam sequi debent cōdecencia & decore, ex actis Agathensibus.

cap. 68.

In eandem rationem scita, ex Chalcedonēsi cōcilio.

cap. 69.

In eandem rationem, in Aureliano conuentu à triginta tribus episcopis instructo promulgata.

cap. 70.

In eandē rationē ex secūdo Aurelianensi concilio.

cap. 71.

Itidem ex synodo altera apud Turones habita.

cap. 72.

Itidem ex Parisiensi concilio primo.

cap. 73.

Tum & ex septimo concilio Nicæno.

cap. 74.

Tum & ex Turonensi tertio.

cap. 75.

Promiscua hanc ad rem ex Lateranensi synodo.

cap. 76.

Rubrica 17.

De religiosis personis, priuilegiū iure quopiā, decumas non soluentibus. Tum & de his, qui ipso abutuntur priuilegio ex eadem synodo.

cap. 77.

Rubrica 18.

De sanctimonialibus, & virginibus deo dicatis in vniuersū, ex tertio Carthaginensi concilio.

cap. 78.

In idem ex Carthaginensi quarto.

cap. 79.

In idem ex concilio Toletano.

cap. 80.

In rationem eiusdem causæ, quanam fuerint præscripta in concilio Agathensi.

cap. 81.

Quenam item in concilio Arausicano.

cap. 82.

Et quæ postremò in synodo Eparnensi, sub pōtificatu Gelasii primi.

cap. 83.

Rubrica 19.

De laborantibus lepra, vel elephantia, ex constitutis secun-

di concilii Lateranensis celebrati, sub tempora pontificatus
Alexandri tertii. cap. 84.

Tituli & Capita tertii libri.

In præfatione ponitur periocha, ad excusionem rerû, quæ
toto in eo libro tertio, continentur, disputanturque & dif-
finiuntur.

De modis acquirendi ecclesiastici beneficii, & de quibusdã
aliis, in vniuersum eò relatis, vtpote quænam in eo, qui ad
hæc sacra bona aspirat, inesse debent, & id genus alia
quædam. titul. 1. cap. 1.

De legitima sacratarum personarum ætate, nêpè qua quis-
que ætate, sacro ordini suo, tum sacerdotali, tum alii inferiori
cuius, secundum muneris suscepti functionẽ, addici pos-
sit, vel debeat, & si non addicitur, quid ex eo luat perdatue.
titul. 2. cap. 2.

Quonam pacto per sponsonem veram coniugii, ecclesia
quæuis præfecto suo vacare censeatur. titul. 3. cap. 3.

Quomodo, & quando, qui à sacrorum communionẽ, fini-
busque ecclesiæ exterminatus est, per exterminationem il-
lam, seu excommunicationem suis cõcidit sacerdotiis. quo-
nam item pacto per abrogationem sacrorum, vel suspensio-
nem, priuatur quis sacro possessio beneficio. titul. 4. cap. 4.

Ex accessione episcopatus, quo iure, quoque modo, possessa
antea vacet beneficia, tũ & si quis altero, atque altero post primũ
donetur beneficio, atque vtrunque vel alterum modò, vnã
cum primo recipiat, quonam ratione per hanc nouissimam
acceptationem, quod primum is obtinebat sacerdotiũ, vel
sacerdotia perdat. titul. 5. cap. 5.

De subrogatione cõtrouersi beneficii, atque de lite, quæ de
eo adhuc est sub iudice, in aliam quæspiam, vel per mortem,
vel per cessionis causam transcribenda, aut transcribi pe-
tenda. titul. 6. cap. 6.

De ea specie quæ caput ducit, à sacerdotiorum vnitatem, &
copulationem. titul. 7. cap. 7.

De iurisdictione, quam obit capitulum, deque ea, quam ha-
bet

bet potestate, dum sedes suo vacat pastore. Titul. 8. cap. 8.
De eo loco, qui ductum habet, ab eo, qui beneficiũ viuẽtis
sibi ex impetrationis capite dari ambiuit, nempe, quid hĩc
censendum, quid statuendum, qua porrò poena plectendus,
qui in eã impetrationẽ ex mala causa irrepserit. Titul. 9. cap. 9.
De officio & potestate huius generis hominum, qui in re
sacra, vicariam Antistitibus, & aliis id genus in ecclesia mi-
nistris dant operam. Titul. 10. cap. 10.

Quomodo solenni, morẽque nostro probetur, hodie, dum
res probationem exigit vicarii muneris delegatio.

Titul. 11. cap. 11.

De ea thesi, causæque positione, qua in thesi, de legitimo
modo acquirendæ fanorum possessionis differitur, secun-
dum præscripta iuris, & obseruatum morem.

Titul. 12. cap. 12.

De Nothis in vniuersum: atque speciatim, de prole sacer-
dotali, quonam scilicet pacto illi detur in hanc beneficio-
rum causam, aditus, receptus, admissio, introductio, cõser-
uatio. Itẽmque quonam ratione spurii alii omnes huc queant
aspirare, deque iure omni, quo, hac vtimur in causa.

Titul. 13. cap. 13.

De beneficiorum eiuratione.

Titul. 14. cap. 14.

Quonam ad tribunal, vel Augustale summi pontificis di-
catur possessoribus vacare beneficia, deque omnibus id ge-
nus, quæ in vniuersum vacant in curia. Titul. 15. cap. 15.

Anne interdicto possessionem sacerdotii vel repetenti vel
defendenti, obesse potest spontaneæ eiurationis exceptio.

Titul. 16. cap. 16.

Possitnè minor viginti quinque annis in iudicio contende-
re, vt resignato restituatur sacerdotio. Titul. 17. cap. 17.

De incesta beneficiorum nundinatione, siue de simonia.

Titul. 18. cap. 18.

De eiuratione, vel resignatione metu facta, sitnè ipso iure
nulla, an rescindenda iudicii calculo. Titul. 19. cap. 19.

Vtrum qui publicum admisit crimen, statim priuetur pos-

fesso sacerdotio, an expectadū utiq; vsq; dū iudex, hac in re decreuerit, vel pñtiarit: tum quæsitū, an interim dum iudex cognoscit de crimine, beneficiarii, qui reus est, liberum sit, sacerdotiū apud maiorem Antistitē eiurare. Titul. 20. ca. 20.
An possit clericus postulare à Romano pōtifice, sibi attribui beneficium alterius clerici facinorosi, de cuius criminibus adhuc disceptatur. Titul. 21. cap. 21.

An nodū exhausto exequuto uè Romæ mādato procuratorio quod à beneficiario datū erat de eiurando apud summū pōtificē beneficio, in gratiā alterius cuiusdam, fas sit mādātū, illud ipsum beneficiū auctoritate Antistitis ordinarii, interim dimittere & resignare. Titul. 22. cap. 22.

An cui per eiurationē seu resignationē, cessum est ecclesiasticū beneficiū, possit auspiciis suis, neu interposita, vllius hominis, qui publicum gerit munus auctoritate, neu adhibito vllō alio solēni ritu, sed velut in rem suā veniat, possessionem illius rectā inir, etum corpore, tum animo, remq; sacrā tractare, & quæ ad prouētus eiurati beneficii pertinent, sibi per se adferere, atque in summa, rem omnē gerere quæ functionis est iusti, verique, ac omni iure subnixi possessoris. Tum & altera quæstio disputatur, diffiniturque. An interim dum abest is, cuius gratia resignatū est sacerdotiū, dumque in possessionē sibi cessi beneficii nō adhuc vi eiurationis legitimę pedē intulit, liceat antiquo possessori & eiuratori, cōtinuata veluti possessione functiones omnes obire, quas antequā se beneficio illo abdicasset, solitus erat in eo pertractare. Et an ea, quæ tum gerit in eiurato sacerdotio, sint perinde valitura, ac si, à vero, & canonico iure constituto possessore gererentur. Titul. 23. cap. 23.

De resignatione per pcuratorē facta, quæ mādās, antea resignandi potestate priuarat, quid iuris statuēdū. Tit. 24. ca. 24.
Qui per interualla insanit, si sacrum, quod habet beneficium resignat, idque vel simpliciter, vel alia quacunque legitima in specie, quonam tempore cēsendum est id fecisse. An in accessu insanix, an verò in recessu, morbi que alle-

uatiōe, tum si de ea inter aliquos cōtrouersia exoritur, cuiusnam eorū rei probandæ munus, iure, iniūgdū. Tit. 25. ca. 25.
Potestne is, qui post oībus modis absolutā sacerdotii eiurationē, triēniū cōtinuū, nullo interpellate, potitus est sacerdotio, decreto iuuari, quod de pacificis possessoribus inscriptum est, tātique tēporis p̄scriptioe, secūdū decreti vim, sanctionisque p̄scriptum, controuersiam omnem submouere. Titul. 26. cap. 26.

Vtrū tēpus semestris, quod eiurationi, q̄ apud Romanū pōtificē fit, publicadē p̄stitutū est, cedat, excurratue, ab admiffa cōtinuò in aula pōtificia resignatione: an verò ab illa die, quo resignationi illi, cōsensus dicitur accessisse. Tit. 27. ca. 27.
Si, qui ifirmus sacerdotiū resignauit, intra viginti postea dies in prouincia fato cōcessit, quo casu nō per resignationē sed per mortē indicitur, haud dubiè sacerdotii vacatio: quæritur an Antistes, cui sacerdotiū illud collationis iure beneficiariū cēssetur, possit huiusmodi beneficiū, ceu per obitū vacans donare alteri. An verò illius donadi ius, pōtificē summum respiciat, illique soli sit addictū, quippe cū existimetur tū in ipsam aulā pōtificiā vacationē incidisse. tit. 28. c. 28.
An p̄scriptū tēporis spatiū quod de viginti diebus est à regula decima octaua cācellariæ iductū, resignationē ab egroto beneficiario factā, certo termino circūcludēs, collationē ordinarii collatoris, perinde respiciat, atque eam, quæ apud Romanum pōtificē fit: itēque vtrū ad institutionē referatur eorū Antistitū, quorū est solū, in beneficio istituere, nō utique plenē cōferre, vimque suam illam quæ in p̄dictis viginti diebus consistit, in eos exerat. Titul. 29. cap. 29.

De substātia, modo, & forma, solēni uè p̄scriptioe & id genus aliis, q̄ nūc moribus nostris Gallorū, iurēq; gētis, adesse debēt, in omni sacerdotiorū resignatiōe, ad hoc ut illa stare queat, saltē q̄ attinet ad iudicia possessoria, quorū qdē iudiciorū cognitio oīs, excusio, atq; diffinitio, lege itē nostrate, eaq; admodū antiqua, regionum iudicum est. Tit. 30. cap. 30.
De ea causa q̄ ducitur, à beneficiorū permutatiōe. tit. 31. c. 31.

Potestnè pontificius antistes, hoc est, episcopus qui ius ordinarius, permutationem beneficiariam tum admittere, tum omni causa, omni que robore, atque auctoritate suffulcire, non appellatis, eam in partè vllam, patronis, collatoribus, nuncupatoribusque ordinariis, neque ipsis electoribus, in ipsis sacerdotiis, quæ ad eos maximè pertinent, vtpote in quibus habeant, aut suffragiorum, aut ius ordinarię collationis, nuncupationisue, & præsentationis. titul. 32. cap. 32. Potestnè qui infra episcopum est antistes, sibi per præscriptionem temporis, ius querere permutationis beneficiarię tum admittendę, tum recipiendę, tum legitima etiam auctoritate firmandę: quæruntur & inibi alia tria quædam, disceptantur, atque diffiniuntur, quæ huiusce permutationum generis, incurrunt in vsum propemodum quotidianum, suntque in foro decisionis, tum crebrę, tum cognitu in primis necessarię. titul. 33. cap. 33.

Potestnè de duobus fanis, agitari absoluique permutatio per vnum eundem hominem, qui homo ad vtraque, dictante pagenteque parte, habeat in eam permutationis causam procuratorias mandati tabulas: annectuntur ibidem duæ alia quæstiones, quæ veniunt in frequetem disceptationem. titul. 34. cap. 34.

An qui in fano habet quidem non ius præsens, sed ius ad futuram rem futurumque; titulum, possit in ius illud obuenturi in beneficio tituli, cum eo, qui iam in beneficio est præsens, cõmutationem concinnare: attextitur & alia quædam disceptatio creberrimi iuris. titul. 35. cap. 35.

Possitnè iure concinnari, valereque permutatio, de beneficio ecclesiasticoque fano, cum hospitali sacra domo: adponuntur & alia quædam tria, iuris & controuersi, & quotidiana. titul. 36. cap. 36.

An litem intēdēti aut aliās, in iudicio disceptāti, pro sacerdotio ex permutationis causa quæsito, satis sit ad ius obtinēdū pponere atq; differere eū hominē, à quo homine, ex permutatione, id accepit sacerdotiū, fuisse tum, cū ipsum tradidit,

illius sacerdotii habitum ex canonica causa, iurèque titulario dominum, Tum & eo ipso tempore in illius sacerdotii tranquilla claraque possessione extitisse. Adpingitur & alia quædam memorabilis quæstio, ob sui frequentem in iudiciis agitationem scitu valde digna. Titul. 37. cap. 37.

Quādo, quoue modo in vniuersum valeat, vel quādo, quoue modo non valeat, hæc ista permutationum tractatio: Et an qui iurat, datue in publicis tabulis fidē, se beneficiū permutaturum, possit ex ea data fide, ex eo quædato iureiurando, ad permutandum adigi, Titul. 38. cap. 38.

An qui ob permutationem eiurauit & resignauit, euerfa postea prostrataque permutatione, resignato suo ex rhedibitoria, vel regressus causa, citra nouam collationem queat restitui sacerdotio, Titul. 39. cap. 39.

Qui homo, ascititius, pro aliis quibusdam hominibus, qui in permutationem conuenere resignat ceditque, vel horum alteri, vel cuidam alii, in id etiam ascito, per vulgatam hanc compacti clausulam, in conuentione poni solitam, hunc in modum, (Vel personę per alterum ex permutantibus nominandę, & cætera): An homo ille ascititius, qui sic pro permutatoribus resignat, personam permutantiū, in hisce, quæ sunt iuris sustineat, succedatque, aut quod attinet ad euictionem, aut quod ad alia, in omnem istorum permutantiū rationem: quid item dicendum quò ad hoc, de altero illo ascito cui pro permutantibus resignatur. Titul. 40. cap. 40.

Vtrum curio non sacerdos, at in ea existens causa, vt decursio propemodum, āno debeat ob sacerdotium sacris addici, nequeat intra eos dies qui supersunt legitimè profiteri, eosque sacros ordines indipisci, quos requirit hanc in rem Lugdunensis concilii rogatio, eaque de causa prope sit à necessaria fani sui vacatione, possit tum, & legitimè permutare & permutādo, resignandoque vacationem impendentem vel interturbare, vel prouisionem præpedire collatoris ordinarij. Titul. 41. cap. 41.

FINIS.

I N D E X

Elenchus, & nomenclatura, conciliorum & synodorum, quibus ex cōciliis, quibusue ex synodis, emanarunt canones, qui in contextu secundi libri tū enarrantur, tū fufsisimè explanantur. Prior numerus, capita libri, posterior librum indicat.

Q uatuor œcumenica concilia, quæ sunt, Nicænum quidem cui trecenti octodecim patres interfuere	
Byzantinum à centum quinquaginta episcopis instructum, in præfatione.	2. lib.
Ephesium concinnatum à ducentis sanctis patribus. in præfat.	2. lib.
Calcedonenſe congregatum à sexcentis triginta patribus. in præfati.	2. lib. & cap. 69. & 15.
Constantinopolitanum secundum, coactum à centum sexaginta patribus in ecclesia conscriptis	
Constantinopolitanum tertium sub Cōstantino Pogonato conscriptum à 170. sanctis patribus	
Secundū nicænum aggregatum, à trecentis sexaginta tribus patribus.	42. & 43.
Concilium romanum, in quo interfuere 275. patres.	2. 2.
Synodus Eleberina, cui adfuere pontifices. 19.	3. 2.
Synodus Arelatenſis cui adfuere patres aliquot, numerus quidem non est præscriptus.	4. 2.
Gangrenſis, in qua congregati fuere episcopi. 16.	5. 2.
Arelatenſis altera, aliquot habuit patres.	6. 2.
Carthaginienſis aliquam multos item habuit patres, pergitque septem vel octo conuentus.	7. 2.
Anthiocæna, quam peregere. 30. patres.	8. 2.
Sardicenſis, qui, & quot in ea patres fuere incertum est.	9. 2.
Tertia Carthaginienſis, quot patres eam celebrarint est itidem incertum.	10. 2.
Carthaginienſis quarta, hanc construxere duceni & quatuordecim episcopi	11. 2.
Toletanum concilium, cui adfuere. 19. pontifices.	12. 2.
Rhegiense, à 13. episcopis conscriptum	13. 2.

I N S C R I P T C A P I T V M.


Agathense, à 35. peractum.	14. 2.
Eparnense, sub Gelasio papa.	16. 2.
Romanū primū, sub tempora Symmachi pōtificatus.	17. 2.
Romana synodus sexta sub eodē symmacho celebrata.	18. 2.
Aurelianensis secunda, in qua asſedere patres octo & viginti.	19. 2.
Aurelianensis tertia, in qua interfuere viginti sex episcopi.	20. 2.
Aurelianensis quarta, ad tempora Childeberti Regis Francorum, à viginti tribus episcopis constructa.	21. 2.
Turonense secundum concilium, ab octo pontificibus peractum.	22. 2.
Aurelianense quintum, à quadraginta septem episcopis peractum.	23. 2.
Tertium Toletanum quo conuenere pontifices, numero 71.	24. 2.
Quartum Toletanum, vbi interfuere. 60. patres.	25. 2.
Constantienſe œcumenicum, vbi asſedere multi patres.	26. 2.
Tertium Turonense, sub tempora Caroli magni imperatoris.	28. 2.
Concilium lateranense sub pontificatu Alexā dri tertii.	29. 2.
Lugdunenſe, Decimo Gregorio pontificatum gerente.	30. 2.
Lateranense sub Innocentio tertio.	32. 2.
Synodus Laodicēsis, in qua coierūt triginta duo patres.	44. 2.
Synodus Arauſicana à septemdecim episcopis coacta.	49. 2.
Concilium Venetum, quo conuenere patres non prodito tamen numero.	50. 2.
Concilium Parienſe, in quo asſedere patres numero quindecim.	56. & 73. 2.
Septimum concilium Nicænum, magna patrum frequentia celebratum.	58. & 74. 2.
*Finis Nomenclaturæ conciliorum, & synodorum, ex quibus, canones, qui hoc in tractatu enarrantur emanant.	

LECTORI.

HA B E S paratū tibi indicē pro tēpore: Porro autē maiore, atq; omnium rerum sigillatim cōplectentē, earum in primis, quæ maximē sunt notabiles, expecta prope diem: Dictiones autem, atque loquēdi modi, queis in cōtextu duorum priorum voluminum, dum sacra tractantur, recensenturque conciliorum summa, utitur auctor: voces sunt, ut idē sua in epistola, tertii libri initio testatur, partim antiquis nostris doctoribus familiares omnes, partim quibus etiam tum scholastici patres, Tum theologi ceteri, & rerum diuinarū commentatores, interpretes, in suis quotidie scriptionibus disputationibus, lectionibus, ac catholicis concionibus & Christianis præconiis passim utuntur: De quo te (Lector) etiam hīc initio, admonitum, hīscē paucis volui, ut statim haberes, qua diligentia, & quanta maximē catholica, atq; Christiana cum fide, hoc in sacrorum tractatu omni, omnia sunt à doctissimo atque vigilantissimo præside, & conscripta & magno cum studio, magnoque cum labore, in tanta etiam occupationum ipsius publicarum, pro quotidiano munere iurisdictionis qua fungitur, proquē multis aliis, ex principe delegationibus obeundis, interpellatione, elucubrata. Vale. Parisius ex chalcographia. Anno. 1557.

CHRISTOPHORI
ROFFINIACI COSAGEI, PRAESIDIS
SILIARI REGII, AD CAROLVM LOTHARINGUM, Cardinalem, & principem illustrissimum, de re sacerdotali, seu pontificia, quatuor libris, exarata commentatio.

AD CAROLVM LOTHARINGUM, Cardinalem amplissimum, præfatio.



VI primū, ad aetatem nonnullum accessit iudicium, illud quidem aliquo, tū vsu, tum studio, confirmatum, cœpi mecum, (princeps illustrissime) reputare, quānam viam ingressus, possem & prodesse quā plurimis, & non inerti otio, vitam traducere: Etenim, iam tum inde, subibat animum, eos admirari, qui in actiuo vitæ genere, in oculis Reipublicæ, opus faciebant, tum verò, eos præcipuè extollere, & laudibus in cœlum vsquē ferre, qui in literis, vel scribendo, vel dictando, vel profitendo clucescerent: maximè eos, qui in iuris ciuilibus scientia, suam impenderent operam, cui quidem scientiæ, me tunc totum addixeram, ardebamque illius discendi cupiditate, & faciendi in ea aliquod operæ prætium magnum, Sed tamen cum in ea ediscenda nonnihil studij & operæ posuissem: ita ut quantum profecissem, omnino me non peniteret, nescio quo fato, amicorum voce, & affinium literis, inde abstractus, in forum deferor, & nō

A

ita multò post, à Christianissimo Rege Francisco, in ordinem Senatoriũ, Burdigalæ rescribor: cumq; ibi, in confesso doctissimorũ hominum, annos puto, ab hinc fermè octodecim, incæpissimè rudimenta tyrocinij ponere, gaudebam primò, me illuc delatum, vbi possem Reipub. meam dare operam. Ex altera dehinc parte, angebar, mihi tempus eripi, quo, lectioni, scriptioni, commentationi, vt initio statueram, vacare possem, nam videbã, me eò intronissimè, vbi, à fungendo officio, paruum sanè otium, ad repetenda studia, vacuum & liberum tribuebatur. in Senatum enim est quotidie eundum, ius unicuique illic reddendum, aduocatorum actiones audienda, vbi verò, à foro, domum reditur, ad alias curas continuo adiciendus animus: adest ad fores litigator, instat, exigit, turbat, interpellat, mos illi pro iure gerendus est, introspectenda lis, conficiendi iudicandorũ commentarij, breuiarium solerter, & expeditè, manu propria conscribendum: dum hæc aguntur, labitur tempus: Quòd si de more, indicitur, Vulcanalibus diebus, iustitium, illico decernuntur curationes, delegationes, mandata curiæ, inquirere, lege agere, iudicata exequi, quæ omnia factis exæquanda, non quidem negligenda mandantur: hæc animaduertens, existimabam primò, omni me scriptione, omniq; priuato, & libero studio prorsus seclusum. Tandem collegi me, & perpendi, incurri quandoque in omni quantumcũque impedito vitæ instituto, succisiva quadam tempora, quæ ego perire non paterer, ita illa mihi suffuratus, & noctium, vti fecere veteres, aliquam partem assumens, accingor scriptioni: totum autem ius ciuile non aggredior, nec enim id facere, putabam esse mearum virium, neq; horum maxime tum temporum, quorum aliq; curæ, optimam & maximam par-

tem sibi vindicabant: Nam occupata opera (vti de historia inquit^b Tullius) & impedito animo, res tanta suscipi nõ potest, Sed illam mihi iuris partem sumo explicandam, literisq; illustrandam, quæ crebrius ibi, vbi tunc Senator, ius dicebam, in disputationem, controuersiaq; veniebat, quò nostratibus hominibus commodissime consulere, est autem ea, quæ de vltimis decedentium voluntatibus tractat, & libro codicis sexto, bona ex parte cõtinetur, tractata quidem à nostris doctoribus satis ample, sed minus perspicue, illa autem in Burdigalensi, senatu, nihil est frequentius: illa est imprimis, quæ iudices ibi, populumque torquet, & provincialium pacem, in dies perturbat, ferit cõtentiones, nulli nõ exhibet negotium: hanc igitur deligo, & breui dilucidoq;, quo ad eius per me fieri potuit, commentario, explanare aggredior, vrgeoque negotium, & promoueo, intendo enim ibi curam omnem, & vigilias, quatenus mihi à publico & ordinario opere, cessare concedebatur. Iamq; multa in id, conscripseram, plura deliniam, quum ecce aliud sese offert impedimentum, Nam à Francisco item Rege, in centumvirale huiusce Parisiensis senatus consilium, sub illud tempus adlegor. proin alij mores, alia tempora, aliam scribendi rationem postularunt, nam ego semper studia mea, ad eorum usum accommodata volui, cum quibus versarer. Et materia testamentariæ tabellæ, testamentariæque legis, quæ in Aquitania nostra, litibus aestuat, hic minus frequenter in foro versatur. Quamobrem, nõ quidem planè ommissa, nec penitus aliò abire iussa, sed aliquantulum intermissa, & in aliud tempus reiecta, priore commentatione, quam, in eam testamentariam tabellam, concinnaram, institueramque, ad aliam partem iuris, quam cernebã in hac vrbe Lutecia, in

^b Cicero.
lib. De ligi.

inquisitionum decuria, ad quam eram tum accitus, ad scriptusque Senator, frequentissimam, animum adiicio, totusque illò traducor: que quidem pars, à pontificiis scitis dependet, totaque in illis consistit, nã ea est vna, de qua crebrò hic ambigitur hic litigatur, eoque, res deducta est, vt, q̄ omnium maxime, ab huiusmodi controuersis, procul abesse fas erat, (Dicente Christo, nolite prefecturas, dignitates, officia vobis arrogare, nolite salutationes, dominatus, magisteria, ambire ad diuitias animum nẽ conuerteritis:) ea nunc crebrius, quàm vlla alia causa, perstrepet in senatu, ea, subsellia aduocatorum permeat, ea marsupia pragmaticorum nummis cumulat, & quod in pauperes erogandum est, id abit totum, in persecucnda, pro libidine istorum hominum, litibus addictorum, dissidia. Hoc igitur animaduertens, existi maui æquum esse honestũque, si quod haberem pro crediti mihi talenti portione parua, remedium, huic rei quamprimum adhiberem, & quod in hanc questionem, longo certè vsu, longo studio, longa cũ doctis hominibus exercitatione, didicissem, id, cũ omnibus publicè comunicarẽ, id quod quidem, eò sanè accuratius mihi nunc agendum duco: Quod inuictissimi Henrici Regis beneficio, qui me in altera inquisitoriarum classe, presidem esse voluit, magnam dudũ nactus sim cessationem, a continuo publico opere: Quare si vnquam aliàs, rationem tam felicitis orij, mihi constare volui, & ea scribere quæ quoad fieri posset, nullam saperent incuriam, quam quidem, sicuti olim forsã, in perenni occupatione, poteram iure prætexere: itã nunc quoque, alius excusandi, nullus mihi locus relinquitur. Igitur, vt tecũ, principe, & doctissimo, & acutissimo, viro de tota instituti mei ratione colloquar, paulò liberius, sicuti superiora sum

loquutus: Vides primum, quid me, ad isthæc designanda, publicãdãque perpulerit, Vides itẽ quanta in hac sacerdotali & pontificia materia, oriatur quotidie litium seminaria, Quod & doluisti ipse, & regi, in concilio astitisti, quũ is, sanctissimis edictis suis, quàm potuit, hisce malis medicinã fecit, cupiens cõsultissima via, beneficiorũ sacrorũ nudinationes, cõmercia aucupationes, tediculas, à Republica sacra, si fieri posset, abire longius, atque perpetuò hinc faceffere: accipe nunc, quæ causa sit, tãtorũ malorũ: causa certè est, veterũ sanctorũ patrũ, decretorũ ignoratio, nã veteres scriptores, qui in decreta pontificũ, cõmentarios edidere, totã hanc iuris pontificij, partem quæ sanctiones primorũ patrũ & instituta primigeniæ ac deinde adolescentis, sed tamen puræ, & virtutis consummata ecclesiæ recenset, taciti dimiserunt, hanc idem recentiores penè omnes, silentio præteriere, pauci quidem horum, perpolitum iudicij viri, leuiter attigere, nulli certè absoluere: & ad alteram recentiore, tanquam ad quæstuariam, se totos conuerterunt, quod cum summo plausu, ab omnibus exceptum est. En igitur causa mali tanti: remedium autem est si detur opera, vt sanctissima veterum patrum decreta, huc redeant, colantur, legantur, relegantur, & quæ nunc, nostro maximo malo, neglecta pars iacet, ea tandem aliquando, emergat, & refloreat: quod, vt fiat, laboraui quantum potui: quid præstiterim, tuum, atque aliorum sit iudicium: certè, in ea, ad nos reducenda, & vt potui, illustranda, meliorem partem operæ consumpsi, ita tamen, vt recentiore illam alteram, Gregorij, Bonifacij, & Clementis, non omninò neglexerim (nec enim, vti sunt tempora, faciendum fuit:) sed vitãque, pro sua cuiusq; dignitate, quatenus in me fuit, tractaui. Itaq; , quæstionem omnem quatuor libris absolui.

Quorum primo (vbi tibi summam omnia exponam) breui quidem illo, repetitis breuiter retrò initiis, à Petri vsque apostolorum principis morte, ad Siluestri, & Constantini tempora, rem deduxi, constituta illius antiquæ ecclesiæ, rem pontificiam, ornatumq; & decorem ecclesiæ, respicientia, ad vnum vsquè, perscripsi, triginta trium patrum, (nam tot fuere, hoc medio tēpore pōtifices,) decreta recēsi: à quibus quidē, purior, & sincerior, iuris pōtificij pars, mihi videtur emanasse: Altero, qui dehinc sequitur, Siluestri & Constātini tempora, sum auspicatus, in quibus multa celebrata sunt concilia, non tamen tunc agi cępta, nam antea, pauca quædam habita fuisse memoratur, remque omnem conciliorum, decretis, vsq; ad Basiliense consilium, actam, ad rē nostram pertinentem, diligenter excerpti, enarraui, explicui, ea enim sunt patrum sanctissima constituta, quæ iuri pontificio, & originem dedere, & ornamentū summum attulere, quæ, negligi dixi, cum magno Reipublicæ detrimento. Sequitur pōst tertius liber, in quo, enarrantur à me, quæ Gregorius, Bonifacius, & Clemens, doctissimi pontifices, vti litibus, quæ iam crescebant in amplum, (nam cum diuitiis, orta erat ambitio) vel occurrerent, vel mederetur, promulgarunt: que pars, quia, ad lites & quæstum tendere visa est, ab omnibus hætenus interpretibus nostris, ample enarrata fuit, sed tamen, tam perplexè, tamque à nonnullis, immensè, & prodigialiter, vt dum alter contradicit alteri, non solum reddita sit obscurior, verum etiam controuersiarum ferè omnium, quæ de sacerdotiis incidunt, deducunturque in forum, potissima causa extiterit. In hac verò illustranda, & aliquantulum perpolitanda, quid præstè, paucis habeto: primum vnū quodque, axioma ordine digero, iterpre

tationes, & opiniones, quæ cerè inter Doctores persapè variant, adfero, dissentaneas breuiter concilio, cauillationes ostendo, & abigo vt possum, sophismata quæ tot lites gignunt, obtero, vel circūcido, & ea, quæ minus sunt aperta, vti sunt, in hac materia pleraque omnia, in lucem offero. Prodit quartus, postremo loco, qui complectitur ea, quæ ad ius nostrum gallicanum, peculiare, & vernaculum, pertinet, vt potè, sanctionem, quam uocamus pragmaticam, & concordata, tum & edicta Regia, ex quibus nouissimis hisce, sublata est, vt plurimum, litium ansa: circūcisique magna pars controuersiarum, Habes (optime princeps) sensum omnem, mearum, in hac commentatione paruularum lucubrationum, tibi breuiter perscriptum: Id modò addam, me, hæc omnia, hoc in opere persequutum, non quidem ordine dialectico, quali solet, ex præceptione veterum, describi omnis ars, omnisq; quæ de aliqua re, aut scientia suscipitur institutio, nec enim, id à me fieri potuit, nec video, à quoquam vllò, hac in materia, commodè, præstari posse, præsertim in tanta, illius, negotiorum, rerumq; varietate, discrepantia, atque multitudine, quæ omnia, quotidie quoque, dum nascuntur occasiones rerum & temporum, ipsa item augentur, ita, vt ea, cæcellis logicorum circūscribi, regulis diffiniri, diuisionibus diduci, atque in partes dialecticas dispesci, tum & syllogismis, aut ratiocinationibus aliis, colligi (quæquæ hæc pars ratiocinationum à me non sit, dum opus fuit, omnino neglecta) haud planè queat: Sed mea ratio fuit, vt præcipue veluti historiam contexens, sancta illa tēpora digererem, quibus, nasci cępit, hæc beneficiaria ratio, dein ius aperirem, quo illa plurimum creuit, tum in omnibus, obscuritatem atque argutias vitarem, tum etiam, scriptionem totius nego-

ti, unicuique obuiam, ac patentem, quãta maximè fieri potuit facilitate redderẽ, cumque peripateticorũ more, omissis sepe vt inquit Tullius, spinis diffinitionũ, & diuisionum, de rebus, ipsis differerem. Nunc par esset, sicuti multi faciunt, qui Principibus viris, opera sua offerunt præfationem hanc meam, in tuas laudes extendere, sed ego nunc, id non facio: nam præterquam quod scio, eam esse verecundam frontem tuam, plenam pudoris ingenui, vt nihil huiusmodi admittat: & laudes tuas compertũ habeo, in illustri claroque loco positas, inq; oculis totius orbis terrarum tam elucescere, quãt liquet, solem ipsum, lucere meridie, nulloque indigere præconio: Ego item, ad id faciendum, sum minimè omnium accommodatus, vt qui, pessimè ab his rebus, per quas id fit, sum instructus: nulla est enim in me vis eloquentiæ, quã non insequitur natura, ars quidem minùs excoluit: quamobrem, hac parte tota prætermissa, quæ nihil adderet, ad gloriam tuam, nihilq; lucis afferret, præfandi finem facio.

Vale, Lutetia, Cal. nouemb. 1554.



Cum mihi constitutum sit, rem ecclesiasticam pertractare, atque eam maximè partem attingere, quæ in rerum sacrarum functione versatur: & sacerdotiorum præfaturarumque Reipublicæ diuinæ collocationem, partitionemque respicit, vt concertationibus, ac controuersis, quas in dies, ea de causa, in forensi iudicio, agitari videmus, modus aliquis imponatur: ac iniuriosis, qui omnia, quo iure, qua iniuria, solent permiscere, neque dicere, aut facere hoc in genere quicquam pensi habent, malefaciendi via, minus pateat: perspiciantque etiam, qui ad ea munera, sacrosque magistratus, plus æquo sæpè aspirant, quam ratione, iurèque optimo id facere queant, quòdue onus, humeris suis subeundum sibi ducant, statui primùm, huiusce rei repetita retrò exordia, ob oculos unicuique ponere, explicatèque narrare, vnde hæ sacerdotiorum precariæ, fiduciariæque possessiones, initium ceperint, ac quibus de causis, res illæ auctæ sint, quòue incremento, eò tandem peruenerint, quò, eas peruenisse videmus, vt indè, cognoscant Antistites, præcipui, vt alij etiam, minorum gentium magistratus sacri, quam prouinciam, vtrò, ac in foelicibus plærumque auspiciis, non habita virium suarum ratione, ambitiosè suscipiant. Igitur, vt rem ipsam, ab initio deducamus, videantque item, obiter, nostra tempora, quibus ex rebus, hoc est, ex quanto innoxiorum virorum fuso sanguine, quantòque labore, ac vigilantia, facta sint firmissima, ac planè cæmentitia ecclesiæ Romanæ fundamenta. Illud pro certo, hoc statim initio, pono, temporibus Neronis, Domitiani, Veri, Seueri, Decij, Docilitiani, ac Maximini, Cæsarum: Pontifices, ac præfectos, non solum Romanæ ecclesiæ, sed eos etiam, qui Hierosolymis, aut in Alexandria, Antiochia, Corintho, Gallia, Rempublicam Christianam tractabant: ob diuini verbi præconium, tam malè affectos fuisse, tamque duris

tractatos modis, vt, Christianissimus quisque, qui illorum audit, aut legit supplicia, poenas, tormēta, varij generis contumelias, fieri non potest, quin exhorrescat. Itaque, tunc temporis, eo ferè semper loco fuere res nostræ, vt etiam si temporibus Traiani, & aliorum imperatorum, non ità temerè, & inconsideratè, in quemuis sequentium, religio Christiana, quæ afflicta antea, & ferè euersa iacuerat, aliquantum emergeret, non tamen ità confirmari potuerit: quin obnoxia mutationi temporum, statim ferè concideret: ac propemodùm etiam ad internicionem delaberetur, hinc factum, vti partim metu, partim etiam maleuolētia, ac summa inuidia, qua, religio nostra, apud exteros, & prophanos historicos, semper flagrauit, ea, quæ illis sigillatim temporibus gesta fuere, aut præcepta, quoad Christianismum hoc est, ad acta illa primorum Patrum, qui tum Apostolis successerant, non tam clarè & perspicuè fuerint literis demandata, vti exacta scientia, exactaque & accurata illorum narratio, haberi queat: nec illorū, tam certa est memoria, quàm eorum, quæ regnante Constantino Cæsare, ac deinceps subsequentibus temporibus contigere, qui quidem Constantinus, post suscepta imperij gubernacula, baptismumque, ac religionis Christianæ initiamenta, omnia, quæ ad ecclesiæ Dei administrationem, pertinebant, de consilio & autoritate Siluestri Romani Pontificis, ita sapienter & piè tractauit, accitis etiam in rem, ac in consilium adhibitis viris, religione, ac doctrina excultissimis, vti, Deo primùm, & maximè adiuuante, deindè illius optimi imperatoris consilio, ac bono, in Rempublicam Christianam animo, tum etiam prædicti Romani pontificis, prudentia, & autoritate, factum sit, vti certi quidam tum primùm fines, ordini sacro sint constituti, atque in beneficium posteritatis, verè tunc mādati memoriæ, quibus finibus ratio vniuscuiusq; hominis qui in rebus diuinis, publico fungitur munere, cōstaret. Sed quoniam omnia, quæ ad eam rem pertinent, non potuerunt, sub idem tempus, ad amussim præscribi, quin (vti fit)

cum tempore, increuerunt quoque negotia, non defuere, illi rei, qui dein, consecuti sunt Romani Pontifices, qui, prout tempora, rerūque euentus exigebant, magna certè prudentia, consiliōque, multa statuerunt: dederuntque præcipuam operam, vti omnibus Ecclesiasticis negotiis, maximè in his, quæ ad regimen populi, & ecclesiæ statum pertinent (ad quæ, quidem, articulosa fidei nostræ capita, spectant) modus aliquis, ac lex imponeretur: idque vt facerent diligentius, certiusque, cogebant concilium prudentissimorum hominum, cæterorūque religionis nostræ procerum, quoties temporum ratio, causæque, id postulabat, in eoque conuentu, procerum, vndique ex orbe Christiano, accersitorum, de his, quæ in dubium venerant, differebatur, statuebatūque quod optimum omnibus visum fuisset, ac imprimis procurabatur, ne quid Respublica Christiana detrimenti acciperet, ità vt vnicuique suborto, aut contracto in ecclesia morbo, opera, & studio proborum illorum Pontificum, facile mederetur, in eamque causam, indicta peractaque memorantur, septies ferè vicena concilia: quibus scita sunt, particulatimque promulgata, quæ ad Rempublicam sacram pertinent: quæ fortassè Respub. vt fuere mali dies, ac flagitiosa sæpè tempora, magnam cladem accepisset, incrementibus paucis, sceleratorum hominum fraudibus, qui persæpè, mali genij instinctu, de rebus diuinis perperam sentiebant, nisi summi illi Pontifices, toto animi sensu, tota cogitatione, in id vnum incubuissent, quò, mendendis hisce malis, subindè vti dixi, excrescentibus, rogationes nouæ promulgarentur: quibus tolleretur, quoad eius fieri posset, controuersiarum harum cumulus: quocirca videmus nouas legum sanctiones, prioribus additas fuisse, tum in his, quæ pertinent ad religionis fundamenta præcipua, tum etiam in hisce, quæ solas beneficiorum fources causas respiciunt, in quibus causis forensibus, Gregorius, Bonifacius, & Clemens sapientissimi Pontifices, coacti sunt dirimendarum litium causas, hisce, quæ in præ-

cedentibus conciliis, religiosissimè fuerant sancita, constitutiones nouas, cumulatim adiungere. Vt ergo eos primùm percurramus dies, qui Petri mortem, quam pro fidei Christianæ prædicatione, senex lætusque pertulit, consequuti fuere, atque acta eorum temporum, quæ ad statum, ordinationemque ecclesiasticarum præfecturarum, spectant, leuiter perstringamus, hæc quæ modò sequuntur, imprimis habetote.



Atis constat, à Christi passione, Iacobum Apostolorum suffragio, studioque ad Episcopi Hierosolymitani partes depositum fuisse: munerique illi sacro, præpositum, ^a quod munus dum gnauiter perfecit Iudæorum perfidia occubuit, ^b cùm Romæ Claudius Cæsar rerum potiretur, ac paulò, antequam Petrus & Paulus capitis poenam, iubente Nerone, subiissent: ^c hic porrò Iacobus ille est, cognomèto iustus, dictusque frater domini, filius uti existimat Hieronymus, Mariæ, sororis virginis matris, quem quidam opinantur non fuisse alioqui de numero duodecim Apostolorum, sed tamen constat tanta inter eos habitum fuisse reuerentia, tantaque morù sanctitate, ut omnium suffragio Episcopus factus, episcopatum religione vera illustrarit, atque religionem, proprio sanguine tum sanciuerit, tum confirmarit, è fastigio templi, dum Christum prædicat, præcipitatus, ac tandem cæsus fuste fullonis: huic adscribitur epistola, quæ inter catholicas recensetur. fuerunt & alij Iacobi duo, in numero duodecim Apostolorum, vnus Zebedæi filius, frater Ioannis, quem interfecit Herodes. ^b Alter Alphèi filius, huic igitur, de quo nunc agimus, Iacobo, statim à morte Christi, per Apostolorum suffragia, designato Antistiti Hierosolymitarum, cùm eo modo, interisset: in eadem præfectura, vrbeque successit Simeon, delectus ad id muneris, accurata omnium deliberatione, qui omnes, suffragati huic deliberationis negotio, diligenter ab Eusebio numerantur, ^d Alexandria verò eundem magistratum gessit, Impe-

ratoris quidem Neruæ tempore, Abilius, qui non ità multò post, regnante Traiano, egit animã, in illiusque locum suffectus est, Cerdon: & in Anthiochia ciuitate Rempublicam Christianam, cum sacro imperio ac præconio, tunc temporis tractarunt, Enodius primùm, dein Ignatius, ^e ac pro certo habetur totam illam priscam vel nascentis, vel adolescentis Christianismi ætatem, tam infestam Christiano nomini fuisse, ut in Principum aula, & in Iudicum decuriis, nihil ferè aliud ageretur, quàm de tollendis, vrbeque & agro exterminandis Christiani nominis prædicatoribus, cui rei fidem adferunt, exteri quidem scriptores, Plinius Iunior, tum & Tacitus, & Tranquillus, ^f (Ij sanè duo, admodum impij scriptores, qui cultum veri Dei, maleficam vbique vocant superstitionem) nostrates verò, Lactantius, Tertulianus, Theodoritus Græcus, ^g Orosius, qui de ea re, multa conscribere, itaque eam ob causam, id est, ob tantam temporum infœlicitatem, factum est, uti pauca admodum, primi illi viri, religionis nostræ antistites, de quibus supra meminimus, pmulgarint, sanxerint, quãtũ attinet, ad magistratuũ Reipublicæ Christianæ creationem, sicuti indè Linus, cuius meminit Paulus, in Epistola ad Timotheum, qui quidem Linus, ab Hetruria ortus fuit, gessitque pontificatum, anno, qui fuit Domini septuagesimus, & in eo perstitit annos decem, pauca quoque dixit, sanxit, è quibus, hoc vnũ præcipuũ. Mulier quæuis, nisi velato capite, templum ne subito, Sacram cellam, dum ingreditur, faciem totam contegit, ^{a b} Id videlicet, ob muliebrem pudorem ab eo constitutum: acta item ille Petri Apostoli, literis mandauit, tum & concertationem, quæ Petro cum Simone Mago extitit, conscripsit. Reliqua verò illius tum scripta, tum scita, uti dixi admodum pauca fuere, huic successit Cletus, qui protinus duo, post Petrum nullo interiecto temporis interuallo Pontifices in folio Barionæ, hoc est Petri, ad gubernacula Reipublicæ Christianæ federunt, sed procedente tempore, cùm Vaspasianus ad imperium Romanum adscitus es-

a Ca. porrò lxxvj. dist.
 b Euse. ca. ix. de ca. xxxij. lib. ij
 c Euse. cap. xx. libr. xxx. can. quãuis. xxj. dist.
 d Euse. cap. xj. lib. iij.

e Euseb. ca. xvij. li. iij.
 f Traquill. in Nero.
 g Theodoritus in cxx. libro.
 a b Platina in ligum, hæc quidem ecclesiæ consuetudinem de velandis capite mulieribus dũ ingrediuntur ædem, recenset Paulus in quæstione quæ super eo fuerat orta.

set, Clemens, qui quarto loco, Apostolicę sedis pręfuit, multa, edicto legeque sancire cępit, quę ad Episcoporum, cęterarumq; personarum, sacris deuotarum, officia, functiones, & munia pertinerent, ex quibus, potissima hęc oculis subiicienda esse duxi, quę in eam habentur sententiam. Principes viri omnes, quicumque in orbe Christiano viuunt, siue pręcipuum, siue submissiorem, infimumque locum obtineant, Episcopis obediunt, ^h parento.

^h ca. Sin au-
um xj. que-
itione iii. l.

Presbyteri, Diaconi, cęterique sacrarum rerum ministri, omnibus in rebus, Pontificibus subiiciuntur, cedunt. Omniaque, ad arbitrium, nutumque illorum agunt: siue res diuina sit faciunda, siue infantes baptismo expiati, initiatiq; sacramento, sint in verba Christi adigendi, nec quicquam huiusmodi, citra Pręsulum auctoritatem, agunt. ⁱ

ⁱ ca. Audire
xv. distinc.
ca. in autę.

Addita sunt & alia, quę ad dignitatem, honestatem, & ornamenta Pontificum spectant: statutum est enim, idque ex Petri Apostolorum principis, vel imitatione vel mandato, vti sellę, in quibus, tempore togatę prophanęque gętis, flamines primi ordinis sedebant, Episcopis attribuerentur. ^k hic Clemens, cum beatis Apostolis fuit, & cum eis vixit in terris, vt narrant historici.

^k ca. in I.
li lxxx. di-
stinctione.
Polido ver-
g. lib. iij.
ca. ix.

Antiquum verò pręscriptum, quo nimirum, Pontifices, post sacrosanctam baptismi lauationem, & purificationem, Christianos adulescentes sacrosancto chrismate obliniunt, inunguntque, id quidem certę ipsi sum, Clementis vetus est institutum, vetusque lex, quam à domino acceptam, nobis reliquit, à quo Clementis vetere instituto, vtereque lege, prodiit & emanauit, omnis isthęc, in hoc rerum genere, ac vnctionis sanctę (sicuti plerisque rectę placet) obseruatio. Nam Clemens aliquando ea de re hunc in modum sanxit.

Infantes, sacro baptisterio perfusi, pueri sacro delubro expiati, ab Episcopis dein sacrosancto chrismate lustrantur, inunguntur.

Eo modo, Christi religione iniantur.

Eo modo, in Iesu omnipotentis Dei filij, verba, nominem danto. ^l

Denique, eo modo, in Christiana fide, in vera & æterna persuasione, confirmantur: itaque, hęc chrismatis susceptio, confirmatio nunc appellatur, atque in sacramentorum numero recęsetur, sicuti post Thomam, Scotum, & Bonaueturam, pię, doctęque, differit Contarenus cardinalis, in eo tractatu, cui titulum fecit, de sacramentis Ecclesię. Porrò autem huiusce confirmationis, & illius sacrosancti, causam, rationemque, & institutum, ad euangelicam doctrinam, & Apostolorum obseruationem verę retulit Rabanus, dixitque, eam necessariam, quod videlicet, ex hac sacramenti susceptione, per pontificalem manuum impositionem, in pias hominum mentes, spiritus sanctus infundatur vberius. Etenim ait sępe Lucas, in actis: & imponebant manus aientes, accipite spiritum sanctum: hęc igitur Apostolorum obseruatio, accepta à Christo, hęcque pręclara in imponendis manibus, actio, huic, pio confirmationis sacramento, vti ex eo loco Luca patet, causam dedit, & originem. Nam omnis Christi, & Apostolorum actio, nostrę fuit religionis structura, & ædificatio. Quare bene quidem & pręclare fecit Clemens, qui diuinum hunc ritum à Deo primùm traditum & ab Apostolis obseruatum, lege, & edicto, iussuque, struxit. Itaque, hunc locum fusiùs explicat idem Contarenus, in eodem suo, de sacramentis libello, sic inquit olim per Apostolicam manuum impositionem, super eos, qui per fidem, & baptismum, fuerant Christo ad dicti, descēdebat, è supernis, spiritus sanctus inq; conspicua specie (linguarum scilicet ignis) in pectus piorum demittebatur: hoc nempe miraculo, cupiente Christo, optimo, maximo populum ad sese ducere atque trahere, hoc est, æternę salutis addicere, & patris regno donare: at verò confirmata iam fide, auctoq; & propagato, in omnem orbem terrarum Euangelio, miraculorum claritate, amplius opus non fuit. Ideoque cum desueuisset, in conspicuo, & visibili

^l Polido
vergi. lib. v
cap. iij. in fi-
ne cõtex. li.
de sacra re.
† Ca. primo
de sacra vn-
ctione.

figno, spiritus sanctus, è coelis, in homines, coepit hæc sacramenti institutio, per chrisma scilicet, & Episcopalem manus adiectionem, in vsum venire, videlicet, vt hic insignis character, signumq;, penes homines semper resideret, quo character, Christo copularentur, Christo inungerentur, in Christo viverent, in Christo morerentur, nam sicuti, olim per hanc manus impositionem Spiritus sanctus aperte in homines, è coelis immittebatur, (erat enim tum ad confirmandam fidem necesse) ita hodie quoque, ex hac confirmatione, idem spiritus, clam quidem, & occultè, animis hominum illabitur, eosque, per hoc sacramentum, Christo penitus adigit, & confirmat. Porrò adiunctum est Chrisma, & addita linitio sancta, idque factum, ex vetere etiam Apostolorum instituto, nam qui laborabant, qui in discrimine versabantur, qui malè habebant, eos vti sanarentur, vnctione perfundeabant discipuli, auctore Marco Evangelista, qui ita loquitur, Egredi prædicabant, vt poenitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabantur. Et certè magna semper fuit, etiam in vetere tabula, sacrosanctæ vnctionis efficacia, cuius rei, differtus est bibliorum liber. Etenim ungebantur, Reges, Pontifices, Christi sacerdotes, hinc Christi dicti sunt, id est, vncti: & Psalmista Nolite tangere Christos meos, id est, vnctos meos: & occidisti Christum domini, dixit Dauid, de Saule rege, id est, vnctum, vti apparet in bibliis. Itaque tanta existimatur virtus esse hoc in sacrosancto illitu, vt optima de causa, Foelix quartus, Romanus Pontifex statuerit, vt moribundi, & qui iam efflati essent animam, hoc in extremo spiritu, sacro oleo perungerentur, quò scilicet, hoc veluti munimento, à Satanae impressione & insultu tutiores essent.

Ad propositum, hæc quidè omnia ampliore etiã decreto conscripsit, promulgauitq; Anacletus, adiecitq; pleraque alia, quæ pertinent ad sacerdotum, Diaconorumq; officium: & totum illum ordinem, eleganti, condecentique forma, perpo-

perpoliuit, multis legibus, in eam rem scriptis, sancitisque. Itè que ille Romanam ecclesiam, primario inter cæteras loco esse, lege publica pronunciauit, caputque, eam omnium metropoleon, ex domini nostri sententia, & traditione appellauit: de prouocatione ab Episcopis interponenda, etiam multa edixit, vt puta, quidnam iuris, in ea censendum esset, ac statuendum, volens imprimis, & decernens, vt ab Episcoporum iudicio, si quando iniquum videretur, liceret ad metropolitanos prouocare; primatesque in ea re appellare. Statuit pleræque alia, ad gradus, ordinem, & infulas Episcoporum attinentia, nempe, à quibusnam Episcopi illi personis, ad ea dignitatis ornamenta, essent prouehendi: à quibus item inaugurandi, dicandi, sacrandi: tum & cavit, sanxit, si quãdo in aliqua Diocesi, vel prouincia Episcopus animam egisset, aut alia quacunque de causa, sedes pastore destitueretur, successor in dignitate Põtifex, ab cæteris Episcopis, qui in eadem essent prouincia, vti ordinaretur: de his verò, quæ ad Presbyterorum Diaconorumve functionem pertinebant, legem constituit, sicut & alia pleræque, ad protectionem bonorum spectantia simulque ad accusationem Clericorum. Verum enim, hoc in huiusce hominis recensendo Pontificatu, variant scriptores, sed tamen quæ hinc paulò suprã enarrauimus Gratiani, Platinae & Volaterani sunt, qui Anacletum Pontificem, in hæc reponunt tempora. At alij, dissentiunt, paululùm quidem, atque id solùm, dum Cletum & Anacletum eundem esse Pontificem volunt, atque vtriusque Pontificatum, in idem rescribunt, atque de his, qui id faciunt, fuere Irenæus & Eusebius, aientes, Anacletum siue Cletum (nam illis, vterque, idem Pontifex est) ecclesie præfuisse, anno domini octuagesimo primo, sedis eque in solio Petri, annos duodecim, & Lino proximè successisse, atq; illo sublato, Clementem deinde fuisse statim substitutum: porrò, in vno quoque situm est, quam malit sequi sententiam. Hic ergo Anacletus, siue hunc mauius Cletum dici,

† ca. spiritus sanctus, & ca. de his, de consec. dist. iij.

a Mar. vj. c. laco. v. cap.

b Reg. x. exod. xl.

c Psal. ciiij.

Hic Augustinus.

c Polydo. verg. ca. iij. lib. v.

n Cano. sacrosancta xxij. distin.

n Ca. omnes oppressus. ij. quæst. vj.

p Ca. ordinationes lxiiij. distin.

q Ca. sacerdotes.

ca. Diaconi. xciiij. dist.

r ca. qui abstulerit. xij. quæst. ij.

s ca. accusatores. iij. quæst. v.

quæst. v.

a zuseb. lib. cap. vj.

præter id constitutorum, quod paulò antè est delibatum, sanxit item, quæ sequuntur, hanc in sententiam, Sacerdos, sacro missæ operaturus, duos vt cum minimum, sacros homines sibi adesse curato[†] Qui, astando, ministrando, ac curando, illi, in re diuina, dent operam: ^b hic item Anacletus, veterem primigeniæ ecclesiæ morem, sua in sanctione renouauit, qui mos ita habebat, vti peracto à sacerdote, consecrationis arcano, & mysterio, qui aderant fideles omnes, Eucharistiæ sacrum sumerent, aiente Luca in Actis: Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, cõmunicatione & fractione panis: hunc igitur à primis patribus laudabilem morem, nescio quo modo, (vti bona omnia ob humanam vel imbecillitatem vel fœcordiam, dilabi solent) iam iam obsolescentem, ac incipientem deleri, hic Pontifex salubri concilio in vsum reuocauit, hoc addito Qui id nõ fecerint, qui pane cœlesti sese tum nõ pauerint, Qui mortem domini tum non meminerint, Qui corpus Christi non sumpserint, anathema sunt, à templo eiiciuntur, abarcentor,

[†] Polido. Virgi. lib. v. ca. xj. Hac multa, impietatis poenas danto. [†]

Verum enim, præcedente post tempore, mortalium mens ad ingenium rediit, hoc est, suam innatam fragilitatem, induit, nam cum refrixisset religio, hanc tam piam, laudabilemque cõsuetudinẽ, homines per desuetudinẽ, vel aboleuere, vel turpiter oblitum sunt: [†] vnde factum, vt Zephirinus, qui post Anacletum, centum plus minus annis, rexit Ecclesiam, statuerit, vti Christiani puberes omnes, vbi primùm pubertatem attigissent, singulis saltem annis, cõmunicatione diuinæ hostiæ lustrarentur, sumerentque sacrum Eucharistiæ: huic autem capeffendo sancto muneri, sumendõque corpori Christi, Pascalem diem potissimùm addixit: porrò Fabianus, qui postea est subsequutus, id ipsum quotannis, vt ter fieret, sanxit & edixit, ^a sed Zephirini decre-

tum, inducto illo Fabiani, & quodamodò abire iusso, sequutus est, veluti facilius minúsq; arduum (nam antequam eò accedatur, est summopere attendendum, abluendaque per cõfessionem & poenitentiam omnis labes animi.) Cõstantius primò, dein Innocentius tertius ^c qui id & approbauit & suo corroborauit suffragio [†] huncque morẽ nunc sequimur omnes. narrat quidem Iouius, in historiis, (vt id etiam obiter hîc dicatur) apud Aethiopas, Indos, sub imperio Pretiani, veterem hunc ecclesiæ morem, obseruari, atque quotidie, dum fit res diuina, & celebratur missa ab omni plebe omni que populo, qui adest, præfensque est, Eucharistiæ sacrum sumi: mortuo Anacleto Romano Pontifice, in illius locum sublegitur, Euaristus: hic in Græcia, Iudæo patre natus, Romanus Episcopus fit, anno domini, centesimo secundo, præfuitque ecclesiæ Romanæ annis octo. ^a Qui Pontifex, præclarum quiddam in matrimoniorum ratione, primus constituit, quò scilicet, obuiam iretur fraudibus, quæ in ea re, sæpissimè incidunt, magno sanè parentum & propinquorum dolore, magnaque sæpe puellarum tum circunventione, tum iniuria. Itaque, ea de re, is, hæc, hunc in modum sanxit.

Coniugium, cui sacerdos non adfuerit, illudque solenni more, benedictione non lustrarit, non benedixerit,

Incestum dicitur, furtimque, & per latrocinium contractum censetur.

Connubialis sponsio, in qua, non interuenerit parentum puellæ consensus, reiicitur,

Incesta, malaque putator,

Puellam, cum bona parentum, propinquorumve, gratia, maritus sibi sumito, spondeto, ducito,

Puellam, yterque parens, de manu in manũ, viro tradito,

Iusta solennia, ea in re, obseruantur, tenentur, ni fiat, incestus communitor, [†]

Hoc quidem est huiusce connubialis sanctionis caput, eaque conscriptum sententia: quod sanctionis caput, ea con-

[†] ca. Episcopus. de consec. dist. j. ^b Polido. ca. xj. lib. v. ca. Episcopus de consecra. dist. j.

[†] Polido. Virgi. lib. v. ca. xj.

[†] ca. quotidie. de cõf. dist. i. j.

^a ca. et si nõ. de consecra. dist. i. j.

^c Polido. disto cap. xj. lib. v. [†] et autoritate Lateranensis concilij confirmauit.

^a Irenæus libro ij. cap.

[†] Euaristus in primis suis decretis primo concilio rû libro Relati. v.

^a Polido. Virgil. lib. v. cap. v. scriptum sententia, ^a Polidorus Virgilius, in suo libro, de inventoribus rerum, huic Euaristo Pontifici acceptum refert: contra tamen censere videtur Platina, atque illud Soteri Pontifici adscribere, diceretque, ab eo hanc præclaram coniugiorum præscriptionem, constitutionemque, ductum primum habuisse. Et tamen Gratianus, Euaristo item id ipsum tribuisse videtur: utcumque res habeat (neque enim in tali historicarum controversiarum genere in his quæ non sunt fidei articulo cuiusquam opinioni, uti sæpe dixi, sum addictior: satis esse duco, si de constitutione, legemque constet, quicumque tandem fuerit Pontifex, qui eam tulerit) tantum dico, quoquo modo res habeat, fecisse eum Pontificem, quisquis fuit, operæpretium magnum, qui id lege edixit, maxime in Christianis hominibus, quum & apud Gentiles quoque, & populum à verbo domini alienum, patrum causa, eo in negotio, præcipua semper extiterit: ad quod, alluisse videtur ^b Apuleius, in suo asini, libro sexto, quum venerem inducit, rationibus, atque argumentis colligentem, inter Cupidinem, & Psychem, nuptias legitimas non videri, quod clam parentibus, nulloque adhibito teste, res acta esset.

Extat quidem hodie elegantissima oratio, ab Herueto Aurelio doctissime conscripta, euulgataque, quam erat habiturus ad patres nouissimi confessus Bononiensis: qua in oratione suadet, temperandum esse canonem, sanæque interpretandum, qui contrarium edixisse videtur, & veterem hanc legem renouandam, aduersum eos, qui clam, & non adhibito partem ad sensu, puellas sibi iungunt connubio, Tu hanc orationem quidve adferat, si lubet, videto.

Verum enim vero, postquam ex continuatione, contextuque rerum, hanc in causam deducti sumus, non abs re futurum putato, si omnem hanc, quæ de incestu habetur, materiam in transitu extricamus, à quonam scilicet tempore, coeptum est dici incestum coniugium, hoc est, ecquando primum, coepere mortales, existimare, inter consanguineos dici, incestum

nubere, tum eoque in primordio seculi, fuerit hac de re, obseruatio: quæ usus, qui mos, qui ritus, singula quidem mihi nunc sunt obiter explananda: Scitur ergo, initio cœlestis discretionis, scilicet, postquam distincta, discretaque sunt omnia, cœlum, terra, mare, effectusque mundus, & effectus formatusque primus homo, nullam tum habitam esse in efficiendis connubiis, cognationum, aut propinquitatum rationem: quin, frater forori iungebatur, patruus nepti, & sic deinceps, in tali omni consanguinitatum genere, nubebatur: copulabanturque indiscriminatim homines: id credo, eueniebat, tum ob penuriam generis humani, tum ob desiderium propagandi, tam excellentis, in rerum natura animatis, qualis est homo. Etenim, deus ab initio dixerat, crescite & multiplicamini, & replete terram, cum scilicet hominem, ea de causa benedictione iustravit: nec enim volebat, tam præclarum opus, quod informarat ipse, effeceratque, tanquam omnium ferè suorum operum palmarium, intercidere: intercisurum autem utique fuisset, & prorsus breui periturum, si in connubiali congressu consanguinitatem tum religioni habuisset homines, inde videmus factum ut in sacra legatur scriptura Adamum, & Euam simul patrem, socerumque, simulque matrem & socrum fuisse, cum videlicet horum filiarum, suis fratribus nupissent: Sic & procedente postea tempore, in ipso dei populo, Abrahamus, Sarram ex Arano fratre neptem, duxit uxorem: sic item Iacob, Liam & Rachelem, filias Labami sui anunculi, ambasque sorores, sibi matrimonio iunxit: sic deinceps alij, alias proximo cognationis iure ad sese attinentes, nulla habita sanguinis ratione, uxores habuere: uti tamen, de his nouissimis, ea adferam, quæ ab hisce doctoribus didici, qui isthæc subtilius disputant, habetote, Abrahamum, quidem Sarram sibi iunxisse, quæ illi genere propinqua erat: Iacobque, Liam & Rachelem, sibi ambas sorores, despondisse. At id factum, non propterea quod deficeret hominum genus, iam enim latè propagatum erat, vel quod, aut libidini, aut diuitijs, aut nobilitati, aut formæ (quæ causæ

hodie solent plerumque esse nuptiarum potissimæ) ea in re, indulgerent, nihil enim fuit illis hominibus sanctius, nihil temperatius, nihil ab omni humana cupiditate abstinens magis, quum eo quoque tempore, iam inciperet quædam sanguinis in matrimoniorum coniunctione, haberi discretio. Vel ipsa natura docente, nam tametsi ex eadē tribu, eademque familia, & cognatione curabatur duci vxor, quod amor esset coniunctior, cōsulereturque sanguinis conseruationi, tamen quosdam, eo in negotio, gradus discerni, honestas iam, decorque suadebat: verum cōnubia, ab hisce Patriarchis sic facta, ea omnia extitere, vti sub arcana talium rerum vmbra, occulerentur ingētia mysteria, quæ suo dein tempore eruperunt, & ad exitū sunt perducta, Nam Abrahami, & Sarræ coniugium, figura fuit atque prænotio christi, cum ecclesia, mysticæ coniunctionis, spiritualisque conubij: porrò Iacob, Lia, & Rachel, qui se iunxere coniugio, synagogam & ecclesiam tum prædixere, tum representaere: eo quidē modo, erat Lia maior natu, Rachel vero iunior, illa quidem oculorum vicio laborans, hæc oculorum claritate præfulgens, hanc Iacob sibi volebat, illam auersabatur, flagrabantque ambē mutua, ob virum, zelotypia: sic item synagoga, quam Lia deliniabat, & lusciosa & senior est, & cecutit, laboratque semper in fororem iuniorem: hoc est, ecclesiam, quæ sub nomine Rachelis, tum latebat, zelotypia, atque semper in lippitudine versatur, vt quæ lumen clarum non videat, conspicuum quidem & apertum, forori, nempe ecclesiæ quæ vt Rachel oculis clara est, & acutè videns, accutèque intelligens, sic ergo tale cōnubium Patriarcharum, diuino conflatum numine, rerum fuit admirandarum, quæ postea euenere, occulta latensque significatio: ob id non crassa (quod aiunt) Minerua accipiendum, nec in sensum in quē Iudæi rudes, expertesque mysteriorum, quæ latent in scripturis, id interpretantur, nubuntque, Patriarcharum (vt aiunt) exemplo: promiscuè & multas simul ducunt vxores, sicuti testantur Iustinus martyr, & Theodoritus, qui eam ob

i Anagogi.
sensus.

causam, in eos acri inuehuntur oratione: At quicquid huius rei fuit, id omne certè spiritali arcanaque significatione est nobis desumendum, atque ea, qua dictum est, sententia explicandum, auctoribus quidem, Chrysofomo, Gregorio Nazianzeno, & Hieronymo nostro, qui prædicta veterum horum procerum connubia, ad hunc anagogicum sensum referunt: Ad rem redeo: post igitur primigenium illud Adami sæculum, quo ante vniuersam orbis terrarum ab aquis alluionem indiscriminatim coibant homines, sequuta sunt Abrahami tempora, quibus, lex quædam coepit dari, quedamque obseruari matrimoniorum ratio, ita tamen, vt ea, in eadem fierent tribu, e ex eadem familia vxor duceretur, eo quidē pacto, quo paulò supra fusiùs differuimus. Moses, qui post magna amplaque promulgauit in omni rerum genere, sanctionum capita, inter alia, hanc in rem sic sanxit, vti scilicet, tribulis semper tribulem suam sibi desponderet, f ne ex familia egrederentur matrimonia, id videlicet præcipuè tum curæ fuit, in vtroque tam Abrahami quam Moysis seculo, vti haberetur sanguinis, progenique ratio, ac extra stemma suum, patrium, vel maternum propago longiùs ne abiret, in alienasque domos neu diduceretur, quin per matrimoniorum vinculum, sua semper in familia, suaque in cognatione resideret: Quod si quādoque, aliquantò longiùs abscederet, per idem matrimoniorū vinculum, eodem rediret, suæque rursus stirpi annecteretur: Moses etiam, in hoc vxorio negotio, gradus quosdam cognationum, per legem discreuit, primum scilicet, & secundum, vti consanguinitati reuerentia quædam, & honos haberetur, & hos gradus à cōnubio prorsus exclusit: successit postremò politiuæ legis publicatio, quam pontifices post tempora apostolorum, rerum negotia, rerumque causas, variis rogationibus & edictis, honestè prudenterque temperantes, hac in negotij specie, sciuerunt & edixere: in queis fuit Fabianus, qui matrimoniorum coniunctiones, intra honestos modos posuit, ac quibusdam, veluti cancellis, magno reipu

e Nu. ca. 36.

f Numer.
cap. xxxvi.

1 Ca. de pro
p inquis 35.
quest. 2.

1 Ca. nullum
35. quest. 2.

blicæ vsu, magna que honestate circum scripsit, nam præter primum & secundum cognationum gradum, tertium quoque, & quartum, in eadem causam retulit: † At Iulius, primus qui postea fuit, hoc quidem, multò astrictiùs, multò que astrictiùs, qui quintum quoque & sextum cognationum gradum & ad septimum vsque is pertingens, hac lege cõnubiorum interdictrice, circumduxit † vt videlicet populo Christiano, in hoc rerum genere, habenas constringeret, & ad honestatẽ pudentiorẽ accuratiùs reuocaret, quod & diuus Gregorius comprobauit. Verum quum ea ratione, non optimè consultum rei humanæ, coniunctionique, & societati mortalium videretur: quippe qui cogentur, quum in sua quisque ciuitate, in suoque populo, quam duceret, extra septimum gradum, non reperiret: ad finitimos, alienamque gentem confugere, & ab eis, magna cum difficultate, cõnubia petere, visum est, premente necessitate, huic rei modum imponere, & sublato vel temperato superiorum patrum summo illo iure, matrimonia latiùs producere, largiori que vinculo donare, itaque Innocentius tertius, Fabiani decretum, iam pridem vel antiquatũ, vel sopitũ in apertũ retulit, & renouauit: Quã Innocentij legem, ad hunc vsque diem, probè commodè que tenemus, quin & Arcadius, & Honorius, cum consobriniis, cognatisque, cõnubia probè iungi posse, lege cauerunt^h quæ tamen non tenetur, & hæc quidem de coniugijs Christianorum, gẽtisque deo cõiunctæ, de que lege, ea in re, ab his, & sancita & obseruata: contra quam, qui nubit, incesti sese alligat. nunc pauca mihi sunt dicenda, de Romanorũ quoque, à quibus leges ciuiles accepimus, hoc in cõnubiali negotio, vsu, & obseruatione.

His ergo primũ, lege duodecim tabularum fuit cautum, ne patricius, cum plebeia, nuptiis copularetur, quod ea ratione existimaretur, confundi sanguis, ac gẽtilitatis stemma pollui: quam rogationem pertulit Appius Claudius, superbus ille decem vir, & plebis hostis infensissimus, quæ tamen postea, magna contentione fuit abrogata, de qua re multa quidem

quidem Liuius, qui quãtũ inter patres, plebemque, & tribunos, ea in abrogatione, sit decertatum, fusissimè enarrat. Quod vero attinet ad cognationum discretionem, eadem ferè, quæ nunc, ea in re, habemus, obseruabantur, in primigenio legum capite. stemmata certè constat, vt directum a uorum, patrumque, & liberorum, & nepotum stemma, prætereamus, inter quos, omni tempore, interdictum, vel desuetũ fuit ius cõnubij, constat quidem certè fratri sororem nubere, nephas fuisse: hinc ait Cicero † in Clodium, qui non pluris fecit bonam deam quã tres sorores, has enim omnes incestauerat. & Suetonius de, Caio Cæsare, qui Caligula est dictus, ita ferè loquitur. cum sororibus, stupri consuetudinem foedè incestè que habuit. constat item Romæ, non licitum fuisse plus vna, vxore simul habere, nec etiã permisiũ, neptè ducere, sed tamen postquam Claudius imperator, Agrippinam, fratris filiam, sibi connubio iunxit, desuetum est tandè id haberi pro flagitio, itaque Plutarchus, aliò tamen referens huiusce rei initium, loquitur hanc in sententiam, superioribus (inquit) temporibus, non ducebantur vxores, quæ viro forent proximitate coniunctæ, sicuti ne nunc quidem sorores matrimonio sibi iungere, cuiquã licet, fuit aliquando idem de neptibus, At postquã vir quidam, cui neptis nupsit, ea de re, fuit in crimen appellatus, multitudinisque dein iudicio absolutus, effectum vtique est, cautumque, præ iudicio plebisciti, vti neptes sine discrimine patruis, & auunculis possent, nubere:

Sed vt eò reuertamur, vnde aberrauit oratio, rapuitque me subiectæ materiæ elegans & accommodata egressio, istius Pontificis Euaristi, reliquas actiones, factaque inclita, perstringamus: fuit enim vir magnus, in omni rerum genere, & quod caput est, fortis, & pius, nam & piè fortiterque vixit, & piè fortiterque pro lege domini occubuit, martyrij corona decoratus, (teste Eusebio) sub Adriano, vel vt Platina mauult sub Traiano, itaque iste vir bonus, multa sanxit, multa que

† Episto.
ad Lentulũ
lib. epist. fa
mil.

1 In Proble
mar.

Platina in
euaristo.

maximè Christiani cleri, christianorumque sacerdotum, quos omni honore & munifico munere voluit officio- se pièque comprehendere, homo sagax, & solers, qui ordini suo, in quo consistit columè ecclesiæ, præcipuo summoque bono, cauit, uti semper subniteretur, existimans fore, uti euenirent multa, quæ procedente tempore in hominũ sacratorũ genus, impetũ facerèt, quod nisi bono solidoque suffultum esset fundamento, futurum utique esset, uti quandoque periclitaretur, suo de gradu deiici, tales futuri erant mores, talis in omni vitæ statu corruptela, talis cleri à recta via deflexio. Igitur hæc hãc in rem, futuris rebus cautionem adferens, sanxit, quæ sunt sic, Presbiteris, vrbis Regionibus, quæ illis sint pro titulo, functionisque sacerdotalis dignitate, assignantur, Diaconi septem, qui ecclesiastici muneris functionem obeant, sintque sacerdotum coadiuue instituuntur, creantur, designantur, Qui item Diaconi concionatorem, & diuini verbi præconem, veritatis causa, obseruato, illiusque, verba pia & veritatis amica, plausu, adhortatione, acclamatione subsequuntur, iuuant horũ: ex numero fuit, Laurentius martyr cui à Xisto pontifice concrediti fuerunt, & patefacti thesauri ecclesiæ, ad vsum, & sustentandam tenuitatem pauperum sepositi, quos tanta fidelitate, seruauit, ut maluerit sanguinem, cum tanto dolore, profunderè, quam eos tyranno patefacere, * Ab hoc item pontifice Euaristo hæc emanarunt, Sacerdotes honorantur, coluntur, obseruantur, eos nullus concutito, opprimito, vexato, In eorum res, nemo inuadito, nemo impressionem facito, negotium haud exhibito, sacrosancti, ab omni iniuria, facti, tecti vbi que sunt, Qui contra faxit, scelestus putator, pro noxaque punitor. Euaristo paulò mox defuncto, successit septimo loco Ale-

† Placina in Euaristo.

i ca. diaconi xciii. distin.

Hæc in vita Laurentij martiris.

r Iñodo. to. j. conciliorũ. solido. de Iouento. rum. lib. iij. cap. ix.

xander, qui pontificatum gerit, dum Traianus senatum populumque Romanum regit imperio, anno, à deo incorporato, supra centesimum, vndecimo: multa huiusce pontificis Alexandri, narrantur constituta, eaque omnia ad sanctissimas ecclesiastici decoris, rebus in sacris, ceremonias pertinentia, quas quidem ceremonias, homo ille, maximo ingenio præditus, magna cura excoluit, & violatas inexpiabili religione fanciendas iussit, sunt autem eiusmodi, Sacerdos quisque, vnum solum, quoque die sacrificium misse facito, Vni soli missæ sacro operator, Dominicum corpus, dominicumque & diuinum panificium, semel duntaxat; in dies, presbyter omnis in missa tractato, conficito, Ultra hunc numerum, eo in cælesti negotio arcanoque mysterio, singulis diebus ne progreditor, Id semel facere quotidie sat esto. ^m Porro, aqua in vsu rerũ diuinarũ adhibenda, sale cõspergitor, Consperfa dehinc, benedictione lustrator, benedictor hac tum demum, sic lustrata, talique sacro condimento benedictionis piata, ministri, sua in rerum sacrarum functione vtuntur. ⁿ Omni in templo, eam collocanto, Plebem & populum, ea, piè, sancteque expianto, abluuntque, tumque, passionis, & mortis domini memoriæ causa, Canonis sacro missæ hæc sacrata verba inseruntur, adduntur Qui pridie quàm pateretur, accepit panem, in sanctas & verabiles manus suas, benedixitque, ac fregit, & dedit discipulis suis dicens, hoc est, & cetera. porro & ipsa verba, sacerdos corpus Christi confecturus, demisse efferto, itaque ab eo loco, (qui pridie, ad principium vsque clausule, hoc est corpus) quæ in sacro missæ dicuntur, sũt huiusce Põtificis Alexandri, sacrata appedix, & ad id diuini negotij, diuineque, reipie accomodata adiectio. ^o Hic, Legatũ à latere põtificio inter turbãtes, eiusque, auctoritatẽ, potestatemque, quæ apostolica est, in-

Tréne lib. iii. cap. iij.

n Ca. suffi. cit de consecrat. dist. i

n Ca. aqua de consecrat

Polid lib. dist. iij. cap. x.

terpellantes sacris interdixit.

Iste item clericalis ordinis fautor egregius, & sacerdotum nationi vti par est amicus magnus, hanc in rem isthac sanxit, Ad tribunal ciuile prophanumque clerus, nulla in causa sua, protrahitor.

Illuc, non sistitor

Illuc, nullo vadimonio constringitor, non euocator, non rescribitor,

Sacro in foro suo conuenitor,

Ibi, ius illi dicitur,

Inibi causa agitator, ^P

^p Volat in antropo, Iudicium exercetor, Sententia dator,

Item in ceremoniarum sacrarum, morumque institutione, quae sequuntur, edixit, sciuit:

In sacrificio missae, corporisque dominici consecratione, a qua vino permiscetor,

Hecque duo, a sacerdote, sacra benedictione, in vnum, commixta, temperata, vnita, hunc in sacrosanctum vsum, lustrica piaque commixtione deducuntur, sacran tor, benedicuntur, nec id quidem ab eo factum, absque mysterio magno, magnaue arcanarum reru notatione, quippe quia, vinum fit sanguis Christi, qui pro nobis in cruce fusus est, iuxta praedictionem Iacob patriarchae, qui ita suo in testamento ad filios, loquitur,

Vestimenta sua abluet, in sanguine vitis, hoc est in vino: haec de Christo euentura, suo praenoscens designasque oraculo, sicuti interpretantur huc locum testamenti Iacob, positum in Genesis penultimo capite, Iustinus martyr, Origenes, Hieronymus, porro aqua, quod factum est, in morte domini, nobis exhibet, nam inquit Ioannes, Euangelista, Et accedens miles, lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua, & haec quidem ex interpretatione ecclesiasticorum glossatorum. Hic pontifex Alexander sub Adriano martyr, in via Nomentana, septimo ab vrbe miliario iacet, a cuius Alexandri excessu, Xistus Romanus

^r Volat in antropo.

Pontifex, id honoris munerisque consequitur, & eodem tempore praesidet Ecclesiae Romanae, quum Adrianus Caesar Romanae regnat,

Hic, vt Platinae placet, octauus Pontifex, vt verò fert Eusebij supputatio, & ordinis Pontificum, numerique ab eo descripta ratio, septimum in Catalogo locum obtinens, ad Pontificatum venit anno domini centesimo vigesimo primo, eumque Pontificatum gessit, annos nouem: hic multa quoque edixit, sanxit, solennia piarum ceremoniarum respicientia.

Qualia sunt isthaec,

In Canone sacrosancti sacrificij missae,

Haec sacrosancta verba adduntur, sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth.)

Haec a sacra sacerdotum corona, in sacro choro, dum solenne sacrum missae peragitur,

Occinuntur, psalluntur,

Porro, verba isthaec coelestia, (dominus sabaoth.) ab hoc Pontifice, sacrosancto missae Canonis inserta, ab Esaya propheta sumpta fuere, sonat autem vox Hebraea sabaoth, vt interpretatur alicubi Hieronymus, idem quod exercitus, ita vt (dominus sabaoth) nihil aliud designet, quam id ipsum, ad verbum Latine redditum, nempe, Dominus exercituum, Quare pium, religiosumque, & diuinum fuit, quod huic Pontifici venit in mentem, quum scilicet verba ista, quae tantam rem significant, personae Christi imprimis accommodata, sacrificio missae, adiuncta esse voluit, occinenda quidem illa, solenniter, si solenne sit sacrificium, sin priuatum & submissum, a sacerdote submissè efferenda: porro dum occinuntur, excipiunturque, modulante cantu, hominum, mentes, cordaque tollunt in coelum: Quamobrem occentum talem, ecclesia angelicum cocentum appellauit. Sanxit item haec iste Pontifex,

Sacrata templorum vasa,
Sacrosanctum corporis Christi puluinar, quod corpora-

^f Platina in Xisto.

^t Euseb. libro. iij. ca. iij.

^v Polido. Virgil. lib. v. cap. x.
^x Hieronymus in interpretatione dictionum Hebraicarum.

le dicitur,

Sacrofanctum ciborium, quam custodiam vocamus, Laici ne attingunto, neu atrectanto,

Id folùm sacerdotum manus esto,

Alij omnes, à talium rerum tactione, nisi prius benedictione ni sunt lustrate persone, facteque sacrosancte, & sacerdotales, abarcentor, repelluntor,^x

^x ca. in fan
cta de cōsec.
distin. j.

Ab his, manus prorsus abstineto, gens prophana, & coetus

Laicorum, hęc non atrectanto,

Ceterum, ipsum puluinar & dominicum corporale, ex byf-
fino lino, conficitor, attexitoy,^y

^y Platina in
Xisto.

Hic Xistus, Romanus Pontifex, sub Adriano martyr, iacet
in Vaticano,^z

^z Raphael
Volater. in
antropolo-
gia.

Fuere quidem ij omnes, summi Antistites, viri boni, qui
gregem dominicum pauerunt salubri pabulo, & summam
dederunt operam, vt Pontifices, sacerdotes, hominesque o-
mnes ordinis sacerdotalis, quique initiato vertice & tonfu-
ra insigniuntur, perpetuò, sociata iugerentur concordia,
atque in eam rem, multas leges conscripserunt, quarum hęc
sunt præcipua capita,

De conciliandis, coniungendisque inter se Clericis, ac Epi-
scopis, ac de Christiana congregatione Pontificibus con-
socianda, & de mutua eorundem conciliatione perennan-
da, & firmo consibulanda foedere,^a

^a ca. sicut vi
ri. quæst. j.
ca. nulli. ij.
quæst. vij.

Tum & alia nonnulla præscripserunt, quę in eum finem re-
feruntur: decorumque, & ornamentum Ecclesię, potissi-
mum respiciunt: cuius generis, sunt ista, vt pphani homines,
quiq; Laici dicuntur, à sacratis psonis distingantur, discernantur,
& si aliquãdo cōtingat, clericos reos postulari, appella-
riue alicuius criminis, id iudiciũ ne detur iuridicis pphanis
& ciuilibus, quæstoribusque principalibus, aut municipio-
rum, quos vocant Iudices seculares, sed tota criminatio, ac-
cusatio, ad officia Pontificia & ecclesiastica relegetur,^b

^b ca. relatũ.
xj. quæst. j.
can. sacerdo-
tes qui pro-
prio. vj. quæ-
stione. i. ac-
cusatores. ii.
quæst. v.

Hęc supraposita decreta omnia, sanctissima certè, & sum-
mam pietatem præseferentia, ad statũ sacrę Reipublicę eri-

gendum, constabiliendum, maximè pertinent, non item ad
fufiorem thematis nostri institutionem, rationemque: in
quo themate, agimus præcipuè, vt ostendamus, tum ex ve-
terum potissimum conciliis, tum ex decretis nouissimis
Pontificum, ordinem, collationem, partitionemque sacer-
dotiorum, quę beneficia appellari, vsu confirmatum est,
qua in re, non curarunt prædicti illi primi Patres, multas
leges sancire, sicuti nec qui illis successor fuit Telephorus:
mihi verò, vt nunc, & iam initio dixi, certum est, ob oculos
hominum ponere, qua ratione, quòve modo, fuerunt ista,
quę dicimus absolutè beneficia, post Christum passum, in-
uenta, institutaque, & sacratis hominibus cum officio, at-
que prouincia, collocata, & quod cuique horum iniun-
ctum sit onus, ppria cuiusque definitione, & præscriptione
declarare: tum & percurrere, quanam via, ad ea admittan-
tur homines, quòve iure, siue cuiusquam iniuria, corũ con-
sequi valeant administrationem, actionemque: ac è contra-
riò, quomodo ea administratione possint cedere, quando-
cunque eis libitum fuerit: igitur Telephorus Romanus
Pótifex decimus, de quo nunc nobis iactus est sermo, qui
post superiores, ad Pontificatum proximè assumptus est,
anno domini centesimo trigesimo, præfuitque ecclesię de-
cennium totum, Græcus fuit, & sanè à Græcia, disciplina-
rum legumque, & omnis humanitatis parente, bonũ quo-
que, disciplinæque peritum, & sacrarum legum ceremo-
niarumque scientem tulimus Pontificem: nam iste, dum re-
xit Rempubicã, multa eam disciplina, multa optimorum
morum conformatione, multa institutionum sacrarum, re-
bus in diuinis adiectione, & auxit, & exornauit: pauca tamè,
ac ferè nulla in rationem propositi nostri sanxit, quę tamè
sanxit, rem in aliam sacram, pietatemque diuinam, huc
adferre obiter non me pigebit^d, Is igitur quadragesimæ,
quæ sex hebdomadas habebat, septimam adiunxit Cle-
ricis[†], quò caro constringeretur, spiritui inferuiretur,
cultui diuino omnia opera impenderetur, voluptatibus

^c Volater.
in antropo-
logia.

^d Isido. to.
primo con-
ciliorum.
Volater. in
antropolo-
gia.
[†] ca. xliiii.
dist.

capita amputarentur, gulæ, & edacitati, sua circuncideretur libido, denique luxuria faceretur, inque animis nostris, præfens adesset continentia: porrò, huic religioso ieiunio quinquaginta religiosos (cùm iam antea, omnibus quadraginta præscripti essent dies clericis, hoc est hebdomadarum septem spatium) religiosè præfinit. ^d Laicis quidè ut obseruatur hodie indicuntur quadraginta, Religiosis utique personis, L. & nonnullis, etiam eò plus: Sic itaque, & Moses quadraginta dierum spatium, cibum non gustauit, sic & Christus, totidem dies nihil omnino edit. Ad horum igitur exemplum, vitamque, quatenus situm est in homine, nos informauit, bonus Pontifex, omnia quidem isthæc, hoc sequenti constituens modo.

Christianus clerus, religiosi homines

Christianus sacratu ordo, per quinquaginta religiosos dies, ieiunio incumbito,

Hebdomadas septem, piæ orationi, piòque animo vacato,

Non corpori, non genio, indulgeto,

Quin, eo ipso tempore, mortis dominicæ, Iesu Christi laborum, cum paucò cibo, cum corporea attritione, cum animali, ad cœlos sublatione, memoriã recolito, celebrato,

Huc, totos ingenij neruos intendito,

Huc, mentem omnem eleuato,

Inde factum, ut hæc, in illo religioso tempore quadagesimæ, sacerdotum chorus, suo in horario, diuturnoque precum officio, piè concinat, (Leuate oculos in cœlum, sustollite corda ad dominum, poenitentiam agite, noxias fatemini, & delicta expiate, & reliqua, quæ ab Ecclesia, hoc in genere tunc occinuntur) Sanxit item sic, Hoc, in ieiunio illi addictum, statumque tempus, ante Paschalè diem esto, Ante Resurrectionis Christi celebrada solennia, indicitor, Hæc quidem sunt huiusce Pontificis, quod ad hanc rem pertinet, constituta, quæ ad hunc usque diem, sanctè obseruantur.

Adiecit item hic Pontifex, sacrificio Missæ diuinum hunc hymnum

hymnum Gloria in excelsis Deo, ^e Sic aiens, Diuinus hic hymnus, solenni, statoque die occinitor, vel à sacerdote ad altaria offertor, voce submissa, dum priuatum est sacrum. Edixit item, sciuitque, ut in solenni, dominici natalis die, à quoque sacerdote, sacrificium Missæ ter perageretur, ^f Primò quidè, in cõtinuo, mediæque noctis & intèpestè tempore, quòd tum Christus natus esset: deinde in gallicinio, luce iam oriente, quia tunc à pastoribus agnitus, & adoratus. Tertio, ùm iam illuxit, factumque est clarum adultumque & præceptum manè, nam illo tempore, illuxit toti mûdo, Christi, salutisque humanæ claritudo. Itaque his de rebus, præscripsit hunc in modum. Cùm agitur natalis domini, sacræ Missæ à sacerdote ter dicitur, ^g A populo, plebèque ter auditur, Primum quidem, secundam circiter noctis vigiliam esto, hoc est, ad mediam noctem.

Alterum ad auroram, lucemque incipientem,

Tertium, ad clarum diem,

Et hæc quidem etiam nũm, hodie à Christianis exactissimè retinètur, Annota tamen quod obiter attinet, ad superiora, quæ de quadagesima sunt dicta, nos item ex pia obseruatione ecclesiæ, ad hodiernum usque diem habere, & septuagesimam, & alicubi etiam nũm sexagesimam stata quidem & anniuersaria religiosorum dierum tempora, quæ & religiosi homines, in ieiunio accuratè obseruant, & Græci quidem uiuentes in Græcia sub obedientia Patriarcharum hunc morem studiose retinent, ac Aethiopes etiam Indi Pretiani, uti describunt earum rerum enarratores recentes: porrò huiusce Pontificis tempore, vixit Iustinus, martyr: qui homo, cùm à falsa Philosophorum doctrina, cui se ab initio addixerat, eamque, magna nominis sui celebritate excoluerat, desciuisset, & in nostra castra, magno suo bono, transfuisset, in habitu tamen semper, pallioque philosophico, cū baculo, scilicet & pera, præconem egit Euagelicæ dictio- nis, eamque tum in scholis disputando, tum vehementissimo scribendi genere, quo in gentes usus est, illustrando,

E

d ca. Statuimus
iii. dist.

e Polido. lib. v. ca. x. de inuen. rer. Volater. in antropo. ca. nocte sancta. de cõf. cra. distin. i. f Euseb. in chroni. Volater. in antropo.

g ca. Nocte sancta. de cõf. sec. distin. i.

auxit quidem, & exornavit: multa illius extant hodie opera, multa quidem interciderunt, temporis iniuria, quæ ab Eusebio, Theodorito, Hieronymo, & à Photio, in suo illo magno volumine, quod miriada, hoc est, opus decem milium librorum, inscripsit, recensentur,

Hic Pontifex sub Adriano martyr, sepultus est, iuxta Petrum: ^g quo sublato, Hyginus ad sacrum hunc magistratum assumitur, ad annum reparatæ salutis centesimū, quadragesimum primum, iusque dixit in Ecclesia, spatio quatuor annorum, mensiumque trium: ^h Et quidem legum obseruantissimus, vitæque probatæ, ac plerisque mores in Ecclesiam induxit, quibus nunc utimur. Etenim, scitote, illo primigenio seculo nullos, nõ summæ religionis, summæque doctrinæ ac virtutis extitisse, Pontifices, patresque, (vera profectò, & fulgida Ecclesiæ lumina) id etiam imprimis necesse fuit, ut scilicet, per talem virtutem, talèque eruditionem, propagaretur Christianismus (qui iam tum primùm adolescere, radicisque firmas agere incipiebat) munimentumque acciperet aduersus insultus diaboli, & impressionem tyrannorum, tum & legibus in omne tempus duraturis, suffundaretur, uti sciri potest, ex Eusebio, Theodorito, & Iustino martyre, qui acta illorum temporum literis mandauerunt. Ergo Hyginus iste Pontifex, decessorum suorum Pontificum, qui antea Ecclesiam rexerunt, vestigiis insistens, hæc nobis, quæ sequuntur instituit, ac iussit obseruari: nempe primùm, voluit templa solennibus cæremoniis inaugurari, lustrari & dicari: ⁱ tum & iussit, uti infantes sacro baptisterio abluendi, manibus nuncupatorum, scilicet viri & mulieris, sacro in delubro baptismoque susciperentur, hos autem, nuncupatores, vulgus nostrum, parrinos, & marrinas vocat: ^k hi ablutis pueris, loco sunt parentum, ab eisque, abluti pueri, in filios recipiuntur. Itaque, hac in re contrahitur mystica necessitudo, initialisque, & lustrica compatrum affinitas, sicuti fusè differitur per iuris Pontificij interpretes. igitur his de rebus omni-

^g Volater. in antro po.

^h Euseb. li. i. iii. ca. x.

ⁱ Volater. & Platina ca. omnes timorum de consecra. distin. i. ^k Volater. in antro po.

bus, hanc in sententiam, sanxit.

Cella quæuis Ecclesiastica, non adhibita Antistitis, cuius est obnoxia iurisdictioni, suffragatione, aut interposito ad sensu, non religioni addicitor, non religiosa efficitor, non dedicator, non sacrator. ^k non inaugurator, In Christiana, sacræque infantium ablutione, lustrici nuncupatores mas & foemina, adhibentor, Compates assumuntor, Inter hos, lustrica necessitudo iungitor, Inter eos, parentum, & filiorum, mutua munera obeuntor, Mutua relationum nomina attribuuntor, Martyr postremò, sub Antonino Pio, conditur in Vaticano: ^l mortuo Hyginio, sacræque ouili pastore ducèque vi-duato, ad sacrosanctum illum principatum, venit Pius, qui vndecimus fuit Romanus Pontifex, qui que (ut id obiter etiam dicamus) edicto cauit, ne virgines, moniales, quæ Deo dicantur, ante vigesimum quintum: ^m ætatis suæ annum, amictu sacro velarentur, aliæque lege sanxit, ne clerici scilicet prædiis, possessionibusque, templis, ac ædi sacræ donatis, spoliarentur: hoc addito, ut qui eam legem: ⁿ perfringeret, in sacrilegij crimine manifesto teneretur. Itè-que supradictis, hæc ista adiunxit, quibus sacramentorum, suus præcipuus atque maximus honos haberetur: hac de re, hunc in modum sanciens. Baptismus & Eucharistia sacramentorum præcipua, sacramentorum maxima, atque dignissima, sunt, Quoque id magis appareat, Quoque id magis omnibus patefcatur, edicimus, rogamus hunc in modum, Panis sacratus, terram, lignum, aut prophanum linteum, ne contingito, neu hisce excipitor, neu admouetor, neu tegitor, Puluinar, quo sacrosanctus ille panis excipitur, & sacrosanctum corpus domini operitur, sacratum, dicatum, inauguratum, esto: linteum, quo, ille cœlestis panis demittitur, reponitur, sacratum, dicatum, inauguratum esto, Nihil in id ministerij,

^k ca. nemo. de consec. distin. i. quæ omnia intellige ista notata in ca. de locorum, de consec. distin. i.

^l Volater. in antro po.

^m ca. virgines. ii. quæstione vii.

ⁿ ca. Sicut qui ecclesiæ quærit. vii.

Nihil in id functionis, quod prophanum sit,
 Quod exauguratum, Quod seculare, Quod nõ religiofum,
 Quod nõ sanctũ, recipitor, neu admittitor, neu indicitor : °

o Platina
 in Pio Pon-
 tifice.

† ca. noffe.
 de consec.
 diitin. iiii.

Edixit præterea isthæc,
 Paschalis dies, dominico die indicitor, celebrator, colitor,
 † Hic dies resurrectioni Christi addicitor,
 Hoc solenne sacrum, ex ipso die, quo, Christus reuixit, in
 æternum victurus, in omne tempus regnaturus, peragitor,
 In Fastorum rationem Festorumque maxima & stata quo-
 tannis solennia refertor, rescribitor, reponitor,
 Hæc quidẽ ex Gratiano, Isidoro, & Volaterrano : hîc ta-
 men aduertendum, Sozomenum, Socratemque historicum,
 Casiodoro senatore autore, tum & Africanum, hanc vide-
 ri dominicæ diei eam in rem, institutionem Constantino
 magno qui postea fuit acceptam referre, sic enim aiunt,
 Cõstituit hic optimus Imperator, vti duos dies, in hebdo-
 made quaque, veneris scilicet, diemque solis, (sic enim do-
 minicum diem Græci gêtésque appellabant, Hebræi autem
 hunc vocabant primũ diem) præcipui, sanctique, festi, quieti
 & tranquillii, hoc est, in quibus, cessaret omnis opificum fo-
 ri que agendi actio, haberentur, in hisce nihil omnino age-
 retur, sileret curiarum iudicium, quiesceret artificum labor,
 ferietur feruorum grex, ac soli rei diuinæ incumberetur,
 soli Christo, hoc tempus tereretur, hos dies sibi vindicaret
 religio. Idque (aiunt) fecit, propterea quod, veneris die
 Christus fuit cruci affixus, dominico autẽ in lucẽ suscitatus:
 quamobrem, equũ esse, ac religiofum, vti iisdẽ diebus, harũ
 rerũ solennia, ob memoriã, peragatur, Christianoq; populo
 Pascha magnũ idicetur, celebrẽtur foteria: p porrò Iudæi sab-
 batũ, vt id perfunctoriẽ ponatur obseruãti, Christiani verò
 dominicũ diẽ: at Turcẽ, illũ, qui veneri est adscriptus. Adsc-
 ritus autẽ est hic Põtifex, ad Romanũ Põtificatũ, anno instau-
 ratã salutis cẽtesimo quadragesimo quarto, præfuit verò,
 rẽmque gessit annos vndecim, menses tres, obiit quidem
 sub Antonino Pio, martyrio decoratus, estque in Vatica-
 no monte, conditus tumulo.

p huius ta-
 men loci ex-
 plicatio la-
 tius in vico
 re patebit
 q Lilius
 girald. ferra.
 in suis fastis
 diũque &
 annorũ ob-
 seruationib.
 Iouius in hi

Postquam verò ij omnes pontifices maximi, quos modò in
 medium protulimus, obiere, summos fasces sacratę ac reli-
 giose ecclesię, Romę tenuit Anitius; duodecimo quidem
 loco, vicariam, in christianorum orbe, Christo impendens
 operam: quo tempore, imperium etiam Romanum, ado-
 ptione Pij meruit, Antoninus philosophus, optimus om-
 nium princeps, externorum. huius quidem pontificis Ani-
 ceti, pleraque extant instituta, sed que parũ ad propo-
 situm pertinent, id est, ad sacerdotiorum moderamina, ne-
 quẽ tamen quãdam silentio pretermittenda duxi, illorum
 enim nonnulla, principis cuiuscunque sacrę dignitatis fun-
 ctionem respiciunt, & ad decorum honestumque ordinis
 sacrati spectant, quo in genere, sunt ista, Vti sacrati admini-
 stri, rei diuinæ dantes operam, raso vertice capitis, ad alta-
 ria, coram plebe appareant, atque in eo decenti corporis in-
 signi, mystica sacra, populo christiano enuntient exhi-
 beantque. Alia autem, quæ sancit, ad iurisdictionem, au-
 toritatem, ordinationem, & munia Archiepiscoporum atti-
 nent, nam sicuti ab eis, qui ante eum fuere, summi pontifi-
 ces, quorum supra meminimus, de episcoporum ordinatio-
 ne, optimẽ & accuratissimẽ cautum fuit, idque legibus, mul-
 tis, in eam rem conscriptis, ita vir iste bonus, & prudens, to-
 tus in eo fuit, quo idem ipsum, Archiepiscopis caueretur,
 ac primo loco, colligẽdo ea, que ab Higinio fuerant, in hæc
 rẽ sancita, voluit, vti Archiepiscopus, ab omnibus suę pro-
 uincię Episcopis, ad id muneris, videlicet in Archiepiscopa-
 tus officium, ordinaretur: id quod ipsum, summa innixus
 ratione, decreuit, iustum enim fuit, ac rationi consentaneum
 vti qui episcopis, magistratus ergo, præfesset, eorumdem epi-
 scoporum voto, ac suffragio, eum magistratum conseque-
 retur, Ac, ne vlla vnquam, inter episcopos & archiepisco-
 pos ob iurisdictionem, discordia, simulasve suboriretur,
 Quinetiam insuper tolleretur omnis inter eos viros qui re-
 ligionis nostrę sunt, & Antistites, & proceres, concerta-
 tionum causa: omnem eam rem, que ad iurisdictionem Ar-

Alij Ani-
 cetum vocat
 euseb. lib.
 iiii. cap. xix.

r Prohibiti
 fratres. xxiii.
 dist.

Ca. archie-
 piscopus 66.
 dist.

chiepiscoporum attinet, breuibus quibusdā sanctionis legum capitulis, conclusit, quorum talis est summa. Archiepiscopi, in sua quisque Diocesi, iurisdictionem exercento. Suisque prouincialibus parœciis, curionibus, ac curatis sacerdotibus ius dicunt.

† Ca. Archiepiscopi
fin autem. ix
quest. iii. Eis, imperia, ac mandata præscribunt. ^c
Episcoporum verò causas nè attingunt, ^d
Neuè in eos decidunt, ^e

Transiguntouè, citra eorundem episcoporum præsentiam, & consilium: Rogationem item promulgauit, qua terminatum est & decisum, quid inter Archiepiscopum, & primatè inter sit, quæ differentia, inter eos siuè prærogatiuæ siue auctoritatis gratia, constituatur, idque fecit religiosus, probusque pontifex, ea de causa, quam paulo antè narrauimus, ne scilicet, ob eam rem, inter eos, lites interdum consererentur, omnium enim maxime, paci ac concordie, bonoque publico studuit. ^v

v Ca. multi
archiepiscopi
pi 99. distin. Hic verò Anitius, in augustum hoc sacerdotiū adlectus est anno qui tunc erat, ab allata salute supra centesimum, quinquagesimus quintus, tractauit autem Rempublicam, annos undecim, menses quatuor ^x dein occubuit. martyrio, sub Antonino ^y, multasque leges alias sanxit, quarum isthæc sunt potissima capita, hac sententia, scita & conscripta.

x Ireneus
lib. iii. ca. iii.
zuseb. li. iiii
y Volaterin
antropolog. Clericorum ordo, & genas, & caput tonsus esto, Nullus sacerdo, barbam promittito. ^z

z Volater.
in antropo. Nullus sacratus homo, comā pmoueto, neu capillo salito. Huius autem legis caput, ab hoc pontifice sic latum, recenset Raphael Volaterranus, penes eū sit fides. Nā Isidorus, ^a

a Isido. in
decr. Anice.
b et prohibe
fratres.
xxiii. dist. & Gratianus. ^b de coma quidem, à Clericis circuncidenda probè meminerunt, at de radenda aut promittenda ipsis barba, quod fuerit scitum, aut edictum, non est ab eis factū verbum: ciuiliū quoque & forensium rerum peritus hic pontifex, nonnulla eo in genere constituit, quæ sic habent,

c Isidor. in
decre. que A
nacleto ascri
buntur. Ab Archiepiscoporum iudicio, ad primatum, ^c romanæque sedis tribunal, prouocandi ius esto. Ibi vero nempe ad

pretorium summi pontificis, vltimum ius agitator.

Ibi, lites supremo decreto deciduntur, ibi iudicium extremum petitur.

Ibique episcoporum sententiæ omnes, præfulum, antistitum, pontificum, suo more, finiuntur. Illic, summum imperium consilium, cui episcopi omnes, præfuli, antistites, obnoxij sunt. Interpretatione tamen postea, hoc decretū recepisse videtur, in decretis Eleutherij, secundo decreto, quod decretum habetur apud Isidorum.

Cum verò expirauit, defuitque vir ille bonus, & egregius pramaturè morari inter homines, illi successit in prouincia Soter

Quem, in decimum tertium, à primo, qui fuit Petrus, Pontificem maximum, recēsemus, Hic Soter, campanus, pontifex maximus, pontificatum adeptus est, ad annum Christi centesimum sexagesimum septimum, gessit autem romanū id sacerdotium, annos nouen, menses tres, quamquam, hac de re, nempe quandiu durauerit eius pontificatus, rerumque in ecclesia is sit potitus, non satis conueniat, inter scriptores: quidam ^d enim eius pontificatui plures annos adiiciunt, quidam ^e vero pauciores, verum de eo viderint alij, paululum enim interesse puto, nec item ad rationem nostrā admodum pertinere, historicorum isthæc sit excursio,

d Volater. in
antropo.
e zuseb. li. v. in proe
mio.

Ceterum martyr is fuit, sub imperio Antonini, conditusque, & tumulatus, in Callisti sepulchro, ^f

f Volater. in
antropologia

Porrò hic ad ciuilem vitæ institutionem, nonnulla, pulchra, & societati hominum valde accommodata condidit, erat enim legum sciens, iusti, boni, æquique in primis amans, igitur quæ instituit, sic habent,

Nuptiæ, palam, frequentique hominum celebritate ineuntur, conficiuntur, peraguntur,

Nuptiæ, a sacerdote, sacra benedictione lustrantur, Solennibusque benedictionis & religiosis auspiciis, expiantur, consecrantur, inaugurantur, ^g

g Volater.
antropologia

Gratia. & Pla. in sotero
Id quidem iā ab Euaristo pōtifice, multo ante tempore fuerat constitutum; quare ab hoc videri tantum potest repetitum, atque renouatum: sanxit & isthęc alia, in alio quidem, rerum genere, sic aiens,
Sacratum vestiariū, sacratio altarium vsui addictum, mulier vlla ne attingito, ne attrectato.

Vasa Religiosa, sacrosanctum ciborium, & corporale fœminę ne contingunto,

Ab omnium huiusce generis sacrarum rerum tactione, is fetus, ab arcetor.

h Ca. sctas
xxiii. dist.
Quod & fuerat iam antea sancitum, sicuti patet ex superioribus, sciuit & aliud quidem cauitque sua lege hęc in sensum. Iusurandum, quo malum quidpiam à iurante promittitur, spondetur, ne obseruato, neu fixum Ratumque esto.

Promissum vllum, pollicitatio vlla, & quidem iurata, in malam rem vertens, ad effectum ne perducitor,

peffum ito, conuellitor. ⁱ

i Ca. si ali-
quid xxii.
quest. iiii.
Locus hic apud Philosophos, qui de moribus differuere frequēs, explicatur à Cicerone, ex Philosophorum syncerio re sententia, in libro officiorum, vbi agit, de fide, quę fundamentum est iustitię, deque iureiurando, & de promissis, (ecquando scilicet illa sint seruāda, ecquando non.) Multa alia quidem sciuit, sanxitque hic pontifex, ad ornatū & decorem, tum ecclesię, tum ecclesiasticorum attinentia, quę

K ca. sacra-
ras, xxiii dist.
& hoc quo-
que de con-
sacr. dist. vii.
Gratianus doctē retulit, ^k sed quia parū ad instituti nōstri rationem faciunt, ego illa, sciens, & consultō tacitus dimitto.

Post hunc, adscitus est ad pontificatum Eleutherius, à quo pauca admodum sunt sancita, ac ferē nulla, quę ad institutionem ordinemque clericorum spectent, sed multa certē promulgata, quę ad eorundem accusationem pertineant, & vt, quatenus res exposcit, ea delibemus: statutum ab eo, primo loco est, A quibus possit clericus: sacratęve personę, sacerdotio & sacramento, ignominie causa exui, quonam accusatore, & coram quo iudice, tribunali & foro, hęc est exercenda, intentanda, factitanda, ac terminanda: accusatio postremō

postremō, quo moderamine res tota peragēda, quę omnia, p̄dictus Eleutherius, homo à vetere prudentia legum, & equitatis, intelligentia instructissimus: quibusdam elegantibus epistolis, p̄scripsit, decreuitque, ac imprimis sanxit: vt si episcopus crimine aliquo accusaretur, iudicium quidem illud, apud metropolitānos, primates, vel, vt vocant, comprouinciales, instrueretur, adornaretur, appareretur: sed nē super ea re, sententiam ferrent, aut dicerent, est eis interdictum, nisi accederet, romanorum pontificum autoritas: ^l quoad verō reliquos clericos, & sacerdotes, est ab eodē summo Antistite, lege cautum, vti secundum maiorum suorum, romanorum scilicet pontificum, decreta, de quibus supra meminimus, iuris inter eos dicēdi, crimina & accusationes struendi, statuendique quodcumque equum ac iustum censeretur, ipsis episcopis, metropolitānis, ac primatibus, quos in rebus sacris, maiores sanctioresque magistratus statuimus, omnis esset potestas, iuridictioque earum rerum, illis planē attribueretur: interim tamen, dum negotium agitur, & nondum est terminatum ac definitum, sanxit, ne possessione sacerdotiorum, quę obtinerent ij, qui maleficij alicuius deferrentur, eiicerētur, neuē in locum illorum sufficerentur alij, instituerētur uē aut ordinarentur. ^m Item decreuit, vt in ea re, idonei accusatores cōstituerētur, nec vnquam in eam causam procederetur, nisi prius legitimo appposito accusatore, grauius seuerēque id quidē prohibuit. ⁿ tum voluit & promulgauit, ne absentes condemnarentur, neuē quicquam p̄iudicati, aduersum eos, indicta causa domo adferretur. ^o aut p̄pōstera properanteque festinatione, res perageretur, sed omnia maturo fierent consilio, atq; ad id inquirendum, instruendumque, & adornandum illa, quę ad accusationem pertinent, non modicum tempus prestituuit, volens, vt in longam moram, actio illa duceretur, quō, firmę inexpugnabilesq; & certissimę probationes deferrentur: & vt dicam in summa cuncta p̄scripsit, quę in ea re spectant ad iudicis officium, quęque sunt in toto

^l Quāuis licet
ca. iii. quest.
vi.

^m Dic. ca.
quāuis iiii. &
vi. quod &
sextus postea
cōprobauit.
ca.

ⁿ accusatis iiii.
quest. vi.
^o Nihil cōtra
quest. vii
ca. inducia
ca. iii.
quest. iii.

^p Dic. ca.
indicia iiii.
quest. iii.

illo reatu peragenda.

Multa præterea de promiscua ciborū esitatione piè sanxit, idque iuxta doctrinam apostolorum, uti habetur in actis lucæ cap. 15, Quæ igitur eam ad rem decreuit sic habent. Obsonium vllum, quod vescum sit, Christianus homo ne recitico, neu refugito, neu auerfator, nullū ciborum delectum fidelis habeto, Omne, quod salubriter manditur, pia cum gratiarum actione edito, manducato, Nulla Iudaica inanique superstitione hac in re tenetor neu obstringitor, neu circumuenitor,

^q Hęc sunt accipienda contra Iudeos qui iuxta legem, immunda suffocata, immolata abhorrebāt. Sed ecclesia pie & sancte quosdā dies instituit quibus est à carnibus abstinentum. Eleutherius iste romanus pontifex cœpit gerere pontificatum, rerūque ecclesiæ fatagere, cum agebatur annus Christianę gratiæ centesimus septuagesimus septimus. ^r Anus verò imperij, Antonini veri, septimus & decimus. ^f porrò hic rem sacratam gessit, spatio quindecim annorū, & tādē sub Marco Antonino, martyriū, (qui exitus vitæ Christianis erat gloriosissimus) magno fortique animo subiit. ^e Ea omnia Victor, Zephirinus & Calixtus Romani, postea pontifices, rata habuerunt, confirmaruntque ^v crebris legū sanctionibus, eo nomine promulgatis: addidit Calixtus præcedētibus cōstitutionibus legē, qua, sãcītū fuit vt vnusquisque episcopus, clericis suis ius diceret, neq; primati aut metropolitano fas esset, diro programme clericū configere, & à cœtu piorum, concilio uè abigere, atq; excommunicare, qui suę dœcesis nō esset: sed in suo quisque territorio, diœcesi, aut prouincia, iudicium faceret, iurisdictionē uè exerceret, nec in alienam sementem, melle uè, falcem immiteret: sanxit & plarāq; alia ad accusationem clericorum pertinentia, quæ sanctiones optimo ordine, à Gratiano consutæ extant: existimauit itē p̄bus hic p̄t̄ifex, nemini sacratio homini permittēdū esse, vt sacro ministerio, cui se semel addixit, possit temerè renūtiare, ædēq; sanctam, cui præfectus est, ad libitum abdicare: idē, super ea re, ita cauit, episcopo, vel alte-

ri ecclesiæ ministro, sedem cōmutare, hoc est, ab vno episcopatu, vel præfectura, in alterius episcopatus præfecturā demigrare, citra sumi p̄t̄ificis autoritatē, rescriptūq; ius ne esto: Accedente verò Romani Antistitis maximi consensu, id facere, liberum esto,

modò vtilitatis ecclesię ratio habeatur, quæ in tali commi-
gratione, est potissimū consideranda, sicut, & id ipsū quoque statuit, decreuitque, Anterus, qui non ita longo p̄t̄e-
pore, Calixto successit in pontificatu. ^z non tamen proximo loco, nulloque intercedente interuallo, nam mortuo Calixto, rem protinus, cum imperio sacro, & diuino obtinuit
Urbanus: iam verò priusquam institutum sermonem verbosius prosequamur, est nobis aliquantulū diuertendum
ad tēpora Victoris, pontificis Romani, eiusque decreta, quæ
plura fuere, more nostro enarranda, incidit autē illius pontificatus, in annum, qui a partu virginis, numerabatur cētesimus nonagesimus tertius, finiit verò, sub tempora Cōmodi imperatoris, à quo, propter Religionem, iussus occidi, martir occubuit: cum publicam rem gessisset, integrum decēnium, fuit sanè vir hic bonus, sicuti testatur eius opera & aliquot piè legū, rogationumque institutiones, sicuti item ipfius testatur mors, quæ, vt in fabula, extremus actus, omnē demonstrat antē actē vitæ comœdiam, Etenim, is est, qui ob odium inueteratum, vel propter prætextum acceptæ iniuriæ, in gratiā, cum aduersariis, redire nolētes, sacris interdixit sic aiens, Qui Christiano fratri suo, cū quo, vel odium vetus exercet, vel iniuriarum, acceptiq; damni illū postulat: nolit reconciliari, ab ecclesia omnium conciliatrice, mouetor, exigitor, sacra illius ne attingito, Excommunicator, denique ethnicus esto. & publicanus. Hoc, & p̄ceperat euāgelica admonitio, apud Ioānem, & alios, alicubi, Is itē fuit, qui paschale festiuitatē in dominicū sēper diē, voluit incidere, sed & id fuerat, multo antē cōstitutū, sicuti & supra enarratū: At postea ab hoc p̄t̄ificē repetitū fuit, ob controuersias, quæ euenērūt, itaq; quia hic locus lubricus est diuq; & multū olim

^y Ca. sicut alterius xvii quest.

^z Ca. multationes. vii. quest.

q isodo. in decre. quæ ascribit Eleutherio. & volater. in antropolop.

r ireneus li. iii. ca. iii. f eusebius ex proemio. lib. v. r Volater. in antropolop.

v Detractatores iii quest. iiii. ca. absente iii. quest. ix. cap. duodecim.

v. quest. iiii. ca. confanguinei accusatores iii quest. v. ca. ad romanam vi. ca. maiorum. ii. quest. vii.

x Ca. consanguinei. ca. accusatores. iii quest. v. ca. nullus aliter. ix. quest. ii.

agitatus, Item anceps, ob varias auctorum hac in re, scriptiones, est ille quidem aliquantulum nobis attendendus, atque, ut elucescat veritas, accuratius explicandus, nam quidam autores, in quibus fuit Raphael Volaterranus, à quarta mensis Martij luna (nisi mendum sit in codice Volaterrani, quod magis crediderim) ad vigesimam usque primam eiusdem mensis diem, id semper, ex instituto Victoris, censuit paschale solenne celebrari: Porrò Isidorus, in suis conciliorum centonibus, id Victoris de paschatis celebratione, præscriptum, à decima quarta die primi mensis (is est autem martius, antiquo Romanorum more, qui ex constitutione Romuli, ab eo mense, ante Regem Numam, annum auspicabantur) ad vigesimam primam usque lunam, eiusdem mensis, circumclusit, circumscripsitque. At Eusebius, rem omnem, apertius multò, atque explicatius, in sua historia sacra, enucleat. quem sequendum, hac in rei narratione, censeo, atque quod is dicit, hic paulò fusiùs, indagandę veritatis gratia, explanandum. Igitur is, in vigesimo tertio capite, duobusque dehinc capitibus coniunctis: omne ita explicat, hac de re, negotium: sic loquens, Diu (inquit) inter ecclesias, coetusque Christianorum, controversia fuit, de paschali celebratione, quonam videlicet die, illa indici deberet. Et quidem Asiatici præfules, & sacerdotes, certum, uti profitebantur, fixumque maiorum suorum ritum tenentes, magnam festiuitatem illam, quarta decima luna mensis martijⁿ, in quancunque tandem hebdomadę diem, illa incidisset, indicebant, & quotannis peragebant: nec non, ita ubique faciendum esse obstinatè contendebant, quia hęc à maioribus suis morè accepissent, tū etiā, quòd tale fuisset Mosis præscriptū, de celebrando tunc phase, azimifq; comedēdis, atq; solenni faciēdo agni epulo, a quo Mosis præscripto, emanasset nostrū pascha, quod quidē pascha nostrū, sub figura illa veteri de agni immolatione, edēdisq; azimis, ac soluēdo ieiunio obūbrabatur, præsignabaturq;, sicuti patet, in exodo: q̄ ut apertius intelligatur, id est nobis à

sua vltima origine, paululūm repetendum: loquutus est ergo Deus ad Mosen, dixitque hunc in modū, Ascito † populum, tribusque omnes, atque omnes familias, huncque à me, eis sermonem habeto: hic dies, vobis, singulis annis, in posterum status, solennisque esto. hunc memoria completimini, hunc eo modo, celebratote, Agnum scilicet aut hœdum purum, putum, quæque domus, quæque familia, sibi habeto, Hunc maçtato, Hunc, veru, assato, Hunc, Itioni accinctus quisque, integrum edito, Ossa, artusque omnes, cum panibus azimis, & herbis amaribus, deuorato, nihilque omnino in posterum diē seponito, tum & sanguine illius, postes liminis illinito. Ni facit, malè illi erit, trásbibit enim angelus domini, & vbi, postis non reperietur, oblitus, ibi stragem magnam edet: hoc igitur, in omne tempus obseruatote, ipsum hunc diem, præcipuum habetote, & cætera quæ ibi narrantur: erat autem tunc dies, ut Asiatici ratiocinabantur, decima quarta luna mensis Martij: cū igitur hoc institutum sit à Deo, auctore Mose, quo sub instituto, oculeretur magnum, quod postea euenit Christi mysterium, cur à Dei præcepto, quod clarum & planum est, recedendum hisque rationibus, ita, dogma suum obstinatè deffendebant, ut tametsi habito dehinc prouincialium cõcilio, sit secùs statutum atque ordinatum frequentiori quidem omnium calculo, uti, ea in re, ab vniuerso ecclesię consensu, ne recederetur: † Illi tamen Asiatici, sua in sententia permanerent, quorum quidam princeps fuit Polycrates, huicque opinioni subscripsit omnium enixissimè, uti apparet ex illius scripto, pleno grauissimæ exostulationis, ad Victorem, Episcopum Romanum exarato: quo in scripto, vehementer conqueritur, valdeque cum Victore exostulat, quod is Victor, Asianos, ab hac paschatis obseruatione, quam ita arripuerant, conaretur, interdictionis comminatione, latæque etiam dirarum excommunicationisque censura, absterrere, depelleretque,

† Vide in exodo.

ca. celebri-
tatē de cõse-
cra. dist. iiii.

atque ad Romanam institutionem, hoc super negotio, violenter reuocare,

Quin non dubitat iste Polycrates, moris huiusce sui, atque obseruationis, Philippum Apostolum, Ioannémque Euangelistam, assertores nominare, alióque viros qui fuere clari nominis, huiusce instituti autores obseruatoresque appellare, diceréque haud esse credibile, vt cú tantis hominibus, qui fuere præcipua Ecclesiæ luminaria, errare possit. Contrà, Europæi validissimè firmáque conclusione nitentur, sic enim coligebant, cum planum sit ex Euangelica traditione, dominum Veneris die, cruci fuisse affixum, Sabbato dehinc, in sepulchro quieuisse, postea exfuscitátum, suis Dominico die apparuisse, totique orbi, nouum aeternumque ac salutare sydus affulxisse, cur memoriam harum rerum, quæ nobis salutem, per foelicem illam Christi Resurrectionem, peperere, eodem ipso, quo hæc acciderunt, nempe, quo resurrexit Christus, die: non celebrabimus? certè constat eo die, id est, Dominico nouum phase (phase autem est transitus à captiuitate ad libertatem ait Hieronymus) nouumque Pascha, nobis illuxisse, hostesque nostros infensissimos, diabolum scilicet, & mortem, occubuisse, & à iugulo nostro, durissimum feruitutis iugum fuisse depulsum, nos porrò liberatos esse, nos in libertatem assertos, nos à Pharaone AEGyptio, videlicet Sathana, vindicatos, prospero phase, id est transitu salutari, in bonorum fastigium euasisse: par est igitur, & æquum vt, qua die, hæc nobis contigerunt, eadem ipsa die, horum epinicia: próque obtenta victoria, Festus dies magnus indicatur, agaturque lætus triumphus, & nouum Pascha nobis imoletur, nouus agnus edatur, azymi noui panes manducentur, celebrenturque illæ omnium maximæ Paschales feriæ, quibus, immortalem foelicitatem sumus assequuti: nec in ea re, obseruandus, vtique Iudaismus, qui suum phase, decima semper quarta Luna indicit. nam phase illud, vm-

bra erat, arcanaque figura, Paschatis nostri, quæ figura, cum comparuit veritas, suum prorsus est finem consequuta, absolutaque, & consummata: quamobrem illius exacta obseruatione, non est nobis amplius opus, iam obstinatis Iudæis relinquamus, qui literæ semper inhærentes, etiannum illam, ad viuum reseruant, atque aucupantur: nos verò, qui veritatem habemus; nec figuris & vmbris insistimus, in veritate, atque Euangelica puritate, hanc solennem festiuitatem celebramus, nam quod Ioannes, & alij nonnulli, decimam quartam Lunam tunc obseruasse dicuntur, id porrò factum: siquidem factum quia per illa tempora, erat adhuc Iudæis nonnihil, huiusce in ceremoniis, condonandum, qua ratione, & Paulum videmus ob Phariseos, Timotheum etiam circumcidisse, quæ omnia tamen, postea paulatim aboleuere, viguitque Ecclesiastica puritas.

Hæc Europæi, harumque partium imprimis fuere Anicetus, Pius, Hyginus, Thelesphorus, Xistus, omniumque constantissimè Victor, Romani omnes Pontifices; tum & totus Gallici sacerdotij conuentus, cuius princeps erat Irenæus Lugdunensium Antistes: itaque hoc in negotio, multum fuit concertatum, missæque vtrò citròque Epistolæ: tum graues conscriptæ quærelæ, quòd Victor, contrarium sentientes, hoc est, Asianos, sacris eam ob rem interdixisset, & à communi Ecclesiæ consortio per excommunicationem abalienasset,

Quod tamen Victoris factum, improbat quod attinet ad id seuerum excommunicationis iudicium Irenæus, tamen si partem Romanam, hac in re, hoc est in Paschatis Romanaei obseruatione celebrando festo, sequeretur,

Quod diceret cum Christianis, in rebus, quæ mediæ sunt, hoc est, ex eorum genere, quæ indiscriminatim accipienda censentur,

Quod in eis, articulosum fidei caput, non consistat, qualis erat hæc de Paschatis die & tempore contetio, nõ esse summo ita iure agendum, nec excedendos Christianæ fraternæque admonitionis cancellos, quæ quidem Epistola ponitur ab Eusebio, sua in sacra historia, referturque tandem apud Cæsaream palestinae, indicto concilio, autoribus quidem, & huic rei egregiam operam nauantibus, Theophilo Cæsareæ Palestinæ Episcopo, Narcisóque Hierosolymorum sacerdote, conclusum, vti reiecto veteri Iudaismo, nullaque decimæ quartæ lunæ habita ratione, mos Romanus, vbiuis gentium: quæ Christum colunt, teneretur: huncque morem sequimur omnes, ac Dominicum diem pro ea solenni celebratione sanctissimè tenemus. Nunc ad Zepherinum Pontificem, qui post Victorem, Romanam rexit Ecclesiam, nobis diuertendum est. Is sacri sui muneris functionem auspiciatus est, anno nono Imperij Seueri principis: ab eo quidem multa feruntur accepta, multaque rescripta, in vsum Christianorù, & Ecclesiasticæ institutionis, Ecclesiasticique decoris & ornamenti: cuiusmodi sunt ista,

a euseb. lib. v. ca. xxviii.

a ca. vasa. de cõsec. dist. i.

b Platina in zepherino. c Polido. li. vi. ca. xii. de consec. dist. i.

Eucharistia, in calice ligneo ne amplius celebrator: neuponitor. Cœlestis hostia, diuina consecratio calice vitreo excipitor, Ligna, hoc ex vsu, diuini nempe arcanique mysterij facessunt^b abeunto.

Quod tamen minimè tenuit, sed est postea concilio Liburtino & Remensi, ^c immutatum: ibique cautum, caput quidem Zepherini edicti, ea ex parte valere, Quatenus lignum, hoc à mysterio reiecisset, idque potissimum: quia ligna, rimis solent fatiscere, indèque per rimas, quæ ibi reponuntur perfluere, quod quidem si in sacrato sanguine Christi contingeret, esset piaculum magnum atque offensio, quare lignum hinc arcetor,

Verum enim, quatenus edictum illud Zepherini, vitrum huic vsui sacrosancto addixit, ea quidem ex parte non esse, villo modo recipiendum, at ita faciendum, vti deinceps, nec quidem ex metallo vili quod dicitur cuprum, at ex auro argento,

argento, stano, cõficeretur, huc ad sacratum vsu sacrata ciboria & calices sacrosancti. Quod hæc tria purissimè sint venematerieque pretiosioris atque in metallorù fodinarumque genere primas teneant, at cuprum vile sit, tum & erugini, tetroque odori in primis obnoxium, quapropter huc nullo pacto admittendum: itaque, hac de re factum est tale decretum, Sanguis Christi, in calice aureo, argenteo, stanneove, vt quæque tulerint cuiusque templi opes consecrator, reponitor, conficitor: cuprum, vileque aliud metallum, huc non inducitor, vitrum, lignum, hinc repelluntor, abarcentor nõ admituntor, ^e Fuit item hic Pontifex forensium iudiciorum apprimè gnarus, legumque valde sciens: itaque, eo in genere, isthæc sanxit,

c ca. & Calix. de cõsec. dist. i.

Super Episcoporum accusatione, eorumque nomine, in reorum tabulis, subscripto hæc obseruantor,

Cum alicuius criminis Pontifex quisquam appellatur, eo de crimine Patriarchæ primatesque cognoscuntor, queruntor, causam agitantor,

Eo tamen de crimine, iidem Patriarchæ, primates, non diffiniuntor, neu sententiam dantor,

Nisi prius Apostolica, hanc ad rem, auctoritate suffulti, reum confitentem habuerint, manifestumque fecerint, vel conuictum delatæ noxiæ, idque ex approbato duorum, & septuaginta hominum testimonio, ^d quia, cum de magna re agatur, vtpote, de salute, aut Episcopi dignitate, magno quoque & accurato iudicio, ea tota est decidenda, Itaque, absentes, non damnantor, neu atroci vadimonio villo circumscribuntor, neu obstringuntor,

d Iñdorus to. j. articulo

Porrò, accusatores omni suspitione carentor, omnisque affectus mali, expertes, censentor.

Episcopus factus reus, duodecim sibi, si ita lubet, ^e causaque postulat, iudices eligito, alióque reiicito.

Hi nimirum causam omnem accuratè discutiuntor, queruntor, agitantor, ^e

e ca. duodecim. v. queritione. iiii.

Itaque iudicum confessus nullus, nisi eum sibi expetierit, tribueritque, atque delegerit Episcopus reus, hanc Episcopi causam diffinito, nisi item delatus, factusque reus Episcopus regulari more, legitimoque prescripto, in iudicium sit vocatus, atque presens solenni obstrictus vadimonio, & in suorum primum Episcoporum conuentu, auditus, ibique, omnis causa legitime, sit agitata, non iudicator, non diris conficitor,

Non summa sententia excommunicationis, censetur, Finis dein causa, extremumque iudicium, ad Apostolicum tribunal reicitur, ibi terminator, ibi, supremo calculo deciditur, cum & alioquin, ad eam summam sedem, ab omnibus, quidem, tanquam ad communem parentem, sit confugiendum,^f

f ca. ad Romanam. ii. quæst. v.

Illic, prouocationis ius decidendum,

Hæc quidem ipsa omnia edixit, rogauit, sciuit, iste Pontifex. Quorum nonnullam partem, non tamen tam diffinitè, sanxerant aliquo antè tempore Anicius, Eleutheriusque, maximi Pontifices,

Post Zepherinum proximo statim loco, ad summum sacerdotium Calistus adscitus est, patria Rauennas, vir quidem pius, & amore erga dominum singulari, sicuti satis declarauit in ipso vitæ exitu, qui ei contigit, per martyrium, sub imperio Caracallæ parricidæ, ob veritatem Euangelicam, quum summum egisset sacerdotem, annos septem, menses duos,^g

hic ille Caracalla qui fratrem suum Germanicum occidit. g Volater. in antrope.

Hic paucas, sed optimas leges tulit, ad animorum accurationem expiationemque, in primis pertinentes, Qualis fuit illa, qua, anniuersaria, statatque, quatuor temporum ieiunia, Christianis indixit in hunc modum.

Christianus populus, Christianaque, plebs, quatuor, quotannis, per stata, designataque tempora,

h ca. Ieiunium lxi. dist.

Ieiunia obseruato,^h

Suscipito, retineto,

Hac anniuersaria abstinentia, noxias expiato, animos accu-

rato, mentem ad contemplandum Deum acuito, exerceto, expergefacito. & ad poenitentiam perducitor, Hanc quatuor temporum ieiunij obseruationem, singulis annis, per statos dies religiosissimè quisque complectitor, pio animo, piaque mente, desumito, neu defugito, neu detrectato,

Hic Calistus Pontifex, cum desedisset tandem sensimque diserbuisset tyrannica, in Christianos, flamma, nec tanta flagraret apud gentes nostra fides inuidia, (credo ipsa die, Res omnes debilitante, vel potius, ipso Deo, sic volente) in Transiberina regione, eadem Diuæ virgini Matri, voluit, struxitque, & dedicauit, tum & Appia via, amplum Christianorum sepulchrum, in quo, multorum cineres pij iacebant, Religiosum fecit, inscripsitque, & addixit piis exequiis,^k

i Polido. virg. lib. v. ix. & lib. viij. ca. i.

k Volater. in antrope.

Verum enim, quia locus hic, ad templorum ædificationem pertinet, non abs re erit, si de prima quoque templorum religionis nostræ ædificatione, primaque ipsorum dicatione, & cõsecratione: quæ postquam affulxit lux Euangelica, Christo seruatori nostro sit facta, aliquantulum quærere, differereque: qua tamen in quæstione, haud facillè, expeditumque fuerit, locum primum, ubi sit ædes sacrata Christo, designare, atque diffinire: nam in ea re, ob varias causas, variatque temporum calamitates, in quas Christianismus incidit, nulla habetur scriptio, quæ quæstionem explicet, factumque perhibeat, tanta enim fuit, primis illis temporibus, tyrannorum, in Christianam fidem crudelitas, tantaque exagitatio, tum & tantum hominum, omnis generis contra lucem veritatis, odium, cum non solum tyranni sua tela, in Christianos exercerent, eos occidendo, torquendo, diuexando, eos omni honore, omni que dignitate, ex earum genere, quæ hominum sunt, abarcendo, eis denique, scriptioe omni, omni que, predicatioe iterdicendo, Verum & Philosophi, Historici, gètiique, scriptores, in eos, virus suum exercerent, vel eorum facta memorabilia inui-

dioſe obticendo, vel malignè, obliquóque probro perſtringédo, vt fanè difficile ſit, omnia illorum temporum acta, quæ ad Chriſtianos attineant, perſpecta planè habere, quin, & quæ pauca habentur, memorantúrque, ea quidem ſunt, in tanta malignitate illius ſeculi, miraculo cuidam accepta referenda,

Etenim, vt liquet ex hiftoriarum fide,

^a Tyberio, ſub quo Chriſtus crucem subiit pro noſtra ſalute, & Euangelica veritate, ad Neronem vſque, non ita magnum incidit interuallum temporis, quo temporis interuallo, Chriſtiana religio, Europam vix dum attigerat: Nam ſub Neronis imperium, Petrus & Paulus Romam venerunt, verbum domini annunciaturi, ab eóque Nerone, ſunt capite obruncati, vnde cœpit prima in Chriſtianos infeſtatio, cùm vix dum Chriſtianismus fundamenta ponere inciperet, eaque valde atrox fuit, talisque, vt de dicanda Chriſto eade, haud licuerit verba facere: In Aſia, verò iam multo antè tempore, videlicet ſtatim poſt Aſcenſionem domini, Iudei Chriſtianos cœperant omni malorum genere exagitare, noſtrámque religionem, omnibus calumniis inceſſere, atque eam tum ſcripto, tum factò infeſtari, vt patet in Actis Apoſtolorú: Subſequuta ſunt dehinc Domitiani tempora, quibus in tēporibus, quò magis adoleſcere incipiebat Eccleſia, radicéſque agere, eò impenſius, in eã debachabatur gētiú impietas: itaq; tota illa Domitiani tēpora, nobis fuere aduerſiſſima, neque item agi poterat, de tēplo vllò nobis edificando: ſucceſſit demum ac poſtremo loco Diocletiana perſequutio, eaque fuit omniú iniquiſſima, ac licet per interieſta à Domitiano ad hunc vſque Diocletianú tēpora, optimi quidã interceſſerint Imperatores, quales fuere Nerua, Traianus, & Antonini, horú tamen partim religionē, malis affecere, partim, nò ita fauerút, vt edificádi ædes, Chriſtòq; addicēdi, poteſtatē facerēt, quãq; dicatur, Marcú Aureliú Antoninú, nonnulla eos humanitate, atq; beneuolētia cōprehēdiſſe vt narrant Eusebius,

Iuſtinus, & alij nonnulli, referentes epiſtolam, quam in id argumēti, idem imperator ſcripſit ſenatui populoque Romano, at fauor ille non tantus fuit, vt templorú adhuc conſtructionem comprehenderet tamenſi aliquot ante temporibus aliquas priuatas eſdes quò conueniebant, Religionis, precú que gratia, iam haberent vt, patet ex Plinio iuniore, atque aliis, qui de eorum antelucana oratione, atque exhibitione ſacrificij, quam Chriſto faciebant, deque eorum, in ſodalitate, magiſterio, mentionem faciunt, quanquam omnia ſcribant odioſe, maximaque cum inuidia. itaque toto illo infeſtiſſimo gentium ſeculo, & maximè ſub imperium Domitiani, nihil quicquam ædis publicæ Chriſto conſecratæ, pro fundendis ad deum Chriſtiano more, precibus, habere fas fuit quin, vt ſcribit Platina, horum nonnulli, quosdam ſubterraneos locos inſtar ſacellorum: conſtructos, aut cellas aliquas, poſitas, locis in deuiis, atque occultis, ab omni que populi remotis frequentia vix dum erigebant, quibus in ſecretis cellis, ſacris ſuis operarentur, cumque hæc ita ſeſe habeant, quod ad Europam attinet tamen ſcribitur apoſtolos dum vixere, templa nonnulla, remotis in regionibus, vbi, non peruaſerat ea tanta in Chriſtianos maleuolentia, iam primùm ab initio, vel Chriſto feciſſe, dicatſeque: vel quæ idolis, & demonibus fuerant, à gentibus conſtructa, in vſum religioſum, remque diuinam noſtratem conuertitſe, atque prius expiata, depurgataque, & benedictione, conſecrationeque luſtrata, ad opus dei reuocaſſe, cuiuſmodi fuere, Mathæus in Aethiopia, Bartholomeus in Iudæa citeriore, & Andræas in Scithia, qui omnes, ſua quiſq; in prædicta prouincia, cum populares veritatem Chriſti docuiſſent, lucemq; aperuiſſent euangelicam, ſana varia domino erexere, ſic & Iacobus, vt auctor eſt Eusebius Hyeroſolimis, aliquam cellã Chriſto addixit, ſic, Ióga dehinc ſubſequentē die, Pius, Romanus pótifex, balneas Nouatij, poſitas patricio in vico ad rem religionis noſtrę conuertit, atque ſub nomine diuæ prudentię, Chriſto cōſecrauit, ſub annum Chriſtianæ libertatis

circiter quinquagesimum, supra centesimum, cum tamen antea, Higinus, romanus pōtifex, auctor fuisset vti templa, eadesque, adhibita solenni cēremoniārum præscriptione, Christo dicarentur, atque sacrentur, Id quod planè monstrat, iam ante pōtificatum Pij, templa extitisse, eaque, Christo cōsecrata fuisse, Nam Higinus ante Pium fuit, attamè vbinam locorum, facta primùm fuerit, ea sanorum dedicatio, rebusque Christianis addictio, parùm constat, parumq; planum est inter auctores, id modo narratur non ita longo post tempore Calistum, de quo loquimur, in Transyberina regione, ædem diuè virgini matri vouisse struxisseque, verum, ea, ceterorumque si qua pauca fuere, cōstructio non fuit diutina, Nam Diocletianus qui postea venit ad imperire, statim edictū proposuit atque promulgauit, cuius edicti, quinque feruntur capita, quorum hoc primum, vti omnia Christianorum templa^l exciderentur, complanarentur, fo-

^l Iuseb. lib. viii. cap. ii.

^m Iosephus.

ⁿ Genes. xxiii. cap.

^o Ca. iniusti
ii. quest. iii &
ca. debent ii
quest.

lo equarentur, Et hæc, de templorum edificatione dicationeque iam satis atque ad sepulchra morientium, vt de eorū origine aliquid obiter dicatur, redeundū, quæ inter acta huiusce Calisti recensentur quia is locum, ^m appia in via, religio sum fecit, addixitque sepulchris vnde factum, vt illi sepulchrorum attribuatur institutio, quæ tamen ad superiora lōge tempora est referenda, Nempe ad Abrahamum ipsum, qui Abrahamus à filiis Ephron, speluncam quandam duplicè, emit patēti in agro sitā, qua in spelunca, Sarrā vxorem suam defūctā reposuit, talique sepultura donauit, ibiq; ipse idem mox conditus est, vnde emanauit primum cœmiteriorum institutum primaque sepulchrorum pia obseruatio, Super interdictione quoque sacrorum excommunicatio neque & danda dirarum sententia, ipse Calistus, multa fan-

luit itē, ea mancupi esse, aut quoquomodo promercalia tradiuè nexui, aut vñcū, vel cuiquā mācipationi addici quini- mo illorū vēditionem, distractionē, omnēque alienationem ipsis etiā ministris, & eorūde bonorum possessoribus, interdixit, ^p volens tātūm, censensq; equū esse, vti qui à sacris essent sacrorū redditibus alerētur, qui quidē redditus, in publicā clericorū vtilitatē vsūmq; cederēt, ac in cōmune cōfer- rētur, ^q volēs item ne à quoquā homine, per iniuriā ecclesiæ possessiones, aucuparentur, quod si fieret sanxit vt præterq; quod, is occupator sacrilegij, & postulādus sit & dānandus poenis etiā veniat subdēdus legalibus, pro atrocis criminis pēsitatione^r hisque demū paucis legibus sancitis, præclarus ille vir, naturæ satisfecit, Hic Vrbanus, quidē Romanus pō- tifex, auspicia Reipublicæ sacre suscepit, sub tēpora Anto- nini, & maiorū suorū vestigijs insistens, mortē subiit, pro e- uangelij præconio, sub tēpora Alexandri estque inscriptus martyrum catalogo sancto, cum rem Christianam tractas- set, annos septem, menses duos, sedissetque totidem tempo- ra, sacra in cathedra sui summi sacerdotij, ad annum, qui à Christo numerabatur, ducentessimum, vigesimum septimū- tumque sepultus in via Tyburtina, in Mausolæo pretextati, obdormiuit somnum magnum in domino, Occisus quidem eo tempore quo, vt est dictum penes alexandrū erāt romani impertij gubernacula, vti autor est Raphael Volaterranus, tametsi alioqui, legatur Alexander, ille filius Mammæe mi- tis admodū fuisse, æquique & boni cum imprimis obseruās- tum erga Christianos, benè animatus, quin & eum scribunt Egnatius, & alij plerique, suo in larario, suaque in arcana cel- la, Christo deo, sacrificasse, vota que pie fecisse. Ad rem re- deo, huiusce sumi pōtificis sūt, quæ habētur, leges, in canonū supra allatorū capita descriptæ, quæ leges re ecclesiasticā, hoc est, pdiorū, obuētionūq;, & redituū, beneficiorū rationē, cau- sãq; tū & modū hisce vtēdi, fruēdi, accipiēdi, dispēsādi, respi- ciūt, nã is est primus pōtifex, q; ecclesiā, hoc est piū christiano- rū coetū, voluit sãxitq; re habere tū & prædia in cōmune pos- fidere. quibus, & sese in cōmune alerēt, sustētarētq; suā inopiā

^p Ca. viden-
tes. xii. quest.

^q Res eccle-
siæ quest.

^r Ca. atten-
dēdum. xvii.
quest. vii.

^s Platina in
vrbano.

& in pauperes item, rerumque egenos, erogarent, ne Respublica Christiana, ob mendicitatem, sordidasque angustias, vilesceret, tum & aliis, Illa victum misere quæritando, ne esset oneri neu molestiæ, ergo hac de re, hoc pacto, sciuit legere rogauit,
 Ecclesia, à cultoribus fidei, fundos
 oblatos recipito,
 Prædia à probis hominibus, sibi donata,
 ne abnuito, neu reiicito, neu detrectato,
 Honestam hominum liberalitatem ne repudiato neu contemnito,
 Porrò, bona illa in publicum, communemque usum seponito, fidelibus distribuito, æquè dispensato.
 Vectigal priuatim nullus habeto,
 Quod commune est, nemo quisquam peculiare sibi adscribito,
 neu addicito,
 neu vindicito,
 Quod enim multorum est, malè a paucis occupatur,
 Itaque fructus, nemini homini, priuatim subduntor, neu tribuuntor,
 Horrea ecclesiæ, cellæque vinariæ, penariæ, carnariæ, vnicuique, pro rata parte, patento.
 Nulli, clauduntor,
 nulli, obserantor,
 Omniumque, in Christo viuentium, æqua fors parque conditio esto, in diuisione quidem bonorum, fructuum & emolumentorum,
 Ista quidem rogauit, & protulit pius iste pontifex, remque familiarem ecclesiæ eo modo, dispensatam, eoque modo ornatum voluit. Itaque prima horum pars, à Christo ipso, Christianique euangelio, tum & ab apostolorum primorumque ecclesiæ procerum actionibus, ductum habet, quippe quia legimus in euangelio, Iesum Christum, dominum nostrum,

quamdiu in terris egit, loculos etiã habuisse, quibus, se suosque apostolos, & discipulos sustentaret, nec stipem quotidie medicorum more ostiati quæsiuit, hoc enim multum abfuit, à dignitate tanti numinis, Quod si illi, paupertas tribuitur, ea paupertas, sic est accipienda, vt sit contemptio rerum magnarum regnorumque & imperiorum terrenorum, quæ omnia, cum sua essent, fortiter contempsit, aiens, regnum suum non esse ex hoc mundo, At inopia, illaque egestas quæ onerosa est, & vnicuique adfert tum fastidium, tum contempum, semper ab illo abfuit, Nam ex parata, in vnumque congesta opulètorum & proborum hominum erogatione, erat quæ de victu diurno satis abundantis atque locupletis peni proinde eueniebat vt neque forderet vicatim mendicando, neque vlli cuiquam vllum, ea de re, exhiberet negotium: Quod igitur, hic fecit sic suos, id est fideles omnes, facere voluit, dixit enim passim, exemplum rebus in omnibus, dedi vobis, vt quod ego feci, ita & vos faciatis, Quod exemplum imitati dein apostoli, primique patres, & proceres, nascentis ecclesiæ, nunquam victum mendicando, oppidatimque quærendo, sibi parauere, at partim ex labore quotidiano, & quandoque ex manuarum opera, partim ex egregia magnorum hominum collatione, qui affatim, bona sua, hanc in rem impendebant vixerunt, neque homini vlli fuere vnquam vlli oneri, hinc Paulus, nullum vnquam hominem oneri suo aggrauasse, sed victum, & vestitum manibus suis, sibi attullisse ait, quomodo autem, id fiebat, hinc est narrandum ex sacra omne depromptum historia, Ergo ratio sic habebat, omnes tum homines quibus aliquid erat nummorum, sudorumque aut prædiorum simul: ac illis affulxisset euangelicum lumen, quicquid habebant, in commune conferebant, itaque, sic loquitur Lucas suis in actis, & possessiones, quas habebant vendebant, & pretium, certatim earum adferebant, & ponebant ante pedes apostolorum, vnde effaciebatur, vt nemo quisquam homo, qui veritatem Christi amplexus esset, quotidiano pane indigeret, quin etiam tanta erat opum

^a Religiofissimè tamen quatuor posteriori religiofissimi ordinis mendicantium, a sanctissimis hominibus fuere in ecclesia instituti, iuxta mandatum etiam Domini, da omnia pauperibus & sequere me.

collatarum affluentia, vti ex his, alerentur pauperes, sustentarenturque, qui detinebantur in carcere Etenim passim legitur in actis, & miserunt fratres stipem, nummosque Hierosolymam, aut aliò quouis gentium, vt fidelium, qui illic agebant, sustentaretur inopia, fouerenturque pauperes, & reficerentur captiui: atque subleuaretur annonæ caritas, in idque negotij, erant delegati, certi quidam homines, qui eundo, redeundo, cursitando, huic ministerio, suam nauabant operam, cuius rei referta sunt sacrata volumina.

A Christi igitur, suorumque actione, & exemplo, pendet prima pars legis, quam noster hic Urbanus pontifex tulit, hoc in rerum genere, sed & illa non abest ab antiqua ratione diuinæ historiæ, nam & Moses prædia, & fundos, assignauit, Israelitico populo, voluitque, vt ea prædia is populus, pro hæreditate haberet, fructusque terræ coleret & possideret.

Israeliticus autem, populus, dei, & Christi populus est, huic enim Christiani succedere, quin & Moses ipse, lege cauit, vti peculiariter, omnium frugum fructuumque, & pecoris, decimæ, atque primitiæ, leuitis & sacerdotibus addicerentur, Et Abraham Decumam soluebat melchisedech sacerdoti. Et sanè nulla vnquam fuit, ne quidem externa religio, qua, non sit præceptum pro sacerdotibus, & religionis ministris, omni de re frumentaria, decumandum esse, vnde leguntur decimæ apud gentes, solute Herculi, id est sacerdotibus, Herculi dicatis, nempe flaminibus, & aliis, qua de re

Vide gentium scriptores, qui hoc argumentum variè fesseque, differuere.

Et si gentiles illi in re vana vti mos est gentium id faciebant quantò nos decet meliùs id, in re vera fidei, & diuina facere

Porrò altera pars legis Urbani, qua, sciscitur, de re nulla, peculiariter & priuatim fratribus habenda, & in com-

mune omni bono conferendo, pendet etiam ab historiæ sacræ narratione, actionibusque primorum temporum, quibus nulli fas erat, ex bonis ecclesiæ, hoc est, fidelium coetui erogatis, peculiariter sibi quicquam addicere, remque familiarem, augere, sed omnia necesse erat, in publicam rationem, causamque rescriberentur, sicuti patet in actis apostolorum, descriptis à Luca, tum & in aliis scriptionibus, quas emisere Theodoritus, Iustinus, Tertulianus, Orosius, Eusebius, atque alij, qui modum viuendi primitiæ ecclesiæ sanctissimæque illa tempora memoriæ mandauerunt. Itaque tam nephas erat tum alicui, sibi quicquam peculiariter adicere, suæque priuatim familiæ reseruare, vt qui tale quicquam fecisset, furtum, magnum, atque manifestum commisisse existimaretur, piam quidem magna multa, magnaque poena vel luendum, vel ad exemplum, capite sancendum, cuiusmodi supremi capitis nempe mortis poenam, Luit Ananias, vxorque eius, damnatus vterque diuinitus, à Petro, quod quæ vendidissent de suo, conferenda in commune bonum, post susceptam Christi lucem, aliquid eorum, sibi ipsis priuatim seposuissent, denique nihil erat tunc habendum priuatim, omneque publico iure censebatur, nam & Christus sic vixerat, nihilque sibi aut suis proprium addixerat, Quod & ipse ampliùs docuit, cum petenti adolescenti quid facto opus esset ad consequendam vitæ æternam respòdit, vade & omnia tua vende, & da pauperibus, & sequere me ipsum, quod non præstitit ille adolescens, At apostoli, discipuli que ac reliqui patres, in illa primitiua ecclesia, hoc fuerant sequuti institutum, Quod ad institutum, Urbanus hanc suam legem retulit, sed tamen postea hic mos paulatim exoleuit, nam sicuti primis illis temporibus, in tanta Christianorum paucitate, ratio hæc, nihil proprium quicquam habendi, verùm in commune omnia conferendi optima erat, piaque, & valde sancta, ita postea, propagato iam latè Christiano imperio, hoc sane

optimo vsu optimaque ratione obseruari non potuisset, quare rectè quidem, quod ad hoc legis caput pertinet mutata fuit, cum tempore rerum obseruatio, nam diuersa tempora, diuersos etiam mores, quantum attinet, ad politicam rationem, desiderant. Itaque quo nunc ea in re, iure vtimur, vt suum quisque familiare habeat illud valde politicum est. Ea igitur, qua, supra narratum est, ratione, coepit ecclesia, quum iam radices late egisset paulatim, ditari, agrosque & prædia possidere, in reque nummaria potens esse, ac tandem vectigal quoque annuum, annuæque canonis pensationem, tum sibi addicere, tum patrimonium latum constituere, arariumque habere, At verò sicuti Piatina scribit, quæ omnium prima, eam in rem, magnum quid & egregium contulit, ea Lucina virgo fuit, puella quidem sancta, & egregia pietate animi, raraque quadam probitate prædita, itaque isthæc, dum animam ageret, Marcello pontifice rem sacram moderante, suo testamento ecclesiam herædem fecit, primaque omnium, præclarum exemplum, in religione edidit, quod posteri piè imitentur, quemadmodum subsequenter postea temporibus, sanè quidem est factum, tantumque, ex hæreditate, donationeque opulentorum hominum accessit, ac reuitque ecclesiæ, tum emolumentum, tum auctoritatis, tum bonorum, & fortunarum, vt ea certè quidem nunc, cum quouis imperio, possit, quod attinet ad opulentiam, iure, ac merito, æquique ac boni contemplatione contendere: cum ergo Urbanus, posthæc, quæ recensuimus præclara instituta, (& quod caput est) tam foelicem vitæ exitum, ad cælos abiisset: summi Pontificatus auspicia, atque religionis Christianæ gubernacula, Pontiano successori reliquit, qui quidem Pontianus, quum eam prouinciam suscepisset egregiè quidem certè, atque præclare suo est officio functus: suum autem sacrum magistratum gessit, quo tempore, romanarum rerum potiebatur Alexander imperator, filius Mammeæ, ac tandem quum sa-

† Polidorus
virgil. lib.
vi. cap.

‡ Eusebius
lib. viii. &
cap. xx.

cram Rempublicam, sacræque religionem quinquenium totum pertractasset, in Sardiniam abiit exulatum, qua in Sardinia, suum diem obiit, * atque requieuit in domino cum beatis animis aliquando emerfurus, atque resurrecturus: Hic quidem nonnulla conscripsit, sanxit, edixit, ad iudiciale tribunal spectantia, in quibus, id est vnum præcipuum, quo, in quæstione, accusationeque in sacerdotes exercenda, maximè respici voluit, atque attendi, quinam essent accusatores, qui subscriptores, aut delatores, num suspecti, num à fide alieni, num improbatæ vitæ, num imbecillæ ad descendendum, in hunc accusationis campum, ætatis,

x Volater
in antrope.

Quos omnes, ab hac iudiciali actione, accusationeque, in personas sacras agitanda, exclusit, submouitque, hoc sanciens modo.

Nemo fidei, noxiæque, aut malæ sectæ, aut externæ religionis suspectus, ad accusandum sacerdotem, ad arcessendum, villo in criminali iudicio, sacratam personam, accedito, neu recipitor, y

y Isidorus
in primo to.

Inimico, in hanc quæstionis, accusationisque, sacerdotalis concil. agitationem, via non pateto.

Vadimonio villo sacerdotem hostis ne obstringito, Itaque, omnis testificatio, omnisque testimonij dictio, quæ in quæstione, actioneque omni, aduersum sacerdotes intentata, agitur omni probitate, omni que sanctitate, & bona fide suffulcitor, omnisque affectus mali, omnisque malæ suspicionis expers esto.

Si quid sit contrà, quod in ea re, sit, rescinditor, conuellitor, nullum esto,

Hæc pauca sciuit hic Pótianus Pontifex, quo sublato, successit Antherus, natione Græcus, sub tempora Maximini Imperatoris, ab eodem impurissimo Imperatore Maximino martyrij coronam suscipiens. Itaque cum Romanam Ecclesiam rexisset, annos tres, mensem vnum, occubuit simulque vitam ac Pótificatum, quem gesserat summa cum prudentia, posteris suis reliquit.

Ab hoc, quasdam leges accepimus, atque in hodiernum vsque diem retinimus, qualis est isthæc, quam de tralatione Pontificum, sedisque vnus, in alias mutatione, si id res possit, vsusque, & Ecclesiæ necessitas, pertulit, ac conscripsit: hanc in sententiam.

Vnus quiuis homo, Pontificali, quapiam in prouincia, dignitate ornatus, ad alias Pótificias sedes, Pontificiáque antistitia, re ita exposcente, migrare potest.

Hanc migrationem, vsus, & necessitas sanorum, publicáque prouincialium, plebis scilicet, & populi, tum & cleri sacri, tum & templorum vtilitas, tribuunt, permittunt, efficiunt.

Hæcque semper duo, in omni isto migrationum, aut tralationum genere, videlicet rerum sacrarum[†]

Rerúmque populi commoditas, vel necessitudo, intercedunt, huic negotio causam dant,

Hoc Præsulatum mutationis negotium conficiunt.

Hæc duo, si adsint, Episcopo cuius, suo ab Episcopatu, ad alias sacratas ædes, transire fas esto,

Ius licitumque censetur.

In omni hoc item migrationum negotio, quod efficiunt vtilitas, vel necessitudo, Romani Pontificis super hæc suffragatio, accersitor,

Romani Pontificis assensus interuenit, interponitur.

Sanxit & is bonus Pótifex, præscripsitque, auctoritaté aliá, Reipublicæ Christianæ tum vtilem, tum ad augendam pietatem necessariam, sanxit enim, vti martyrú res, publicis à notariis, librariisque, huic sanctissimo negotio adlectis, describerentur, publicarenturque, quo nihil excogitari potuit meliùs, atque vtiliùs, vti scilicet, per id, haberent mortales, sibi que ante oculos proponerét, quorum gloriosa excellaq; facta imitarétur, Etenim si Salustius scribit, † Quintú maximum, Publium Scipionem, præterea ciuitatis Romanæ præclaros viros, ita dicere, cum maiorú imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi,

† in iugurtha.

scilicet non cæram illam, neque figuram, tãtam vim in sese habere, sed memoria rerú gestarú, eam flammã, egregiis viris, in pectore crescere, neque prius sedari, quàm virtus eorum, flammam, atque gloriam adæquauerit: quãto ergo magis, ex memoria lectioneque, vitæ, & gloriosi interitus martyrum, par est, homines bonos, fortesque ad Christianam fortitudinem, subeundãque, pro Christo, & pro religione cuiusq; modi pericula, & subeúdos omnes labores, inflammari, atque eò magis, quod antiqui illi Romani, pro re caduca, mortali que elaborabãt, Christiani porrò homines, martyres imitando, pro immortalis, æternóque bono, vitam effundunt.

Igitur, egregiè benèque fecit hic Pontifex, qui hac de re legem præscripsit hunc in modum.

Martyrum gesta, posthac memoriæ mandantur, Literis insculpuntur, conscribuntur, eduntur, in acta referuntur, Qui p̄ Christo, fortiter mortẽ subiere, eorú facta, mórisque, non obliterantur, neu obliuioni traduntur.

At per scripturam, oculis hominum proponuntur, huic porrò scriptioni delecti probi viri, sedulique, & diligentes notarij, executores, librarij, operam dant,^z

Obeunte Anthero, ad magnum Pótificatum diuinitus ferè accitur Fabianus, quum esset Christianus orbis, in anno salutaris, ducentesimo tricesimo nono,^a

Hic Rempublicam gessit, annos tredecim, menses vnum & decem, vndecim que dies, & tãdem ad martyrium venit, necatus sub imperio Deciano, atque in Calisti cœmeterio, sepulturam est adsequutus,^b Quod autem dixi, eum diuinitus p̄pmodũ, ad hoc summũ sacerdotiũ venisse, res quidẽ ita habet, sicuti, tradit, Eusebius, & reliqui scriptores pótificiorum. Mortuo Anthero, cum de creando nouo Pontifice, successorẽque in primatu rerú sacrarú adlegẽdo, ageretur, eãque de causa, in locũ comitorũ, cõuenisset populus, vti tum fiebat, mitteretũrque suffragia, ac pũctorum vocũque ratio, ac numerus ad calculũ supputaretur, nec conuenirent

^z Volater. lib. xxi. in antropo.

^a Eusebius lib. vi. & xxix.

^b Volater. in antropo. lib. xxii.

omnes, in eandem causam, in idemque nomen candidati, huic præficiendi summo muneri, quin, uti assolet, unusquisque, quem vellet, sibi posceret, isque huic suffragaretur, alius in alium consentiret, essetque planè incertus comitiorum finis, & exitus: ac res videretur ob dubias, inæqualisque, tum suffragationes, tum acclamationes populi, in concertationem aliquam, aut diuisionem, quo ad eam rem attinet, ferè eruptura, accidit fortè fortuna, uti Fabianus, tum, cum quibusdam familiaribus, ab agro rediens, in hunc locum incideret, cumque in comitiatum, coetumque populi, descēdisset, visurus, quem tandem exitum, res esset habitura, quemue Pontificem summum in tanta discrepantia, & incertitudine populi, nactura Dei ecclesia, eaque de causa, sese in confertissimam turbam coniecisset, Narratur, pro certoque affirmatur, euenisse tunc magnum, diuinumque augurium, quod auspicia facēsque sacræ religiōis, auspice quidem sanctissimo, & optimo Deo, huic optimo Fabiano, non modò portenderet, verum, & re ipsa, diuinitus attribueret, Nam ferunt tunc, columbam, coelitus, uti credere par est, demissam super densam turbam circunuolitasse, & tandè ad caput Fabiani, dilapsam, in eo astitisse, cōque uisēque capite, quod faustum, foelixque, augurium, vel potius certum ac diuinum iudicium, ora illico omnium, in Fabianum conuertit, simulque totus populus, vna, æquaque voce, hunc esse conclamauit, quem manifesto summi Dei iudicio, summæ religioni, summæque sacrorum iurisdictioni, præesse, vellent omnes, atque communi suffragatione, refragante nemine, in suprema Petri sede, sibi peterent collocari, Id quod confestim tum factum est, & quod faustum, foelixque, & prosperum, toti Christianæ Reipublicæ, totique religioni foret, ad summum immisus est is Fabianus Pontificatum, Nemōque fuit, eo in populo, qui ex tali Pontificatu, qui huic homini, sic diuinitus obuēisset, bona multa, magnaque, & toti sacro imperio, salubria non sperarit, sibi que, auspiciatō non sponderit, Nec sua, vllum,

^e euseb. lib. vi. ca. xxj.

lum, spes fefellit, nec vanum item fuit, diuinū illud signum, quin postea, ex actionibus apparuit, certo Dei iudicio, hæc omnia accidisse, Nam in primis, hic Pōtifex, Ecclesiā religiosissimè rexit, suūque munus valde syncerè administrauit, præterea Rempublicam pluribus legibus, ad diuinas ceremonias, sacrorumque religionem & ritum pertinentibus, coluit, instituit & exornauit, populumque, ad bonos mores, & quidè in Politicis, atque in Oeconomicis, piè informauit, postremò, uti paulò suprà est visum, pro sua, hoc est, Christi doctrina, deçora morte, atque gloriosissima affectus est, magnòque populi luctu, atque desyderio, occubuit in domino: porrò quæ ab eo feruntur exscripta, relataque in Canonum auctoritatem, sunt huiuscemodi,

Nempe primùm sic,

Die Iouis, qui proximè Pascha antecedit, quæ dies, est cœnæ domini, sanctum chrisma, quotannis renouator, benedictor, lustructor, consecrator[†] atque à sacerdotibus, suā in sacram ædem, cōcreditumque sibi, & commissum templū, defertor, portator, ibi, ad annum vnum, religiosissimè custoditor, & ad vsum cleri, & populi, reponitor, asseruator: porrò, antiquū chrisma, quod anno, antè actō, sacro in vsu fuit, eadem ipsa Iouis sancti die, religiosissimè cremator, adoletor, incenditor, hæcque omnia magno cultu, sanctissimāque obseruatiōe, tum, peragūtor, obeūtor, expediūtor,^d Et hoc quidem caput legis, ad diuinas ceremonias, sanctissimāque sacrorum obseruationes planè attinet, Quæ verò ad Politica, ciuileque mores spectant, hæc sunt quæ sanxit,

Nemo quisquān, consanguineam, cognatamque, ad quintum vsque cognationis gradum, sibi attinentem, in vxorem ducito, neu spondeto, neu coniugio vllō addicito,^e Lex connubialis, quæ prohibitoria est, ad quintam vsque, in obliqua linea, sobolem, pertēditor, producitor, protrahitor, denique omni ad quintas vsque cognationes, connubio, omni homini, interdictum planè esto.

[†] ca. literis. de consec. dist. iiii.

^d Volater. lib. xxii. in antropo. & Platina in Fabiano.

^e Platina in Fabiano.

Id tamen postea fuit correctum, & ad quartum deductum gradum, quemadmodum alicubi differuimus, hodieque, solum quartum gradum obseruamus: quod verò, ad forum respicit Iudiciale, fuit ab eo scitum, hanc in sententiam, Clericus, laicum hominem, ne accusato, neu antestator, neu vadimonio criminali abstringito, Laicus item, sacratum hominem, noxię vilius, non arcessito, neu postulato, neu criminofam vllã dicã inscribito, aut impingito, aut vadator. f

f Gratianus
ca. sicut. ii.
quæst. vii.

Itaque, si quid sit contra, non recipitor, non admittitor, non in acta refertor,

Omni enim, inter hæscæ personas, accusatione mutua, quæstionéque, subscriptione, ac delatione, volumus esse interdictum, edicimusque, omne in tempus, iubemus, Rogamus. Id quoque vnum, quod hinc narratur, non est prætereundum, istius scilicet pontificis tempore, hæresim Nouatianam, coepisse in lucem proferri, multoque circumuenire, atque opinione mala inficere homines, Ea autem, ductum habuit, à Nouatiano quodam, religionis deprauatore, cui, vt finis imponeretur, abiretque in rem malam, coactum fuit conciliū vnum, quo in concilio, interfuere sexaginta Pontifices, totidemque alij sacerdotes, qui hanc malam pestem, in Ecclesia, tum recens natam, labefactarunt, s

Platina in
Fabiano.

Aiunt etiam nonnulli, sub hunc Fabiani Pontificatum vixisse Origenem, quanquam de hoc magna sit inter scriptores controuersia, nam quidam non referunt Origenem, ad hæc tempora, quidam etiam, duos censent, eiusdem nominis fuisse Origenes, inter quos est Eusebius, cuius Eusebij opera, eo etiam nomine, à quodam Pontifice summo, danata, interdictaque, fuere, quod diceret ^hIs Pontifex, Eusebium, suis in operibus, Origeni nimis fauisse, & quorum de causa damnatur ille Origenes: eum, alij, nescio cui Origeni, ea ipsa, adscripsisse, ita vt ab omni hæresi, omnique mala secta, & corrupta religione, Origenem illum magnum, is auctor liberet: quum tamen constat, Origenem ipsum, in multis aberrauisse, sensisseque perperam, cuius rei, sunt testes Hieronymus, Augustinus, & alij Ecclesiastici doctores.

h Hæc habentur in præfatione Ecclesiasticæ historiæ scripta, à beato Rhena no, qui etiam ibi eum summum Pontificem nominat, dicitque gelasium fuisse

His Pontificibus successit Cornelius, cuius tempore & eodem Cornelio Romæ Pontificatum gerente, & Cipriano apud Carthaginienses, procuratori sacræ præposito, vtroque, & vitæ sanctitate, & eruditione, & sacrosancto magistratu venerando, suborta est quæstio, anno, à partu virginis, ducentesimo sexagesimo, quæ multos diu torfit, magis tamen eos, qui Punicę partis erant, viuebantque sub Cipriani regimine: ea autem fuit, essetne operæpretium eos, qui ab vniuersa Christianæ Ecclesiæ cõsensione semel desciuissent, quos hæreticos vocamus, si postea resipiscerent, sacro lauacro iterum ablui, & veluti candidatos, baptisterio, lustraliq; interpolatione baptismi, denuò purificari: disputatum fuit, ea de re, multos dies, atq; tandem Cipriano referente, in eaq; opinionem descēdente, ab omnibus sacerdotibus Africanis, senatuscõsultum factum, eoque, cõclusum, hæreticos, velut priorē baptismum euirassēt, oportere rebaptisari. Latini verò Antistites, frequentes ierunt in alia omnia, ideoque, de Cornelij, cæterorumque Præfulum Romanorum sententia, est tali Senatuscõsulto intercessum, sancitumque, inter Romanos, in antiqui iuris, institutisque obseruatione permanendum esse, quo, cauebatur ita annuentibus Christianæ curiæ patribus conscriptis, qui antea Rempublicam sacram tractarant, hæreticis satis esse, si post prauum dogmatis eiurationem, & ad bonę mentis reditutionem, sacra manuum impositione benedicerentur, lustrarenturque & purgarentur, neque tamen ob huiusmodi cõtraria decreta, à pristina illa concordia & voluntate, qua vniti erant Romani, & Africani sacerdotes, vel paululum quidem discessum est, nec vlla inter eos similtas ex ea re enata.

Eusebins
lib. vii. ca. ii.

Cornelius iste, Põtifex Maximus, sedit Põtificia in sede, annos duos, mensesque item duos, & dies quatuor, ^k Atq; imperate Decio Cæsare, mortem, p Christiana veritate, cõstanti fortique animo oppetiit, inter martyres relatus, quum dominicum gregem, scriptura bona, valdeque approbata, salubriter dum in terris fuit, pauisset, Erat enim vir doctrina egregia, literisque multis imbutus, atque in studio rerum

Eusebins
lib. vii. ca. iiij

diuinarum, admodum exercitatus, cuius rei fidem faciunt hæc, scilicet, quod primum quoad vixit, fuit illi, viris cum doctis assiduum commercium, vsusque intimæ familiaritatis, tum etiam, quod nonnulla scriptione, res sacras excoluit, atque aliqua, eam in rationem, reliquit monumenta, Etenim Epistolas quasdam, ad Ciprianum familiarem suum, atque ad plerumque alios, de rebus diuinis, familiariter exarauit, Erat enim tum mos, sicuti nunc fit de rebus humanis, iter fideles Christorum; addictos homines, mutuas de scriptura sacra, consolationemque Christiana literas describi, quales sunt Hieronymi, Ambrosij, Augustini, & reliquorum sanctorum patrum, in id argumenti, contextæ diuinæ Epistolæ.¹ Itaque homo iste Pontifex summus, talentum domini in terram non defodit, sicuti fecerat seruus ille malus, de quo agitur in Euangelio, verum, talentum illud sibi creditum, tradidit foeneratori, ex eoque, rem auxit, ac fecit lucrum magnum. Et tandem, cum pro illius talenti fructu, hoc est, pro dominici verbi propagatione, iubente tyranno, ad necem duceretur, talentum, Stephano, viro cuidam bono, commendauit, illiusque fidei, thesauros Ecclesiæ, nempe peculium pauperum, concredidit, & commisit, vir sane dignus, cuius memoria, à pia posteritate, coleretur, & obseruaretur, id quod sane factum est, Nam Lucina virgo, mulier proba, & religiosa, huic rei non defuit, nam & Pontificem, hunc sanctissimum, mortuum pie luxit, pieque suo in prædio, non procul à coemeterio Calisti, more suo, sepeliuit. Noctu quidem, propter metum crudelium dominorum, qui tum erant in imperio, remque Christianam, omni odio, omni maleficio, incessabant: hæc item Lucina puella, multa alia, pietatis, atque singularis, in Christianam religionem additionis, præclara officia, perfuncta est, multaque in eam rationem, edidit exempla egregia, sicuti alicubi est memoratum, dictumque: nempe uti virgo illa facta, magna precum cõtentione Cornelium Pontificem exoravit, uti Pauli apostoli corpus, extra capenam portam, Ostiensis via, quo in loco, ultimo fuerat, pro domino supplicio affectus

¹ Volaterin. in antropo.

suo in agro, sibi habere liceret, atque illuc translatum, in parato, à se, eam ad rem, tumulo, religiose condere, & sepelire: utque etiam, post conditum à se D. Paulum, tantumdem in D. Petro fecerit, quem item, allatum, in vaticanum, suo in fundo reposuit estque ibi pio animo utriusque ab ea parentatum exolutaque iusta omnia. De utroque quidem principe apostolorum, deque tota Christiana Republica, multis in rebus aliis, egregie semper, uti patet ex sermone historicorum, optimeque merita.^m Porro, in huius postea Cornelij pontificis locum, mortuo illo, sublectus est Lucius, qui aliqua promulgauit, quæ clericorum pudicitiam respiciunt, quorum meminit Gratianus.ⁿ

Deinde Stephanus pontifex, romanum sacerdotium adeptus est, ad annum, liberationis Christianæ ducetisimum, quinquagesimum sextum, eoque annos duos, Romæ, gesto, ut quidem habet, Eusebiana temporum ratio, & historia, mortem appetiit.^o At verò alij hæc aliter differunt, atque decidunt, toti illius pontificatui, annos tres adicietes, atque menses duos, & ipsum tandem, sub Valeriano imperatore, sanguinem, pro gloria domini, animamque effudisse, pronuntiant,^p ut ut res habeat, constat eum, in Calisti publico Mausoleo, cum aliis, repositum fuisse, Hic, (aiunt) veteribus Mosis, hebræorumque ceremoniis addictior, eas, quod attinet, ad rationem vestium sacrarum, sacerdotalium ornamentorum in Christianum usum pio tamen & sancto modo adhibito reuocauit, sciuitque, uti earum rerum mos antiquus, & modus, in ecclesia, templis, cellis, fanis, obseruaretur, atque retineretur, utque vestimenta, illa in causam veterum rerum diuinarum, sacrarentur, benedicerentur, numinique addicerentur, tum & dicarentur, & pia inauguratione lustrarentur, ita ut, exuta humana, prophanaque qualitate, diuinam atque sacratam prorsus induerent, & efficerentur religiosa, hisce de rebus omnibus, hanc eo modo auctoritatem perscribens, Vestis sacerdotalis, quæ in usum venit rerum diuinarum, sacrorum, dedicator: Altarium ornamenta, aula, mappæ,

^m Polido. virgil lib. vi. cap. vltimo.

ⁿ Gratia. ca. ministri altaris & ca. clericus xvii dist.

^o Eusebius li. vii. ca. iiii

^p Volaterin. anthropolog.

mantilia, & conopæa, tum & ipsæ umbellæ, reliquaque huiusmodi, rerum diuinarum, additionis, operæque, futura, religioni deuouentor, dicantor, lustrantor, & sacra in quaque æde, hunc ad vsum, hancque in diuinam rationem, sacrata, dicata, asseruantor, seponuntor, ac soli causæ addicuntor tēplorum, Ad alias porrò ne transferuntor, neu prophanator neu polluantor, Quin sacerdotibus ministris, & sacrorum initiatis mancipiis, prout, cuiusque functionis, tulerit vsum, vestes illæ, sacratæ, ornatus illi benedictiōe lustratidicati a signator traditor, comédantor, porrò sacerdotes, reliquiq; serui sacrorum, id genus sacrorum habituum, sacris operaturi, sese induunto, eoque modo, altaribus admouentor.

q Polidor
lib. vi. ca. xii

Verùm, quando quidem, in enarrando huiusce Stephanipōtificis, actorum capite, hunc in locum, incidimus, qui locus explicat, vnde sacrorum vestiariorum, sacrorumque altariū & dicatorum ornamentorum cœperit origo, à quo sit instituta, à quo sit in vsum Christianum deducta, à quo denique sit primùm lege sancita, nempe, ab hoc Stephano, pontifice summo, qui pontifex summus, cum retrò longè ante actis seculis, initioque ecclesiæ enascētis, res diuina à sacerdote, suū quotidianum, & ad omnes vsum paratum vestitū induto fieri soleret, nihilque adiectitium, aut super positum vel indutum apponi, vsum recepisset, hanc diuini ornatus ceremoniā ab hebræis acceptam tandem primus, quoties fieret tale sacrum, vel alioqui litaretur, induxit, inductamq; voluit omnibus in templis, omni à sacerdote obseruari, constituitque quanam ratione, vestimenta illa, & altarium sacraria, religioni adscriberentur, atque eo, quo supra est visum, modo, dicarentur, consecrarentur, & vti, a dilitandum, faciendumque hostia, & eucharistia sancta parata essent, ac vbique, sacris in cellis, præsentia sciuit: quādo quidem igitur, huc de sacro scilicet, apparatu, in sacro missæ adhibendo, nos traxit, hic locus præsens, continuataque ordinis series, & materies ad Stephanum relata, nos non etiam pigebit, cætera, que hanc ad rem pertinet, hoc est, religiosam sacri missæ apparationē instituit, ex orationis accommodata progressione, sumatim huc de-

ducere, & eò magis, ad id faciendū iuitamur, q̄ quū sæpe aliàs hoc in tractatu, quæ a quoq; pōtifice, ad missæ sacrū, adhibita fuerit, & appolita, tū verborū tū rerū solēnia, vt quisq; de his incidit locus, recēsuimus, nō sit abs re, totū hūc tāti sacrificii missæ, tāq; diuinę litationis, corpus, quodq; modo, sit in hūc, quē nunc videmus ritū, piē cōstructū, & à diuersis fūmis viris, & vt cuiq; sua suggerebat de supnis, data, ingenij & doctrinæ gratia, cōsūtū, p̄ quādā veluti epitomē adserere, ac commemorare: nā tametī res vulgata est, & quotidiana, tamen, quia ab ea pēdet sacrorū ius religionisq;, qua nūc vtimur, fūdamētū, nō tædere debet Christianū scriptorē, illius initia, auctus, p̄gressus, tū repetere tū sepius iculcare, neq; itē taliū rerū lectionē, tametī crebrā, & triuiale, christianus lector debet fastidire. Igitur ad rem venio, dicoq; primū, de loco, quo in loco, tale missæ sacrum fieri par est, nempe, qui, qualis, quantus is esse debeat, quomodo benedictus, quomodo augustus, sacer sanctus, quomodo religiosus fieri, quomodo in templorum rationem, cellarumque causam sacrarum, per dicationē lustrationē, & piā inagurationem, deduci, quæ omnia, satis quidem, pro hoc loco, in Calisti vita, sunt à nobis, paulò ante, delibata, cum scilicet ibi differēbamus de prima templorū ædificatione, primaque eorū dē, ad vsum syncerę religionis Christi; & factorū additionis, lustrica attributione, benedictionēq;, ad faciēda missæ & piarū p̄cū litationūq; sacra, vtq; Iacobus apostolus, hūc olim morē, ædē scilicet sacrā, in id rei habēdi, inuexerit, institueritq; in vrbe Hierosolymitana, tū & Mathæus apud æthiopas, & Bartholomeus in citeriore India, & Andræus in regione Scitarū, tātū dē fecerint, deoq; fūmo, sacra, & dicata sana crexerit, ac demū, quemadmodū pius pōtifex romanus, lōgo post tēpore, in hāc rem incubuerit, & dū agebatur, ānus domini circiter cētēsimus, & quinquagesimus balneas nouatij, sitas patritio in vico i eā rationē cōuerterit, christoq; addixerit: postremò, quomodo Higinus primū, quū gereret fūmū in vrbe roma pōtificatū, auctor fuerit id lege faciēdi, cōstituediq; vti tēpla de cætero sacraretur fieretq; per benedictionē religiosa, ac Calistus postea, hāc piam

legem, rogationemque insistens, ædem diuæ virgini matri, tum solenniter vouerit, tum solenniter extruxerit, hæc quidem omnia, sunt à nobis ibidem explicata, ex quibus, satis de loco, quo in loco, missæ sacrum peragitur, deque loci eius institutione, qualitate, ornamento, quantitate, ratione, pro instituta materia, liquere potest. Ad reliqua veniendum, scilicet ad aras primum, & altaria, quæ in sacra quaque æde, primæ sunt partes, cõstructionesque potiores, nempe, qui eas primus instituerit, formarit, coagmentarit, & ad diuinum cultum retulerit, vndeque nobis harum obseruatio, mos, vsus, modus, & ad rem diuinam, religiosa applicatio, Ergo pro hoc loco, breuiter habetote, ararum & altariu inuentio nem, deoque, & religioni, addictionem, Noe, veteri patriarchæ, adscribi, nam legitur, sacra in historia hominem illum, altare primum exædificasse, superque eo altari, omnipotenti deo litasse, holocaustum representasse, hostias multas mactasse, & sacrificium amplum fecisse Domino, de quo legi potest, Genesis locus huic addictus rei, qui locus factum id fufius recenset. Allata igitur ararum & altarium inuentio ne, quæ à Noe, ad rem diuinam instituta, ad posteros, dein, per continuatam religionis seriem, emanauit, iuxta suum cuiusque gentis ritum, pium quidem, qualis est Christianorũ, populique dei, itemque falsum, qualis fuit quoad aras & alia vana sacrificia, gentium exterarum, agitatur consequenter, de ipsorum altarium exornatione, apparationeque & cultura, hanc ergo culturam, primumque & potissimum apparatus, Bonifacio tertio, attribuit multi (de his quæ post domini resurrectionem contigere loquor, non de his quæ in veteri testamento contigerunt) Nam is fuit, qui legem sciuit, qua lege, altaria linteis candidis, pannisque ex puro contextis lino, adoperiri fuit iussum, Porro cætera, nempe, aulæa, & conopæa, omneque genus sacrorum vestiariarum huic destinatum, sacrorum operationi, quomodo, & vnde Stephanus inuexerit templisque adhibuerit, & sacerdotes rem diuinam facturos, vti voluerit, atque ea omnia iusserit

Ca. tabernaculum ca. qualiter de consec. dist.

sacrari, paulò supra est explanatum, Sequuntur vasa, Altera pars sacrorum missæ, potissima, quibus in vasis, principem locum, calices obtinent, vt pote, in queis, consecratur, conficiturque sanguis domini, hos porrò calices, ligneos, initio factos esse, positum est, dum scilicet pauper adhuc esset, nec rerum admodum potes ecclesia. Venit dein Zepherinus, qui quum esset pontifex summus, tametsi, non valde abundans, tamen magna ratione, sicuti alicubi iam est dictum incitatus, hæc diuina pocula sacrosanctosque calices tanti mysterij completentes, non quidem ex ligno, at ex vitro iussit confici, postea demum, Zepherini^a decreto, quatenus de vitro loquitur antiquato, res per cõcilia, Triburense, & Remense, ad aurum, argentum, stannum, pretiosissima omnium metallorũ, deducta est, abolito planè hoc in sacro poculorũ genere, vsu ligni vel vitrorũ, quem morem, sicuti in actis Zepherini, fufius est nobis, hac de omni re, disputatum, hodie retinemus, quin & gemmas saphyros, margaritas, vniones & id genus, lapidum pretiosiorum, pro sua cuiusque ecclesiæ opulentia, addimus, affabreque & perpolite vti tantam rem, quæ quidem tam magnæ rei receptus est, piè decet, cælamus, ac exornamus. Accedunt nunc linteola in quæ dominicũ corpus, dum fit sacrificium, demittitur, quæque item pars habentur, huiusce mysterij ceremoniarum, hæc autem, iam retulimus, iussum, ne ex alio, quam purissimo, & quidem bysino lino, contexerentur ferrenturque ad altaria, atque id factum, ex Xisti pontificis romani instituto, cuius in id rei, scitum, consultumque, nominatim apposuimus & hactenus quidem, de partibus exteriorũ rerũ quæ in hocce sacrosanctũ missæ sacrum piis religiosisque ceremoniis fuere adhibita, queisque ad hæc vsque vtimur tempora, satis iam dictum, relinquatur modò vti de partibus quoque quæ magis internæ censentur, magisque ad re facere, nempe, de orationibus, precumque, & litationis modo, tum & de occurrũ, symbolorũ, responsorũ versuum psalmodorũ, omnisque tanti sacrificij, harmoniæ & coagmentationis ratione, quæ suis locis, variè sparsimus, dum enarramus

a Ca. vasa. de consec. dist. i.

Pontificum acta, hinc, in vnum, à nobis, epilogi instar, repetantur ac reconcinnentur, nam non minùs vtile est, hæc scire, habere que quòpiam congesta, vnde, ad memoriam, parata esse queant, quam reliquas partes nosse, ceremoniarum exteriorum, puta templorum, altarium, & ornamentorum, de quibus facta est superior pars epitomes. Ergo, satis liquet, planùque est, Petrum primum omnium apostolorum, hoc sacrificium, coenamque domini, pure nudeque ac simplici modo peregisse, nulla adhibita ceremoniarum ratione nisi earum quæ in actorù libro continetur, nam tum vsus aliarù nondum fuerat cogitatus: duntaxat, Christi institutionem ritumque, sicuti acceperat, videratque celebrari sua a domino, vna cum reliquis apostolis, apparet hac in re diuina facienda, eum fuisse insequutum, neque aliunde quicquam externum, neque etiam internum aliquid præter ea quæ sùt in actis, hoc in sacrum negotium asciuisse tantùm, post consecrationem, inferri continuò ab eo solitam dominicam orationem, crebròque ab his, qui aderant, repetitam, & piarum precum modo, pronuntiatam, At Iacobus, hyerosolymarum antistes, hoc sacrosanctum coenæ Christi, & sacrificij diuini mysterium, multa consequenti deinceps tempore orationum precumque adiectione auxit & exornauit, ad excolendas pias hominum mentes erat enim vir, noctu, diuque in orando assiduus, & precatationum studio addictissimus. Celestinus postea, hunc psalmum, (Iudica me deus) huc adduxit, voluitque in præfatione huiusce sacri missæ, accessio neque ad altaria, à sacerdote, ad aras accessuro, pronuntiari, quem morem sequuntur hodie sodales Franciscani, & reliquæ, id genus, religiosæ familiæ, religiosique patres. Damasus, confessionem, quæ dicitur à sacerdote, ante aras astante nodùque altaribus admoto, huic adiecit ministerio. Gregorius, hæc piâ precem, quæ à sacerdote, dū post introductrices præfationes, aris est admotus, instar antiphoniæ occinitur, idque ad dextrum altaris latus, huic missæ litationi adiunxit, Tum & sciuit, vti nouies repetetur, hæc diuina verborum

formula, quæ sic habet, Kirie eleison & cetera. Telesphorus hymnum, cuius, sic contextus habet Gloria in excelsis deo, huic sacro addidit, qui hymnus vocatur à pio sacerdotum cœtu concentus angelorum, vt habetur, in eorum missali volumine. Et constat quidem, ex sacra scriptura, oden hanc sanctam, canticumque diuinum, angelos in natiuitate domini concinuisse. Hieronymus, euangelium, & epistolam, secundum religiosam dierum obseruationem, huc contulit fecitque in eo operepretium magnum, Nam hæc duæ, & coenæ corporis domini celebratio sunt totius, misterij, partes maximæ, & a quibus, reliqua pendent. Adiunxit item hanc in rationem Anastasius vti quum recitaretur, harum rerum diuina lectio, omnis qui in sacro interesset populus, staret, stansque isthæc, quæ pronuntiarentur, attentè audiret, respeceretque, ad diuinâ gratiâ, & suæ fidei fûdamenta agnosceret. Anastasius, primus omnium, hoc ad sacrum, missæ retulit, vocè, hebræâ (Alleluia) cuius significationem, interpretantur, Hieronymus, Origines & Iustinus martyr. Symboli cantio, atque religiosa recitatio, Nicæno conuentui, accepta fertur vbi primum illa fuit instituta, aduersus Arrium, & reliquos homines peruersæ & infamatæ eruditionis, dein, ex Marci pontificis decreto primo, ad hanc rem diuinam trãslata fuit scitùque, vt ea, festis diebus à sacro clero, post euangelium occineretur, vel à sacerdote, priuatim rem diuinâ faciente, sub missæ recitaretur, quò semper præ oculis homines haberent suæ fidei, suæque religionis instituta. Nam id symbolum, ea omnia, planè complectitur, Porrò hymnos, & versiculos respõsive & antiphonias, aliquot, pias, ac precum, litationumque collectanea, & epitomata, que hoc in sacrum missæ crebrò intericiuntur, Gelasius cõtexit, Quòd thus adoleatur incendaturque, & ex acerra mittatur exhalandum ad altaria ea Leonis tertij actio est, facta que, institutio, & pscripta auctoritas, ab Aaronis, summi apud Moysè dei sacerdotis, pscriptio itèque, imitatioe, ductù habes, Nã is Aarõ, sicuti habetur in exodo ad aras thure litauit, eoque, incenso, diuinù placauit numè.

Ad hæc verba, (Sanctus, sanctus dominus, deus sabaoth.) à Xisto sunt huc allata, sicuti in eius actis est enarratum, vbi etiam posita est eorum verborum enucleatio. Harum ite vocum, præclarum contextum, (Te igitur, & cetera,) Gelasius postea huic dedit diuino missæ muneri. Sic deinde, & Alexāder huiusce nominis primus in hanc religiosam missam religiosa hæc quoque verba erogauit (Qui pridie quā patere tur, & cetera) atque ipsa, sacrosancto canoni attexuit, sicuti dictū est, in ipsius scitis. Peracto demum canone, pax dicitur & offertur, tumque, hoc pacis insigne, osculantur, Sacerdos ministri, populus, Hæc porro pacis solennia, huc attulerūt, illustrissimi patres, Innocentius primus, tum & Leo secundus ille quidem pacis osculationem, ad sacerdotem primus inuexit, qua osculatione, significatur communis concordia, à sacerdote Christianis, hoc signo indicenda: hic verò, nempe Leo secundus, hanc quoque pacis osculationem, astanti, populo, iussit, hisce in sacris, tribui & sigillatim adferri, quò magis ac magis immitteretur, in pectus eorū, mutuæ volūtatis, mutuæq; beneuolentiæ coniunctio, neu quid simultatum, aut odij nati, vel nascituri, ad medullas eorum, animumque adhæresceret, at exemplo Christi, eiusq; præceptione, sese inter se, amarent, & siquid quandoque intercessisset offensæ, id ipsum inuicem condonarent: hæc est osculandæ offerendæque pacis, hoc in sacro, pia interpretatio, a piis missæ quibusdam expositoribus, eo pacto relata, & concinnata, Postremò peracto sacro, mos inoleuit, populum a sacerdote, altaribus adhuc admoto, per pacis insigne, dextra manu, super eum, circumlata, circumductaque, crucis in modum, benedictione sacra lustrari, atque signari: qui mos acceptus est vt quorundam fert sententia ab antiquis bonis hebreis, quorum sacro in libro, legitur, puta leuitico, sacerdotem Aaronem, absoluto sacrificio, populo benedixisse, ista omnia ex Gratiano, Eusebio, bibliothecario. Paulo diacono, Damalo, Rabano, Platina, Polidoro virgilio, Volaterrano, desumpta sunt, & ex variis illorum locis excepta.

Alexander centesimo vndecimo anno^a, qui summum Episcopatum sextus obtinuit, præcepit aquam, vino in altaris sacramento admisceri, ^b vt habet Ecclesiastici quidam scriptores. Extat nunc etiam, sacrum missæ solène, quo in Græcia, vsus est, vir ille magnus, Diuus Ioannes Chrysostomus, Habetur quoque, in historia Indica recentium scriptorum, modus peragendi id sacrum apud Aethiopas Indos degentes sub ditione Pretiiani, Christiani Imperatoris, Quæ omnia vulgaria quidē, & passim cuique obuia, atque hac in mea commetatione, in scitis recensendis Pōtificum, variis in locis aspersa, huc, ob à me suprapositam causam, collectim, confertimque sunt reposita, à doctoribus sacrae scripturæ, & auctoribus Pōtificiorū, deprompta concinnataque hanc in summā. † Hoc Stephano sublato, Xistus secundus, Atheniensis id muneris honorisque consequitur, ^c qui tempore Decij & Valeriani Cæsarum in Ecclesia Dei, pro potestate rem gessit, & plurimas sanè leges cōdidit, & quidem ad negotium nostrum attinentes, maximè super iurisdictione Ecclesiastica, sed quæ tamen sunt ferè similes, earū legum, quas paulò antè protulimus scitas, ab his Pontificibus, qui ante eum in imperio rerum, Christiano coetui præfuere, quales sunt hæc quæ sequuntur, à superioribus quidem Pontificibus, in eandem, vti diximus, propemodū sententiam conscriptæ: edidit nempe, vti Episcoporum accusatio, apud collegas Episcopos, qui eidem attributi essent vel metropoli vel prouinciæ, quos dicimus comprouinciales, inchoaretur, conflaretur, exerceretur: nihil tamen in ea re diffiniretur, inconsulto Romano Antistite: ^d quod verò ad clericos pertinet, statuit, vt si quis eorum ab Archiepiscopis grauaretur, liceret eis, apud primates dioceseos, vel penes summum vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ principē iudicari, ^e constituit præterea ne Sacerdotes aut Leuitæ, sacra veste nisi in sacro loco vterentur: postremo dum is ad supplicium traheretur, Laurentio thesaurum pauperibus dispensandum tradidit: ^f Eo dehinc mortuo, summa religiosi

^a Ireneus li. iii. cap. iii.
^b ca. sufficit de consec. dist. ii. & ca. aqua, iii. dist.

Hæc omnia scitis confirmasse videtur canon, ecclesiasticarū, xi. dist.
^c Euseb. lib. vii. ca. iiii.

^d ca. accusatus. iii. quæ. vi.

^e ca. si quis putauerit. ii. quest. vi.

^f Volater. Sabellic.

imperij & Pontificij fuit penes Dionysium, qui vigesimū sextum gessit Pontificatum, tempore Galieni Augusti, hic presbyteris, ædes, sacræque Ecclesias assignauit, partitusque est, inter eos, paræcias, & cæmiteria limitibus, tum & vnius cuiusque iurisdictionem finibus terminoque circūscripsit, volens, vti Episcopi, Pontifices, Sacerdotes, in sua quisque præfectura, & ditione, reditus, decimationemque colligerent, plebémque regerēt, Ecclesiastica munia capescerent, & Eo defuncto, Rempublicam sacram administravit Foelix, cuius pleræque narrantur consulta, quæ ad Episcoporum, cæterarumque personarum sacris deuotarum, accusationē expostulationēque referuntur, de quibus omnibus, veluti de his quæ fuerant iam à superioribus Romanis Pontificibus sancita, quoniam alibi mentionem fecimus, superuacaneum duxi, iterum meminisse, quare illa in præsens tēpus, prorsus omitto.

Hic item Foelix Pontifex maximus salubri consilio & insigni pietate synodum magnā, Pontificum, Antistitum, Sacerdotum à Dionysio primūm coeptam, h curauit Antiochiæ suis cū decretis perfici & absolui, ob publicā communis boni consultationem, in qua Synodi congregatione, mala dogmata, noua & mala pessum irēt, & fides ac religio corroboraretur suisque columnis, nempe iustitia, & boni pietateque persuasione, nihil corruptum, nihil nouū, nihil deprauatum, nihil denique ab Ecclesiæ scitis abhorrēs redolente immiteretur: nam tum, hoc est, quum iste Foelix, gubernabat habenas Romani Pontificatus, iterum obrepere incipiebat secta Ebionitarum, itémque hæresis improbi Arthemonis, ab improbiore homine Paulo Samosetano Præsule Antiocheno, in lucem relata, in vsumque reuocata malorum hominū, Is enim Paulus, mala mente, maloque animo, vt Ecclesiæ Dei turbas daret, peruerteretque plebē, & populū Christianū, assererat, cum Ebionitis, Arthemonis, & reliquis focis, falsò quidē, filium Dei, seruatorem nostrum non de cœlis, à patre Deo descendisse, sed duntaxat

g ca. ecclesia xlii. quæstione. i.

h euseb. lib. vii. ca. xxiiii. & sequen.

Hic etiã error fuerat coarctatus, quem confutauit obtrinitque Ioannes euāge. eusebius. & Hieronymus

Christum à Maria, in terris, ortū fuisse. vnde sequebatur, vt is ante Mariam parentē suā minimè extitisset, neque à Deo patre, eternū verbū, immortalisque sermo genitus fuisset, Contra doctrinam Ioannis Euāgelistæ, aientis, In principio erat verbum, hoc est, Dei filius. Cōtra item testificationem ipsius Christi, de se ita loquentis, antequam Ab raham fieret, ego sum, scilicet ab æternitate Deus filius, à Deo patre progenitus: denique contra symbolum Apostolorum, prolatum approbatumque Nicæno in concilio magno, vt igitur, hæc mala opinio ab hoc Paulo rursus emissa funditus tolleretur, anno ducentesimo septuagesimo quarto, dedit operam hic Foelix, vti conuentus in Ecclesia perageretur, quo in conuentu hanc ad rem, sic fuit perscriptum.

Ebionitarum imprimis error pessum ito, Arthemonis hæresis extirpator, conuellitor, Pauli Samosetani Antistitis Antiocheni, horum errorum successoris, & assertoris deprauata religio, corrupta fides, obteritor, proscinditor in malam rem abito.

Hic item Foelix, super altarium consecratione, superque tēplorum dedicatione quæ ob vetustatem ruebant, plurima sanxit, h

Cæterum cū à vita demigrasset Romano, sacrorum Antistitio præfectus est Euthicianus, i qui Ecclesiam Dei rexit, Aureliano Cæsare, Romanū imperiū tenente: breui tamē tēpore, nō amplius enim anno & mēse in re Christiana ius dixit, & tamē, diebus his paucis, quibus præfuit rerū sumē, multa edidit consulta, quæ tametsi ad sacerdotiorum causam, materiæque directō non pertineant, habent tamen, cum eis, aliquid commune, & coniunctum, quod mihi in præsentiarum sicuti nec superiora minimè videtur prætereundum, si enim ad sacerdotia vt dixi, præcipuè non referuntur, ad eos tamen spectant, qui Sacerdotiis præficiuntur, nam cum in eo genere hominum, integritatem, & continentiam, singularémque innocentiam, ac vitæ sanctitatem inesse oporteat, debeantque clerici omnes, nō solū vitio &

h ca. solēnitates de cōf. dist. j. i Euseb. lib. vii. ca. xxii.

crimine, sed etiam vitij, criminisq; suspitione carere, is eorum famæ optimè consuluit, noluit enim eos, à quouis, vel accusatore vel testimonio, famosè libello, p̄miscuè impeti posse, sed ab ea re, hoc est, ab accusandis, testimonioque præmendis, sacrați ordinis hominibus infames viros & sacrilegos, nominatim submouit, ^k Tum sanxit, vt antequàm accusator posset in clericum reum, accusatoriè dicere, iudicium cum eo subscriberet, seseque talionis eo nomine alligaret, ac interea paribus custodiis ambo asseruarètur, ^l idque fecit prouidus ille Pótifex ne spe impunitatis, (quæ maxima vt inquit Cicero est illecebra peccandi) ^m mendacij passim conflandi, calūniandique, aut (vt Plauti verbo vtar) fycophantandi effrānam indomitamque licentiam maliciosi homines sibi permitterent,

Addidit, & legem, in causa virginum Deo, ex voto addictarum, quam hīc quoque subiungam, nempè, ne liceret Antistititæ, aut Abbatissæ, virginè aut viduam, sacratio velo obtegere, ⁿ quæ quidem canonum sanctiones, fuere postea renouatæ, à Papa Caio illius successore, ^o totidémq; ferè verbis, aut sententiis repetitæ. Qui Caius continuato ordine Euthiciano successit, ac quemadmodū Euthicianus, sacrilegos infamesque homines repulit ab accusatione clericorū, ita is quoque paganos hæreticosque, id est, externæ vel deprauatæ religioni addictos, ab huiusmodi forēsi bus accusationum negotiis remouit, ^p atque, vt ordo iudiciorum seruetur, noluit ea iudicia, in quibus, sacratę personę alicuius criminis deferrentur, ab spoliatione inchoari, sed sanxit, vt actor, si ei, ex re videretur, actionem in ea re, intenderet, & ab ea, intentionem suam auspicaretur. ^q

Cum Caius animam edidisset, ad Romanum pontificatum accitus est Marcellinus, tuncque temporis, Diocletianus & Maximianus præfuerunt Romano imperio, ^r

Qui quidem imperatores duo: seuè nimis & iniquè in Christianos animaduertère, atque aded in eos iniurij fuere, vti nusquam legatur maior aut insidiosior Christiani nominis affli-

afflictatio, nec grauior cruciatuum omnis generis excogitatio, quibus, passim indictaque causa, subdebantur religionis nostræ professores, quæ religio vsque adeo antea creuerat, tantamque sub ea ferè tempora, quibus hi duo Casares, imperio potiti sunt, cœperat magnitudinem, vti ea nec dici satis nec scribi abude queat, nam in vniuersum ferè orbem, longè latèque fuerat peruagata, id quod facillè intelligi potest, cum multi paulò antè, Imperatores publicis Romanorum magistratibus, hisque etiam, quibus inerat iuris dicendi potestas, iam tum præponerent Christianos, & liceret (de eorumdem imperatorum indulgentia, vel etiam edicto super ea re nominatim cauto) Christianis ipsis, de Iesu christo, nõ aliter sentire, atque de optimo, & maximo numine summaque & coelesti diuinitate, idque in apertum proferrere: tum & officio, ministerio, opere, atque munere fungi, quod ad hominem ^t verè vel absolutè christianum pertinet: cuius rei fidem adferunt Dorotheus & Gargonius, qui licet essent ambo christianæ libertatis fidelissimi assertores eiusdemque propugnatores acerrimi, valebant tamen apud imperatores exteræ gentium superstitioni deditos, summa gratia. ^v Sed Diocletiano tum summæ rerum præposito, ea Christiani nominis foelicitas penitus est euersa, is enim homo, anno imperij sui nono, in omnes vbique christianos se uire cœpit, atque immanissima crudelitatis exempla edere, ita, vt parùm abfuerit, quin omnia nostratia sint tum concussa, ni huic rei occurrisset, summi dei immensa bonitas: toto enim incumbens ille malus vir animo, ^u vti nostra religio radicitus tolleretur, deleretur, ac ex mentibus hominū euelleretur, imprimis christianos affecit omni genere supplicij, dāni, ignominis, vinculis, & morte multauit, tum, vt nihil nõ impotentis furoris, in eos euomeret, edictum proposuit, sciuit, promulgauit, ^x cuius edicti quinque feruntur capita, quorum hoc primum: Vti omnia Christianorum templa, exciderentur, complanarentur, solo æquaretur: alterum, vti libri omnes, in quibus aliquid de Chri-

† Irenæus in apologetico.

† Euseb. lib. 8. cap. 7.

† Euseb. lib. 8. cap. primus.

† Euseb. lib. viii. cap. 2.

K ca. nulli. iii. quæst. iiii

l ca. quisquis ii. quæst. viij

m In Orat. pro Milo.

n ca. statutus. xx. quæstione ij.

o Euseb. lib. vii. ca. xxvii.

p ca. paganus. ii. quæstione. vii.

q ca. episcopus suis rebus. iii. quæstione. vii.

r Euseb. lib. vii. ca. xxvi

stiano nomine, aut lege contineretur, igni donarentur. Tum tertium, vt si qui horum essent, qui Christianam religionem profiterentur vlli præfetti publico officio, eo protinus officio, dignitate, atque magistratu spoliarentur. Postremum, vt priuati omnes, ignominiosè vitam agerent, infamia, probro, dedecore, vulgò notati: his quatuor capitibus nefarijs, Paulò post addidit quintum, scilicet, vt christianorum episcopi, pontifices, administri, cæteræque id genus, potestates, quum a superioribus imperatoribus permissum esset, christianis, magisteria inter se exercere^v, in teterrimum carcerem abriperentur: Et tamen, in tanta temporum iniquitate, fuere adhuc adiuuante deo multi probi homines, qui diuino zelo inflammati, religioni nostræ non defuerunt, quales narrantur, Antiochiæ Dorotheus, & Thiranus: apud Laodicæam verò Eusebius Alexandrinus,^z qui in ea vrbe, post Socratem præfuit ecclesiæ, ij omnes viri fortissimi, atque sanctissimi, spretis tyrannorum comminationibus, & pro nihilo ducentes, imperatorum edicta, quæ vitam Christianis interminabantur, non destiterunt a præconio euangelico, Acciditque tum factum non prætermittendum silentio, quod ita narratur, Marcellinum scilicet Romanum Pontificem, ad altaria idolorum, ab isto Diocletiano, de quo nunc incidit mētio, appellatum, pertractumque fuisse, atque ibidem, impetu, vi, metu, aut quauis alia fraude perpulsus, diis Romanorum; hoc est, impuris atque infidis dæmonibus, thure, litasse, eos sacro honore dignatum, qua peracta indignitate, quum vehementer seuerèque postmodum idem Pontifex argueretur, in conuentu trecentorum Episcoporum, in vrbe Sueffana (quæ teste Plinio ciuitas est Cāpaniæ^a mediterranea) eo nomine conuocatorum, ille primò factum id confidenter pernegare, deinde, cum se vidisset multis testibus euictum, manifesto teneri crimine, illud planè cōfessus est, tanta tamen animi ægritudine, atque pœnitentia, vt ignauiam suam, pusillumque animum vehementer pertæ-

fus, qui tyranno, tum fortiter, ea in re, non restitisset, non prius ex eo die conqueuit, donec Diocletianum, ea de re, vehementer increpuisset, quod scilicet, contra ius, fasque maiorum, ad tam impium scelerosumque facinus, ab eo adactus esset, egitque hanc rem, cum Diocletiano, tanta vique vehementia, vt ab eo tyranno, qui in optimos quosque Christianos, tyrannicè agebat, crudelissimè tandem interierit, fuit certè hic Pontifex, vir bonus, & sanctus, paucas tamen leges conscripsit, quoniam id non ferebant tempora, sicuti, ex his, quæ narrauimus colligi potest. Necato Marcellino ab isto Imperatore, cuius crudelitas, quandiu imperauit, teterrimo in Christianos odio, immanique & cruento in eos exemplo edito, sancita est: summa rerum Ecclesiæ Romanæ celsit Marcello, eamque rexit vir ille egregius, temporibus Cæsaris, Constantij & Galerij, Maximini, natusque Constantium Imperatorem bonum, & salubrem, cœpit, actu, tum, réque ipsa, de restituenda Republica Christiana cogitare, totusque in eam rem gnauiter incumbere: itaque Christianis illuxit tunc dies, satis foelix, erat quippe Constantius, homo natura lenissimus, facillimusque, nec planè à vera pietate abhorrens, atque ita factum est, vt nubes illa, quæ tempore Diocletiani, claritati Christianæ offecerat, Dei bonitate fuerit aliquatulum discussa, hanc igitur per oportunam occasionem Marcellus amplectens, pristinum decorem rebus sacris restituit, & ordini sacro, quem tenebris offuderat, oppresseratque Diocletiani caligo, claritudinem superinduxit, præfuit tamen Ecclesiæ, solo quinquennio, quo tempore, multa decreta edidit, conscripsitque, omnia ferè superioribus, quæ commemorauimus, similia, vt pote de accusatis clericis non condemnandis, nisi adsint præsentis accusatores,^b Tum de causis Episcoporum, siue criminose cum eis agatur, siue ciuili controuersia contendatur, ad tribunalia iudiciorum prophætorum, minimè pertrahēdis, ^c noluit etiam, vir ille iustitiæ,

^v Plinius ad Traianum.

^z Euseb. lib. vii. ca. xviii

^a Plinius li. iii. ca. viii.

^b ca. nono. postet. iii. quæst. ix. ^c ca. nullus episcopus ii. quæst. 7.

d ca. clericū
11. quest. 7.

ac iuris scientissimus, causas Sacerdotum hominum, Lai-
cis & prophanis, vlla de causa, committi, ^d id quod illi,
cum prioribus Pontificibus Romanis, commune fuit, qui
multa, hac in re, promulgarant edicta, ita, vt, quæ iste
Pontifex, sciuerit, edixerit, ea omnia sunt penè, cum su-
perioribus vniufmodi, ob idque, illorum prolixiori nar-
ratu, in præfenti superfedeo, dicam tantum vnum, quod
ipse addidit de suo prioribusque canonum sanctionibus,
iam promulgatis appofuit, in eam conscriptam sententiam,
vti scilicet Episcopis, vniuersale Episcoporum conci-
lium accire, inireque, ac peragere, liberum non esset, ci-
tra Apostolicæ sedis auctoritatem ^e neu permissum Episco-
pis esset, vllum episcoporum, qui pontificem Romanum
e ca. synodū
17. quest.

appellasset, condemnare, inconsulto eodem, ad quem reus
prouocasset, Romano Pontifice, ac nisi ipse Romanus
Pontifex, auctoritatem suam, decretum, ac sententiam,
f ca. synodū
neque

ea in re, nominatim interposuisset: ^f Is tandem Marcel-
lus dum gnauiter gerit, & perficit ea, quæ ad Christianif-
mum pertinent, iussu Maximini Cæsaris, qui crudelita-
te in nos, non inferior Diocletiano fuit, in teterrimum
carcerem coniectus, animam edidit: Marcello supremum
diem obeunte, ad principem sacratumque hunc magi-
stratum assumptus est Eusebius, qui etiam tempore Con-
stantini Cæsaris, egit rem Christianam, multaque fan-
xit, ac edixit, sed quæ sunt ferè omnia, eiusdem geni-
ris, & in eandem, quæ superiora, sententiam, conscri-
pta: nam quemadmodum lata est lex á Stephano, Pon-
tifice Romano, ^g qui longè ante istum, rem Christia-
num administrauit, qua sancitum, nullum Episcopum
g ca. nullū
2. quest. 1.

qui rebus suis, fortunifue spoliatus esset, atque sacer-
dotio deturbatus, antè accusandum esse, vllæ de cau-
sa impetendum, quàm, in gradum locumue suum fuisset
omnino repositus, atque in pristinum honorem re-
uolutus, possessionique omnium fructuum, qui ei, ex
sacra sua præfectura obueniebant, planè restitutus & ad

omnia quibus fuerat, ante accusationem inchoatam, de-
iectus, iterum admissus: ita pontifex, iste Eusebius, eadem
de re, eodemque argumento, rogationem promulgauit, ^h ac
sicuti maiores sui, multa de infectionibus, testiumque re-
iectionibus, à iudicibus in causis clericorum cognoscendis,
constituendisque, & iudicandis, in apertum protulerant, ita
is quoque, & quidem amplioribus & apertioribus verbis,
edixit, multa nominatim in ea re constituens, quibus scitum
est, in testium fidem, à iudice, in causis clericorum, diligentif-
sime inquirendum esse, nec antè decerni litem posse, quàm
de his fuerit sedulo cognitum, tum & ampliter ab eo edictū
declaratūque, quarunā testiū, exprobrationū, obiectionū, re-
futamentorumque, à iudice, ea in re, ratio sit habenda, qua-
tenus solenni formula adnotanda, ⁱ itemque priorum pon-
tificum vestigiis insistens, alia quædam constituit, quæ accu-
satorum personam respiciunt, nempe, quasnam ob causas,
sint illi ab accusandis clericis repellendi, vt maximè, tali ac-
cusatione, prophanos homines, excluderet, arceretque, ^k
Eodem romæ, vita functo, in augusta pontificum sede collo-
catus est Melchiades, vir bonus & Reipubl. quandiu præ-
fuit, admodum salutaris, sed solo triennio ecclesiam rexit,
ideoque nulla, breui illo tempore, sanciuit, conscripsitque,
que pro præcipuo instituto nostro possint adferri: pauca
quædam solùm constituit, publicam animorum salutem, re-
ligionemque respicientia, cuiusmodi sunt quannā in bap-
tismate, infundat in nos gratiam spiritus sanctus, quouè rur-
sus nos donet munere, dum lustrica assertione, solennique
ac publica confirmatione, nomen nostrum in Reipublicam
Christianam damus, quam quidem rem vt est dictum, ho-
die habemus, ^l pro coelesti illo diuini numimis descésu, qui
propalam olim fiebat, in Christianorum corpora, ^m Huius
item pontificis romani tempore, dicitur celebratum fuisse
concilium Neocæsariense, in quo apud Neocæsaræam ciui-
tatem, cuius meminerunt Ptolomæus, & Plinius, conue-
nerunt decem & septem Reipublicæ Christianæ conscripti.

h Ca. in scri-
pturis ii.
quæst. iii.

i Ca. couffi-
tuimus iii.
quest. v.

k Ca. de ac-
cusatoribus
ii. quest. v.
ca. illi. qui
v. quest. v.
ca. laicos. ii.
quest. vii.

l sicuti testa-
tur Dyoni-
sius in capite
de baptismo
Contareus
in tractatu
quem scrip-
sit ad sacra
ecclesiæ.
m Ca. spiri-
tus sanctus
de consecra-
tione. v.

a Ptolom. lib. v. ca. vi. titulo Capadocia. Plin. l. vi. ca. iii. o ca. prima annotatio. xvi. dist. p ca. presbi ter lxxviii. dist. q ca. de his quæ frequenter xxxi. quest. vii.

patres^a, qui quatuor & viginti canonum sacrorum scita, consultaque præscribere, cuius conuentus potissimum peragendi, memoratur auctor fuisse Vitalis episcopus Salonitanus: eorum autem quæ ibidem decreta fuere, placuit pauca quædam, in presens recensere; quia mihi, ad instituti nostri rationem plurimum facere videntur, & quia etiam obiter in illius concilij mentionem incidimus, Ea igitur sunt huiusmodi, ne scilicet antè trigessimum ætatis annum, homo vllus sacri sacerdotij infulis ornaretur. ^p Tum, nè presbiteris, in nuptiis digamorum, prædere, cibumvè vllum, in tali nuptiali epulo, capere, salua decori, honestique, ac officij ratione liceret, ^q his verò pontificibus mortuis, iacuit aliquantulum conticuitque nostra respublica, atque id quidem, vsque ad Siluestri & Constantini magni tempora, Porrò ex his quæ narrata sunt, videre licet, quibus ex rebus magnis iacta sunt romanæ ecclesiæ fundamenta, quæ ecclesia sub his, quos commemorauimus pontificibus summis numero tribus & triginta, cœpit maturè adolefcere, viresque paululum, dein ac robur asumere, ij enī omnes pro ea re, (tres aut quatuor ad summum excipio) nempe pro verbo domini augendo sanguinem proprium effuderunt, & sacra martyrij corona insigniti sunt, comminationes tyrannorum, verbera, cædes, iniurias, pro nihilo ducentes, omnia sibi post putantes esse præ cœlesti illa foelicitate, ad quam diuinitus aspirabant: rēque Christianam multis epistolis, ad homines Christianos, hinc atque hinc, toto terrarum orbe vitam agentes, conscriptis, illustrarunt, quæ quidem epistolæ, à Gratiano postea, in ordinem digestæ, vnoque contextæ operoso, & magno volumine, in hunc vsque diem, leguntur summo studio, ac Christianis hominibus, & ordini ecclesiastico, rebusque diuinis omnibus, adferunt magnam lucem, his enim, describitur tota religionis constitutio, in his continetur publici concilij autoritas, vniuersumque diuinarum ceremoniarum ius, per amplè atque dilucidè edocetur: itaque nemini mirum videri debet, si fides nostra, à Christo ipso, dei filio, primùm

exorta: ab apostolis dein, diuino inflammatis numine, vbi-que annuntiata: & ab istis viris, apostolorum successoribus, propagata (qui viri cum summa doctrina, coniunxerunt vitæ innocentiam, summamque integritatem, ac sanctimoniam addiderunt etiam constantissimum, pro ipsa veritate defendenda, mortis cruciatum quem cruciatum eandemque mortem cum opus fuit, per lubenter subierunt: tum & religionem, firmissimis honestissimisque legibus ac disciplinis cōstabilierunt) fuerit ipsa quidem tanto incremento, quanto eam nunc videmus, aucta: tantoque honore, amplitudine, gloria atque dignitate amplificata, nam facilè fuit, cum his, quæ narrauimus, adminiculis, ea iacere Reipublicæ sacræ fundamenta, quibus, ecclesia, (hoc est bonorum piorumque cōgregatio) stabilem sibi domum construeret, eamque postea ita coagmentaret, vti cum, illius gloria, totum orbem peruaferit, cunctique ferè homines etiam post prædictorū pontificum mortem, ad eam, tanquam ad communem omnium arcem, atque domicilium, relictis propriis stationibus (hoc est, impurissimo deorum cultu abiurato) sese tādē aliquādo receperint, illiusque leges ac instituta, non quidem vi, aut armorum impetu coacti, sed spontè, vel potius diuino instinctu, acceperint, ea inconcussa, firmaque, ac suo innixa robore permanferit, cum tamen cæteræ religiones, à malo autore ducentes initia, planè exoleuerint, fuerintque funditus euerse cumque vsu ferè, semper accidat, vt quæ summum cœpere incrementum, paulatim decrefcere occipiant, & tandem penitus interire, ea non modo, suo non ruit pondere, at aucta est, augeturque semper, sed re vera in rebus humanis non item in diuinis accidere solet ea decretio, diuinæ enim res sicut ab ipso deo, institutæ sunt, ab eo etiam in omne tempus conseruantur: quod si quando afflictæ iacent, emergunt tamen semper, dei ipsius beneficentia, nec vquam, ex toto concidunt, sicuti cerni potest in nostra religione, cui, vti dictum est, autor suus, qui deus est, optimus maximus, quum tales, quales nūc recensuimus du-

ces, ac egregios principes præfecisset, hique postea sublatis fuissent, iacuisseque aliquantulum ea ipsa afflictata, duo tandem misit lumina, quorum claritate, magna lux illi ipsi religioni sanctæ effulsit, itaque, si quid caliginis, in eam sese offuderat (vt in rebus quamlibet claris, ac lucentibus interdum euenit) id totum, vtriusque solis exortu, protinus est discussum, ij verò fuere, Syluester, & Constantinus, duo proculdubio longè clarissimi radij. Syluester quidem priore loco ponendus, & alter proximè illum, collocandus, ille pontificatui suscepto, illucescens, hic imperio Romano fortunatissimè regendo, affulgens, amboque omni splendore præfulgentes, coruscis fulgoribus, insignique iubare, orbem retexerunt, ille, circa annum procreationis mundi, quinquies millesimum, octingentesimum decimum sextum, salutis verò, trecentiesimum trigiesimum octauum, vt Platina testatur vel vt alij inquirunt, circiter annum, a partu virginis, trecentiesimum, decimum octauum, ad romanum pontificatum accitus, hic autem annis, antea paucis, corona, insignibusque imperij decoratus: Quorum duorum luminarium exortu, patefacta est, omnibus via, ad publicè, omni metu sublato, inuocandum nomen Christi Iesu, omnibusque obsequijs, & cultu, sanctissimum illud numen, à summo deo progeneratum, adorandum. Sub his duobus, cœpere item consequenter tum primùm, œcumenica concilia, indici & agi: quorum narratio, in hoc proximè sequenti libro, ponetur.

Secundi libri Præfatio

IN QVA INSUNT, AD SUBSEQUENTEM MATERIEM QUADAM VELUTI, PROLEGOMENA.



Resoluto proximo libro superiore, qui eò à nobis potissimum institutus fuit, vt esset tum operis totius fundamentum, quo posito, reliqua substruerentur: tum etiam rerum subsequutarum, quædam veluti prælusio, qua præcepta, ad consequentem materiam, pateret clarus aditus. Atque ideo pauca quidem oratione, breuique ferè sententia, illo exarato, proterea quod pauca suppeditabatur, pro instituto nostro, materies, sed talis sanè sine qua, cætera nequirent illustrari, & cuius cognitione, nulla alia dari, aut adferri posset, neque pulchrior, neque homine Christiano dignior: Quid enim suauius, quidque Christianum magis, quàm primitiuæ ecclesiæ, omni virtutis & eruditionis genere, præcellentis, instituta prælibare? Quid porrò foelicius, aut diuinum magis, quàm prænoscere, vt sese gesserint, in Republica gubernada, Petri, Apostolorumque primi illi successores, vt ecclesiam sanguine suo firmarint illustrissimi illi heroes, qui tot, tantaque pro religione, subiere, forti magnoque animo, rerum & capitis discrimina, in omni duræ mortis genere, vitam, vti omne in tempus viuerent, profundentes? hæc igitur, vti dicebam, priore libro exequutus, non quidem narrans omnia, quæ immensa sunt, nam id facere, mea neque fuit ratio, neque institutio: sed præcipua tantùm horum capita, quæ ad rem face-

rent, paucis perstringens. Consequens esse duco, vti librum modò alterum, qui secundus est, auspicemur, & Cæsarem Còstantinum, in medium adferamus, nam tum quidem cœpit, Christianà fides, latas radices agere, atque esse, cum imperio, & exindè cœpere quoque, œcumenica concilia celebrari, & pro religione, generales conuentus indici, quorum còciliorù narratio, est huiusce præsentis libri supposita materies, vnde item necesse puto, atque operè pretium, quo ex fòte emanarit illa habendorum conciliorum ratio, formaque, & modus, breui discutere, tum attexere definitionem ecclesiæ, pro qua ecelesia, indicuntur, peragunturque, ij conuentus. Ac, quæ sit, conciliorum potestas, hoc item in proœmio, paucis ostendere. Postremò Oecumenica concilia, suo quæque ordine, strictim circumscribere, atque ipsa, ab his distinguere, quæ œcumenica non fuere, tametsi pro religione, fideique causa, vtraque indicta sint, & instituta. Et hæc quidem omnia breuissimè hoc in proœmiò perstringètur, hisque tum peractis, quæ erunt, ceu quoddam huiusce libri breue argumentum ac prælusio ad proposita quæque speciatim enarranda, erit progrediendum.

Ergò fons primus, origoque conciliorum, ab Apostolorù ducitur institutione, quippè quos constat, Hierosolymæ còuentum peregrisse, vti legi potest, in actorum capite decimo quinto, vbi, fit mētio de disceptatione non exigua, orta Paulo, & Barnabæ, aduersus eos, qui Hierosolymæ commorantes, & eam Syriæ partem incolentes, (quæ propriè Iudæa dicitur) tenaciores erant legis Mosaicæ obseruatores, eò quod longius à commercio gentium abessent, Cum ijdem Paulus & Barnabas degerēt, interim in Anthiochæna ciuitate, vnà cum nonnullis discipulis aliis, quibus placebat, ea in vrbe commorari, quòd ibi esset numerosa congregatio credentium, ex variis hominù generibus conflata, quæ in dies reddebatur numerosior, fructusque inde erat copiosior. porrò Hierosolymitè illi, proponebant, gentes ad euangelij con-

fortium, recipi, sinè legis obseruatione, minimè debere: quàm legem, non intelligebant, ædita luce veritatis, esse suis in exterioribus ceremoniis, abrogandam, quòd illæ tantum ceremoniæ, ad vmbra, & figuras pertinerent: cuiusmodi erant, circuncisio, sabbatorum otia, vestium ex pharisæis discrimina, & id genus alia que Iudaica adhuc retinebat ^{super Actuum, x.} stitio, horum igitur doctrinæ, in speciem religiosæ, re ipsa, ^{cap.} perniciosissime, quum Paulus & Barnabas fortiter resisterent, orta est vehemens seditio, vti in eodem actorum habetur capite, quæ quidem seditio, tametsi summam rerum nò respiceret, tamen quia veram pietatem, falsa pietatis imagine, multis in rebus, oppugnabat ne hoc malum glisceret, còuocato discipulorum concilio, visum est, vti Paulus & Barnabas, alijque, ex hoc numero discipuli, proficiscerētur Hierosolymam, ad Petrum aliosque Apostolos, ac presbiteros: vt eorù autoritate, quæstio nata dissolueretur, Cū igitur peruentum esset Hierosolymam, proposita sunt questionis capita, quumque hinc atque hinc probatis testimoniis, & argumentis, incanduisset disceptatio, Petrus assurgens, eam habuit orationem, luculentam sanè, & reipublicæ admodù vtilem, quæ in actis apostolorum habetur, quam orationē, subsequuta est, Pauli & Barnabæ testificatio, qua volebant, gētem in euangelii lucem, sinè legis onere recipi: post quos, Iacobus, cognomento iustus, & frater domini dictus, verba fecit, quæ prædictam sententiam, Pauli & Barnabæ approbarent, tuncque huic sententiæ, omnes ad vnum assensere, placuitque apostolis ac senioribus, simul, & toti congregationi, vti Paulus & Barnabas, duoque alij, spectatè probitatis homines, deligerentur, qui hoc decretum sanctissimum, & in Anthiochiam, & in Syriam vsque, ac Ciliciam, ad omnes passim ad Christum conuersos, Iudæos, profelytos, & gentiles, deferrent, vnàque cum eo, epistolam, quæ acta Concilij testaretur, ibique tum primùm peractus est, ob illa quædam fidei

controuersa capita, procerum religionis nostræ, iustus, sum-
musque conuentus, eo quo dictum est modo, quem modū,
& formam, religiosissimumque institutum, prima etiam te-
nuit posteritas, sed quia impotens illa fuit, & sine imperio,
vt pote, aduersus quam, contenderet omnis humana vis, &
principum authoritas, non illi post integrum fuit, comitia
iusta & generalia, pro religione, habere, tātū, dum aliquid
tale, quale supra est enarratum incideret in controuersiam,
figillatim coibant, sua quisque in prouincia, vt liquet ex
concilio, habito sub pontifice Cornelio, anno ducentesimo
sexagesimo, super hæreticis, iterum sacro baptismi lauacro
abluendis, aut non abluendis tū & ex concilio Neocæsari-
ensi, habito, à Germano, Leontio, Basilio, Longino, & fini-
timis episcopis, anno domini, 314. ea utique concilia, fiebant
admodum demissè, & clanculum, ob metum tyrannorum,
ibique dubia capita disceptabant patres, atque de his suam
in vulgus, rogationem claram & necessariam promulgabāt:
huius itaque generis, sunt omnia, quæ pauca, strictimque an-
tecedente in tractatione, relata sunt concilia. Durauitque is-
mos, prouincialium pro ecclesia conuentuum, ad impera-
torem vsque Constantinum, cognomento magnum, qui
primus, rebus dubiis securitatem præstitit, atque effecit vt
pro fide, publica, solemnique, & generalia, indicere liceret
citra vllam trepidationem, comitia, quæ quidem, quia pro
ecclesia, omnia fiunt, Sequitur perstringendus, paucisque e-
nucleandus secundus locus, quo loco, est quæ sita ecclesiæ,
pro cuius causa, ista indicuntur, explicatio, in quo expediē-
do, sat erit mihi Pauli adferre sententiam, Aientis, ecclesiam
(cœtum catholicum piorū fideliumq; hominū) nihil esse a-
liud, quàm vim inexpugnabilē, firmamque & perpetuā col-
lūnā æternæ veritatis, nimirū, quæ cū Christo, vnū corpus ef-
ficiat: cuius corporis caput sit ipse Christus, fideles autē mē-
bra, colligata, mutua copula, quæ quū qd vniter, vniuersq;
decernūt, agūt, statuūt, Christū necesse est, autorem, principēq;
habeāt tanquam summum & præcipuū ipsorū caput: à quo

vita, visque omnis, in ipsa membra, quum in capitis causam
omnem, rationemque consentiunt, diffunditur, & emanat:
ex quo sequitur, quum quid, vnà, eo modo, ipsa membra
deliberant, eam haud dubiè deliberationem, a Christo de-
riuari: quo cognito, perfecta fit paucis tertij item loci ex-
planatio, quo, hîc proponebatur, quænam esset conciliorum
potestas, nempè, eam esse, quam Christus suis membris
inesse voluit, quum scilicet, tota cogitatione, totoque ani-
mo ad ipsum respicerent, & spiritu sancto ductore, refer-
rent ad id vnum caput, sua omnia, tum acta tum consilia,
vt quæ tum sciscerent, edicerent, decernerent, pontifice, vi-
cario Christi, successoreque Petri, summo, (vti par est) refe-
rente, omnibus piis rata sint atque inuiolabilia, ex eoque
fonte, & ratione sic instituta, dimanarunt primū quatuor
illæ synodi œcumenicæ, atque principes, quarum summa
est, primaque in ecclesia autoritas, nempè Nicæna, Constan-
tinopolitana, Ephesina, Chalcedonenfis, ex quibus, maxi-
mè à Nicæna, vnà cum traditionibus apostolorū, relictum
est nobis fidei symbolum, quod omnes profiteantur, om-
nesque sic hæresum prisicarum, discussi sint errores.

Cæterū, hîc queri solet, liceat nē concilio, vllum nouum
scitum condere, nouumque aliquod opus mandare, tum &
nouis ceremoniis mentes hominum alligare, tum & ciuili
gubernationi sese immiscere, An porro solum noua dog-
mata, scripturæ sacræ dissentanea, nouasque ceremonias,
vel superstitionas, vel inutiles ecclesiæ tollere, & condem-
nare, & quæ veniunt in controuersiam, ex præscripto verbi
diuini cognoscere, ac diiudicare, Tum & disputari solet,
sub sitnē pōtifex collegio magno, an verò supra collegium
sit, quæ quidem omnia, quia huiusce mei non sunt instituti,
neque huiusce præsentis rationis, theologis, maioribusque
meis, disputanda atque differenda relinquo, communem,
ea in re, sicuti in omnibus aliis, ecclesiæ consensum sequu-
tus, a quo consensu nē minimum quidem, volo vnquam
discedere, Et ad propositum rediens, vltimumque caput

præfationis meæ, catalogum OEcumenicorum conciliorum, hinc summam ad suo, qui talis est: Primum, synodus Nicæna in medium prodiit: omnium longè celeberrima, qua, addita est, rebus dubiis, & obscuris, lux maxima: dehinc successit Bizantina, Damasii Pontificis, & Theodosij senioris Imperatoris temporibus celebrata, in qua adfuere centum & quinquaginta Episcopi anno 383.^b celebrata quidem diuersarum hæresum causa maximè Macedonianarum, quæ spiritum sanctum Deum esse negabant, qua item in synodo, patriarchæ sunt instituti: tertium postea locum Ephesus obtinet, ubi indicta sunt, & peracta comitia, auspiciis Cælestini, Romani Pontificis, & Theodosij iunioris Imperatoris, anno domini 430. quæ comitia, concilium Ephesinum peperere, quo, inter alia quæ ibi sunt decreta, damnatur hæresis Nestoriana.^c Hos conuentus, quarto ordine excepit Calcedon, vrbs Asiæ, qua in vrbe, constituta sunt ea, quæ postea sigillatim enarrabuntur. nam præcipuè acta illius concilij suo loco discutiétur: hi sunt nimirum quatuor magnorum conciliorum cardines, de quibus meminit Iustinianus Cæsar, in primo Codicis libro,^d quibus certè, vera cõstantique innitur Ecclesiæ fides, & religio, ex quorum tamen quatuor conciliorum scitis, pauca admodum, præter primum & postremum concilium, ad institutionem huiusce nostræ commentationis, quæ potissimum loquitur, de ornatu, functioneque Ecclesiæ, & Pontificiorum, faciunt: & ea quidem, quæ faciunt, fusius explicans, reliqua quæ sunt extra rem, sum prætermittitur: ad propositum ergo, post hæc quatuor summa præclaræque concilia, recensentur synodi plures aliæ, & quidem omnes œcumenicæ, habitæque, generalibus in comitiis totius Christiani populi, utpote, synodus, quæ iterum acta item fuit Bizantij, dum Vigilus Romanus gerit Pontificatum, & Iustinianus Cæsar imperat, ad quingentesimum quinquagesimum annum domini, post verò celebratam Chalcedonensem, anno ferè nonagesimo tertio: cui Bizantinæ synodo, adfuere centum & quinquaginta in Ecclesia con-

^b histo. tripartita lib. ix. cap. xii.


^c histo. tripartita lib. xii. cap. viii. isio. tamen primo to. conciliorum reicit hoc concilium in 468. annu d l. quecunque, c. de heret.

scripti patres. Sexto dein loco progreditur alia, quæ habetur etiam in ciuitate Constantinopolitana, tempore Constantini Imperatoris (qui dictus est Pogonatus) & Agatonis pontificem summum agentis, anno ab instaurata salute, septuagesimo quarto, supra sexcentimum, quam synodum peregere centum & septuaginta patres, Alij 289, Episcopos interfuisse affirmant anno 681. Septimum postea locum occupat Nicæa vrbs Bythinia, quæ primum item in OEcumenico concilio obtinuerat, ibique iterum conuenere sub Adriano Pontifice, tercentum & sexaginta patres, Anno domini septingentesimo nonagesimo tertio, & publica iterum, vniuersi Christiani populi habere comitia, cum Constantinus & Iræne mater, Romano præssent imperio. Octaua consequenter narratur, habita Constanti-nopoli dum Adrianus secundus, est Romanus pontifex, & Basilius Imperator, intercesserique inter hanc, & septimam prænarratam, septuaginta quinque anni, & agebatur, cum habita fuit, annus domini octingentesimus, sexagesimus octauus: hæc quidè omnes, OEcumenicæ fuere synodi, ea de causa sic appellata, quod Græci, pariter ac Latini patres, pro bono totius Christianismi eas celebrarint. Extiterunt & complures aliæ, sua quæque, habitæ in prouincia, pro religione item, Christianæque fidei ornamento, actæ: quæ tamen, hoc œcumenicum nomē minimè cõsequuntur, quia generales nõ fuere, equidè ab vtrisque decerpsi, quæ ad opus institutum pertinere videbantur: nam vtrouque, multa sunt cõfecta, actaque multa, ex quibus, magna ex parte, constat Pontificij iuris sanctio, tum & totius ordinis Ecclesiastici, reique sacerdotalis, constitutio: horum ergo omnium conciliorum præcipuos centones, in capita redegi, adsuique hoc in meo volumine, & sigillatim quæque discussi, pro ratione instituti mei, sicuti patebit: ad quæ omnia, iam tempus est, uti Deo, opus adiuuante, progrediamur.

De episcopali functione, RUBRICA PRIMA.

Ex Oecumenico concilio Niceno

no Caput primum.



Gitur apud Nicæam ciuitatem Bithiniæ, cuius meminerunt Plinius & Ptolomeus, ille quidem libro quinto capite 32. Hic verò libro item, quinto capite primo anno à Christi seruatoris natali, trecentesimo trigesimo septimo, (alij tricentesimo vigesimo octauo id factum maluit)^a rerum quidem potente Constantino, & Romæ, in folio Petri sedente Siluestro, remque Ecclesiasticam procurante: Consulibus Paulino & Iuliano, decimo tertio calendas quintileis, in vnum conuenere, triceni, decem & octo Episcopi: Vt in commune consulerent, sancirèntque & decernerent: quæ ad Rempublicam Christianam spectare viderètur, in eoque conuentu, & concilio, multa sanxere, decreuerèque, ad Episcoporum statum functionemque & magistratum, potissimum pertinentia: quæ (quoniam nobis consilium fuit, instituti que ratio, statum Ecclesiasticarum, præfecturarum amplissimè ediffere, omniàque in medio proponere, quæ hanc in rem, conciliis, & assensione vniuersæ Ecclesiæ, decreta fuere) hinc inferimus.

^a Histo. tripar. lib. i. ca. viii. Ruf. lib. i. cap. i.

feremus. Sed tamen, vt id non omittatur, Contarenus, vir absolutè doctus, & pius, in ea est opinione, vt synodus ista, sub Syluestro quidem Romano Pontifice, indicta sit & cõuocata, eadem porrò dimissa, atque ad eò suis cum decretis peracta, sub tempora Iulij, Romani etiam Pontificis: † Narrat etiam Isidorus Victorem & Innocentium, sacerdotes Romanos adlegatos fuisse in hoc concilium, à Siluestro Romano Pontifice, vt pontificis nomine, ibi interessent, idque factum ait, Anno Christi trecentesimo vigesimo quarto, anno verò Imperij, Constantini Imperatoris, vigesimo: cui item adfensit sententiæ, Cardinalis Contarenus, igitur hocce obiter interiecto, vt ad rem redeatur, de Episcoporum imprimis ordinatione, in hanc illic statutum est sententiam,

Huius rei veritas discutitur in enarratione concilii Romani

Episcopi, ab omnibus, qui sunt in prouincia Episcopis ordinantur.^b

^b cano. 4. cõciliu niceni.

Sed id fieri difficile sit, vel propter magna locorum interualla, vel ob necessitatem, quæ vrgeat, ordinationemque, & inaugurationem consecrationemue acceleret: à tribus saltem in id ipsum accitis Episcopis, & sua suffragatione, rem approbantibus ordinantur, consecrantur,

Absentium quoque Episcoporum, ratio, in hac re habeatur, & accuretur: vt qui, ob dictas locorum vel necessitatis causas interesse nequierunt: pari quoque sententia, ac ij, qui præsentibus fuere, rem decernat, summumque calculum, ex scripto adiiciant,^c

^c ca. episcopu 64. dist.

Eorù, quæ in ea geruntur prouincia, cõfirmadi, approbadique, metropolitano Antistiti ius esto, eorùque firmitas, ipsi attribuitur,^d Ista quidè sanctionis capita, fuerant, bona ex parte, multò antè constituta, ita vt ne obsolescerent, Nicæno in concilio, renouata solùm atque relata dici possunt, Nam Anacleus, qui ex scriptura Eusebij, ^e secundus, secundo loco rexit Romanam Ecclesiam, & proximus quidem à Lino fuit, præcessitque; Clemētis tēpora, eadem ferè propemodum sanxerat: sed tamen in horum duorù Pontificatu, (vt id etiam obiter

^d ca. episcopu pi 64, dist.

^e Euseb. lib. 5, cap. 6

dicatur) variant nonnihil historici: Platina enim Clementem censet, ante Anacleum, Pontificatum gessisse, quartoque loco atq; ordine, à Petro, Christianis rebus præfuisse, post eum verò, Anacleum ipsum ad eam illico dignitatem, præfecturamque assumptum fuisse: atque ita quinto loco Rempublicam sacram tractasse, ^f cum tamen ex Eusebio, vt relatum fuit, diuersum quiddam appareat: nempe Anacleum intercessisse, Clementem verò subsequutum, vt vt res habeat, satis liquet istum quidem Anacleum multa super Episcoporum ordinatione, atque inauguratione, vel consecratione sanxisse: in eandem, ac superiora ferè sententiam omnia, quæ, multis post temporibus, fuere Nicæno conuentu, vel repetita, vel etiam decreta: ^s ita vt, vel ex hoc maximè constet, eodem vno spiritu, hoc est, diuino & sancto numine administrata fuisse omnia: quique Anacleum, instigarat, duxeratque, ad ea, quæ in eam rem instituit, instituenda, atque sancienda, eundem ipsum diuinum flatum, Nicæni cœtus, mentem direxisse: sed ad alia transcendendum, quæ eodem præsentente numine & spiritu sancto, in id item, fuere illic subiuncta: quæ sic habent,

f Platina in Anacleto

g ca. ordinatio nesca, cõprouinciales 64, dist.

h ca. non de cet lxxv, dist.

i ca. interdixit xxxii, di,

k ca. habetur xviii, dist

Episcoporum, qui degunt in prouincia, conuentus, accititque, pro Episcopo ordinando, curæ Archiepiscopi esto, ^h Episcopis, muliebri consortio, interdictum esto, Nullamque ipsis secum habere, permittitor, Mater tamen, soror, amita, hinc excipiuntor, Extraneas enim tantum intellexit synodus, non item eas personas, inter quas, ne suspicio quidem criminis, aut cuiusquam inhonestæ cupiditatis admittendæ, cadere potest. ⁱ

Ista repetita fuerunt postea,

Concilio Aurelianensi, tertio canone 4.

Tum & quæ sequuntur, ad hanc quidem rem, quam tractamus, spectantia: eadem ipsa congregatio, sic edixit: In vnaquaque prouincia, singulis annis, Episcoporum conuentus, conciliūque, bis euocator, ^k Accitor, congregator,

In eo conuentu, de communi sententia, quæ ad regendam communem prouinciam pertinēt: eamq; diuinis rebus imbuendā: quæque ad functiones eorūdem Episcoporum spectāt, Proponuntor, Examinantor, Discutiuntor, Tum & conciliū ipsum, quod priori loco atque ordine habendum est, ante vernum ieiunium, hoc est, ante religiosissimos quadragesimæ dies, cogitor, Ibiq; simultates omnes, si quæ intercesserint, deponuntor, Id autem potissimum à synodo factum est, vti eo facto, solēne, sacrumque munus dominici corporis, simplici, puroque animo, non fucato, nec aliqua, in quenquam, maliuolentia suffuso, sanctissimo illo tēpore, Deo ipsi offeratur: manduceturque, & tradatur populo Alterum & posterius, eiusdem anni cõcilium, circiter Autumnales dies celebrator, ^l dic. cano. habetur xviii

Tēpora illius concilij videntur immutata, per concilium Antiochenū, canone illius concilij vigesimo, & ca. ecclesiasticas 18. dist, & p cõcordia & cõciliatiõe illorum cõciliorum, vide glo, in cap. habeatur 18. dist.

Sunt & nonnulla alia, rogationis Nicenæ capita, hac sententia, lata, sancitaque.

Episcopo, nullū quēquā, qui alterius episcopi iurisdictioni subditus sit, in ecclesia sua ordinare, citra cõsensum Antistitis, à quo, ille clericus descuerit, permillum esto,

Si fecus fiat, quod factum erit, infectum esto, ^m

Hac item in cecumenici cõcilij Niceni, rogatione, dānatū fuit peruersissimū atq; insidiosissimū dogma Arrianorum, ab Arrio presbytero Alexandrino malo homine, primū in lucem, (auctore suaforēque malo dæmone,) prolātū, cuius dogmatis vis tanta fuit, vt omne penè orbem inuaserit, infecerit, corruerit: Huc inclinarunt, Imperatores, pōtiffices, doctores, summi viri, huic adhēsit gens Gothorum potentissima, eaque labe omnem foedauit Hispaniam, cum eam terrā, prius armis occupasset, atque subegisset, nam

m ca. si quis aufuls, 71. dist.

quos domuerat, populos, eos cogebat, religionis suæ instituta accipere.

Hoc autem Arrianæ labis vitiū duxerāt hi Gothi, ab Imperatore Constantinopolitano, qui, eis primus, & solū ad habitandum, & leges, ad excolendam religionem, dederat.

Erat autem Imperator is, hac secta infectus, quæ secta, vi, & armis, suæ exerebat professionis capita, tanta quidem cum potentia, vt nullas non terras penè subierit.

Sola Belgica Gallia, hoc est, pia gens Fræcorum, ab hac lue immunis fuit, nam Aquitaniam quoque, & omnē trans Ligerm regionem, lues quidem illa peruasit.

Itaque, oppressa quandoq;, euersaque, vti nunc, hoc in concilio, postea repetita sæpe, veluti ab Eunomio, ⁿ homine, leproso quidem corpore, sed animo, inquinatiore, atque foediore, demùm iterùm omissa rursus, veluti Excetra quædã altera, caput suū monstrosum educens, tandem summo Dei beneficio, est funditus profligata, vti videmus hodie: nam ita omni sua cum gente, nunc intercidit, vt vix nomen ipsum audiamus.

Caput autem Nicæni concilij, in quo, hæc primùm fuit labefactata, obtritaque labes sic habuit.

Arrius, peruersus homo, sua cum secta, & fautoribus damnatus, excommunicatus, proscriptus, omni Christiano confortio, omni sacrorum vsu, interdictus esto.

Peruersum illius mali hominis dogma, aboletor, radicitus euellitor, funditus profligator,

Iesus Christus, filius Dei summi, creditor, vnàque cum patre, colitor, adorator.

Duè, in filio Dei, naturæ, nēpe diuina & humana, nō quidē naturarū cōfusione, sed ad deitatē diuinitatēq; humanitatis adiūctione, assumptionēque, cēsētor, agnoscuntor, creduntor, prædicantor. In trino numine, filius eiusdem esse cum patre substantiæ, iudicator, cognoscitor, adseritor, Nulla substantiarum, at personarum solūm, separatio, discretiue, in trinitate habetor, intelligitor,

n de eo vide
augustinum
in cathalo,
hæret.

Ita August,

Qui contra senserit, anathema esto, ab ecclesia eijcitor, abominationi, excommunicationi, impietati, subijcitor.

Cōstitutum est, & hoc in concilio Nicæno, publicatumque Symbolum illud magnum, quod post in eundē omnino sensum verbaque alterum simile, ab apostolis prolatum, dictū est, symbolum apostolorum, in quo consistit, omne Christianæ doctrinæ fundamentum, christianæque legis basis, & columna, vnde meritò symbolum apostolicum, symbolūque Christianum appellatur, cui qui fidem non habuerit, salutem non consequetur, at aeterno dabitur exitio.

Editi quoque sūt, hac in Nicæna synodo, canones alij multi, quorum capita, sententiamque, paulò post in progressione præsentis commentationis, vt suus tulerit ordo breuiter perstringemus.

Verumenimverò quandoquidem, neque ex his, quæ de actis Nicænæ rogationis, hîc sūt perstricta, delibataque, neq; alibi vsquam ferè, appositè, sigillatimque explanatum est aut lucidè enarratum, de Syluestro, & Cōstantino, quid horum scilicet quisque, de suo attulerit, quid speciatim, vterque iusserit, edixerit, perscripserit, quod faceret, ad constituenda religionis, fideique scita, tum ad constabiliendum statum, exornandumque decus ordinis sacerdotalis, & clericorum, denique ad perscribendas leges, atque auctoritates, quibus legibus, & auctoritatibus, totus christianismus, suis in sanctis ceremoniis, suoque in religioso decore, niteretur: bene quidem est dictum, ambos, communi studio, cōmunique sententia, multùm hanc in rem contulisse, sed sua cuiusque præscripta, collataque, quia nō sunt adhuc diffinitè satis, satisque clarè, explicata. Id autem scire, explicatumque habere, tum plurimùm interesse, ad explanationem quidem totius materiæ: tum rem esse, per se, scitu dignissimam, quoniam existimamus, hîc duximus speciatim, ac per certa, & diffinita capita attexendum, quorum capitum, talis est sensus, talisque sententia.

COMMENT, PONTIF.

Collatum, præscriptumque peculiariter à Constantino.

*Dominicus dies, sua in omni Hebdomade, omne in tēpus, colitor, obseruator, Sanctus, festus, in perpetuum censētor, iudicator, in fastorum & calendarij religiosos dies, omni cū cultu, omnique cum decora & sancta obseruatione, referitor, rescribitor, Eo die forum sileto, operarius cōquiescito. ^a Ager, campus, villa, rus, feriator, cessato, nihil laboris recipito, nihil operarum admittito, neu subito.

^a q. l. omnes iudices c. de feriis.

Eo die, homo quisque, orationi vacato, animorum cultui, deditus totus esto, nihil temporarium, nihil humanum, nihil forēse nihil mundanum cogitato, neu agito, neu exerce to denique in festa die, cum pia prece, piaque religione, consistito, degito, tempus ducito.

Itemque peculiare præscriptum eiusdem imperatoris, quo, sua, cuique fano, ac cuique sacra ædi, cōtulit, addixitque stipendia, sic habet.

*Vnicuique ecclesie, suum, pro modio suo, proque rata parte sua, stipendium, assignator, adscribitor, apponitor, nihil illi demitor, nihil illi, hinc detrahitor, quodque templum, suo in vectigali, suoque in reddito annuo, consistito, con quiescito, opulentiē degito, abundanter habeto.

Administri verò, quique suam, ecclesiis, ex professo, impendunt operam, ab omni publico munere vacanto, ad nulla politica munia adiguntor, denique, nulli oneri, nullique an garia, nullique civili operi, obnoxij suntor, ^b

Hæc sunt, duo Constantini peculiaria sanctionum capita.

Quod verò attinet ad posterius, illud quidem humanum, æquumque non modo diuinum fuit, Etenim, nulla vnquã fuit externa religio, nullaque humana politia, regnumque aut imperium, vbi tale quicquam, non fuerit in suorum gratiam sacerdotum, sacrifque addictorum hominum, scitum, & præscriptum: vti legitur de romanis, græcis, persis, ægyptiis, & aliis, id genus, populis, qui cum imperio, vixere, re-

^b Eusebius lib. x. ca. vii. to. i. concil. in edicto. constantini.

LIBER SECVNDVS.

rumque, hoc in orbe, sunt potiti: quare si in falsa gentium religione id iuris tum honorisque præcipui habebant sacerdotes, quantò decentius hoc fieri in hac nostra vera.

Porrò, Siluester, peculiariter ista edixit, atque, in con uentu, quem speciãtim romę habuit, in quo inter fuere, 268. pontifices, iussit promulganda, quorum talis est sensus.

*Inferioris dignitatis homo, superiorem in honore sacro, graduque, aut potestate, ne accusato, neu vadator, neu dicã, obnoxiam, impingito.

Sacrum missę, nullo in loco, qui non sit sacratus, dicatus, benedictus, peragitor, neu concinitor, neu celebrator. ^c Charisteria, locum religiosum, diuinum, lustratum, sibi de poscunto, alibi non recipiuntor non admittuntor.

^c Sabel. & ifiodoro i cõ cil.

Dierum quoque nomēclaturę commutatio, à gētili, ad hãc Christianam, qua nunc vtimur, appellationem, relata, isti Siluestro, pontifici, peculiariter adscribitur, Qui Siluester, ea de re, sic egit, sciui, rogauit. Dies Solis, à gentibus, sic cultus, dicatus, nuncupatus, dies dominicus, christianis dicitor, ab eis, domino dicator, addicitor, & ab eodem domino, qui no ster est feruator, nosterque rex, & dominus, suam, is dies, nū cupationem desumito, Porrò, sequentes hebdomadæ dies, scilicet, lunæ, marti, mercurio, ioui, veneri adscripti, Nunc scelicibus auspiciis, in primæ, secundę, tertię, quartę, quintæ ferię, sanctam appellationem transferuntor, & quod idolis addicebatur, piis & religiosis, feriis, in cultum, diuorum, sanctorumque hominum, ^d posthac addicitor: vtquẽ sua cuiusque incidit obseruatio, per horarias preces, cuique feriæ, à sacra corona sacerdotum, & clericorum cœtu apponitor, adscribitor. Saturni vero dies, in sabbatum commutator, transcribitor, quo in sabbato, post omnem, rerum singularum, concinnatam, factamque vniuersitatis

^d Polido, lib. vi. cap. v.

structuram, requieuit opifex magnus deus, diemque illum, quietis diem, appellauit.

*Itemque peculiariter, & seorsum, sic sciuit Syluester.

*Clerus omnis sacratuſ, ciuili iudicio, prophano tribunali curiæ laicorum ſeculari, eximitur, illuc non ſiſtito, neu vocator, neu protrahitor.


d Ca, testi-
monium ii.
queſt. i
e Plati, rabi

Adhec, confirmationem puerorum, quæ altera eſt luſtrica & ſancta purificatio, huic, multi aſſignant pontifici, ° ſed id non citra controuerſiam, nam hiſtorici plerique alij, hæc dant clementi primo, illique, omne hoc ſacrum ſignum, ſacramentumque referunt acceptum, ſicuti ſupra dum Clemētis acta recenſuimus, id quoque ipſum annotauimus: Quifquis tamē hanc protulit, eam accepit, à domino, vti eſt enarratum.

Hic item pontifex, feſtiuitatem illam, diemque ſacrum, qui ad vincula ſancti Petri, ob memoriam illius diei, quo pro ſacra doctrina, ductus eſt Petrus in carcerem, appellatur, inſtituit, retulitque in obſeruationem faſtorum, & dierum religioſorum. Tum & hominem tranſmarinum, niſi cum teſtificatione, ſcripturaque, à quinque epiſcopis obſignata, & annotata, prius, clero, tonſuræque & addictum, & deſignatū, a cleri gradibus, ordineque adipiſcendo, penitus ſubmouit, repulit, & abdixit, f ne is videlicet, ordo, gradusque clericoſorum, cuique indifcriminatim, ſineque magno iudicio, aut indigno traditus homini, pollueretur, abiretque in faſtidium, vel contemptum publicum.

f Ca. nullus
xcviii. diſt.
polido. lib.
i. cap. viii.

Hæc ſunt igitur paucis perſtrieta, quæ Conſtantino, & Sylueſtro, vnicique ſeorsum, peculiariterque, adſcribuntur, tum in Concilio Nicæno, tum alibi, rogationum ſancita capita.



Ste noſter Sylueſter papa, cōcilium hoc romanum, indi- xit, & peregit, præſente qui- dem, ſuamque, eam in re, au- ctoritatem, atque maiestatem interponente, Conſtantino magno, Chriſtiano, impera- tore, peregit autem illud ro- mæ, in balnæis Domitianis, vbi frequentes adfuerunt, anti- ſtites, præſules, pontifices, nu-

meranturque iſtius ſacra- ti generis homines, qui huic roma- no adfuerunt concilio, ad ducentos vſque, & ſeptuaginta quin- que, vti habet vera, & approbata hiſtoricorum narratio, qua ex narratione, quatenus hunc attingit locum, recepta quidem ac ſideli, eorum, refellitur ſcriptura, & opinio, qui vti diximus, in ſuprapoſita concilij nicæni enarratione, pro- diderunt, fuereque ea in ſententia, Synodum Nicænam cœ- ptam quidem ſub Sylueſtro pontifice, & finitam & abſolu- tam fuiſſe, ad tempora Iulij primi, huiuſce nominis pontifi- cis, cum iam Sylueſter nature (vt aiunt) conceſſiſſet, ſuoque planè perfunctus eſſet, tum magiſterio, tum vitæ tempore, quod, quàm à veritate abhorreat, conſpici poteſt, certoque ſciri, hac ex ſynodo romana, ex qua, liquet tantum abeſſe, vt Sylueſter, concilio Nicæno, vna cum pio imperatore Cō- ſtantino, non potuerit, à morte occupatus, extremam manū imponere. vt etiam, poſt habita, omnique ex parte abſoluta nicæna comitia, alia quoque, vti conſtat, aliquo poſt tempo- re, romæ conuocari, atque peregerit: nempe iſthæc ipſa, de- quibus nunc agimus, quibuſque etiam interfuit ipſe Con- ſtantinus, & quæquidem comitia omnes, niceni concilij

proximè antecedentis, rogationes, leges, sanctiones, suo confirmarunt, isti ambo viri, comprobaruntque, tum decreto, tum per scripta de communi omnium, qui adfuere, calculo, in hanc Nicæni concilij approbationem, auctoritate: unde, quis non videt, multo antè tempore, finitum fuisse, nicænū, cuius, acta omnia, hic romanus conuentus firmarit, tum & Syluestrum, qui hunc romanum peregerit, quis non cernit, post nicænū, superstitem adhuc extitisse: quin & maior est istorum hominum hallucinatio dum finem Nicæni, in tempora rescribunt, prædicti Iulij primi, inter cuius & Siluestri pontificatum, patet etiamnum, interiectum fuisse Marcum, qui & romæ, inter isthæc tempora vixit pôtifex, & rem gefit, integrum biennium: à quo marco, Athanasius, Nicænæ etiam rogationis, canones petiit & obtinuit. Ergo, ante Iulium, fuerat, tum consummata, nicæna rogatio, tum in canones, decretorumque formam, iam planè relata: quid quod, Arelatense concilium, quod longe pòst, est subsequutum, quemnam, porrò, decretorum suorum, actorumque, & consultorum, approbatorem, suffragatorem accessorem habet? nonne Syluestrum? Igitur Syluester, nicæno, tum initium, tum finem dedit, vel dare potuit, quia de Nicæno vt de concilio, iam longè antè acto in Arelatensi, sub tēpora Syluestri celebrato, fit mentio, quò magis mirum, Contarenū, virū tantum, ad hæc statim non aduertisse, qui homo, omni in re oculisimus, in nicæno tamen percensendo concilio, initiū quidem nicæni, Syluestro, finem verò & actorum percriptionem, Iulio videtur adscribere, licet idem ipse, in enarranda postea synodo Arelatēsi, censeatur errorem, hac in re, planè agnouisse, se fuisseque tacitè confessum, sed àtè captus facto, neque mendum hoc, calamo correxit, neque item librū suum, edere, atque recognitum, & expolitum, in lucem proferre potuit, quod certè fecisset, nihilque reliquisset inemédatum, si ei, id facere licuisset per præmaturam mortem. Sed de hoc, iam satis, Ergo, ad romanum præsens concilium rediens, aio, vti proferunt scriptores, hoc in concilio, inter

cætera, sublatam, accisamque fuisse, longam illam altercationem Asianorum, & Europeorum pontificum, quæ scilicet, inter eos intercesserat, super celebratione paschaliū feriarum, nempè, quo die, quoque tempore illæ essent indicendæ habendæ, peragendæ, de qua quidem altercatione, & controuerfa dubiaque admodum disceptatione, quæ tot præclara hominum torfit ingenia, quia in actis victoris, iam satis multa verba fecimus, hic parco plura dicere, tantum repetam, adiiciamque, hac synodo perfectum, vt Victoris pôtificis teneretur in omne tempus opinio, quæ habebat, dominico solum die, pascha nostrum, esse nobis, omne in tempus, celebrandum,

Præterea hoc in conuentu, vti est paulò ante positum, cum assedissent duceni & septuaginta quinque sacriati patres, multa proposita fuere, multa tractata, disputata, excussa, sancta, quæ in vniuersum, ad Christianam religionē, christianæque rei cultum & ornamentum, planè spectant, verum, quoniam, nunc locus incidit ordoque materiei coniunctæ, & continuatæ, postulat, vti de episcoporum functione loquamur, quia id etiam habet, thema nostrum, hoc in capite, disceptandum. necesse vtique est, vti priusquam, aliò quopiam aberremus, ea planè thesis, hoc capite circumscripita, à nobis excutiat, suisque omnibus absoluat numeris: igitur, hac de re, sic est, primò, hanc in sententiam, scitum, & constitutum,

Presbyteri, ad accusandum episcopos, vel contra eos, in iudicio, testimonium dicendum, non admittuntor, ^a Præsul nisi duorum & septuaginta hominum religioso testimonio, criminis conuincatur, nunquam damnator. ^b

Et hæc attinent ad iudicia. Quæ sequuntur, officium potissimum respiciunt, sunt autem, hoc scripta sensu. Episcopo, in diocēsi sua homines transmarinos recipere fas non esto. ^c

a clericus ii. quest. vii.

b ca. præsul ii. quest. v. g ca. nullus xcviij distinc

Qui tamen, & si transmarinus homo ab episcopis quinque
litteras ferat commendatitias, eorum ob signatas annulo, re-
cipitor. ^d

^d Dic. ca.
nullus 98.
dist.

Presbyteris verò, sic dictum est,

^e Ca. nullus
presbyter de
consec. dist.

Presbyteri, non alibi vsquam, nisi in dicatis consecratisque
ab episcopo locis, missas celebratote, ^e nec temerè, vt quisq;
locus tulerit, nisi idem sit benedictus, sacratu, rem diuinam
facitote, Et hæc, ad officium, quædam nunc ponenda, quæ
spectant ad ordinationem, sunt autem istiusmodi,
Nemo sacratu homo prima via, ac de repente, ad episco-
patum assumitor, gradatim illò peruenito,

Præproperè id non affectato:

Præposterè non assequitor:

Classibus antè, inferioribus adscribitor,

Atque lectoris primùm officio fungitor,

Exorcistę dein munus gerito,

Tum, accolitorum munia cape sito.

Ab eo gradu, ad hypodiamonos conscendito,

Ad diaconatum postea scandito:

Presbyteratu tandem insignitor,

Et, si is sis, post eos factos in religionis munere, progressus:
quem summa commendet pietas, summa extollat integri-
tas, summa illustret eruditio, idque vel ordinis ratio vel rei-
publicæ utilitas, vel cultus diuini cura requirat: episcopus
efficitur, tanto oneri collum annectito, inclinato, submitti-
to, sacratam facem non abnuito, sacratam molem non de-

^f cap. vnde-
cimo concii
lii romani
sub sylue-
stro celebra-
ti

trectato. ^f

De bonorum quoque episcopaliu distributione, partio-
neque admonitum. Sic.

Redditus ecclesię quadrifariam distribuuntor,

Prima pars Antistiti cedito:

Altera presbyteris, diaconis, toti clero,

Ordinique sacratu hominum addicitor:

Tertia, in facta tecta templorum impenditor:

Quarta demum erogator iu turbam pauperum, Peregrino-

rum, infirmorum, egrotorum,
(Quantum ab his moribus absumus? quantum in multis
distamus ab eo seculo?)^g

^g ca. quarto
dicti concii.
lij Romani,

EX CONCILIO ELIBERINO,

Cap. 3.



Is item duobus viris, scilicet Syluestro pontifi-
ce, & Constantino imperatore, summam rerum
tenentibus, peragitur conuentus alius, isque in
Eliberina ciuitate, de qua meminere Ptole. li-
bro secundo capite quarto & Plinius libro tertio capite pri-
mo, quo, conuenere vndeviginti pontifices, eo animo, vt
que spectarent ad Christianam pietatem, pertractarent, igitur
illic inter cetera, tria sciuerè, conscribere, legum capi-
ta: illa quidem ad episcoporum etiam statum, functionem-
que pertinentia, quorum hæc est summa.

Episcopi, presbyteri, diaconi, hypodiamoni, a coniugibus
abstineto.

Liberis operam ne danto,

Non procreanto,

Non gignunto,

Qui secus faxit, exautorator, ab ordine submouetor, degra-
dator,

Clericatus honore indignus censetor,

Et hæc scripta sunt, in illius concilij, canone trigesimo
tertio.

Istud idem fuit renouatum concilio quinto Carthaginesi,
canone tertio, qui canon recitatur a Gratiano: ca. Cum de
quorũdam 84. dist. vt ca. placuit, 32. distinct.

Reliqua duo, sic habent,

Episcopus, hominem, quem a fidelium communionem, vel a
sacratu muneris libatione alterius episcopi submouerit cal-
culus, nõ recipito, secum non admittito, nulla communiõ-

ne dignator, Quòd si is, pristinę communioni restitui cupit, ab eo, qui hunc priuauit, id accipito.

Et istud quidem habetur canone quinquagesimo tertio illius concilij.

Alterum porrò, hac scriptum est sententia, huic homini, vel in extremo fati die, piorum communione interdicitor, sacramentorum vsu prohibetor, iustisque sanctè obeundi muneribus excluditor, hic diuino charisterio arcetor, qui homo, episcopum, presbiterum, diaconum, accusarit, in iudicio detulerit, ni quod obiecit scelus, liquidò probarit.

Et hoc còtinetur in canone septuagesimo quinto, eiusdem concilij. Accipiendum est id tamen, de obstinatis obfirmatisque sua in foeda labe, & accusatorio animo, (mea quidem sententia,) Nam pœnitenti, confessoque, & cupienti reconciliari, reditum ad se, nulli vnquam homini, christiano quidem negat ecclesia, iuxta præceptum domini,

EX CONCILIO ARELATENSI
prouinciali. primo. Cap. 4.

S Vbsequitur per eadem tempora, hoc est, sub prædictorum hominum imperio, Constantini Casaris, & Syluestri pontificis, Arelatense concilium. Arelate quidem duplex est huiusce nominis: altera, ciuitas est, in Norico, teste Ptolomeo, libro secundo, capite decimo, hodie vulgo Linte, ditionis est præcipuum Austris, altera gallię Narbonensis vrbs est, Plinio t̄ colonia Sextanorum dicta, quod è sexta legione milites, coloni eò deducti sint, Strabo Arelaten, iuxta Rhodanum sitam, ait amplissimo emporio sane quàm insignem, Certum igitur est Arelatę vtra ea tandem fuerit, temporibus dictorum hominum, hoc est, Syluestri, & Constantini habitum fuisse celebre quoddam concilium, in quo, sancita fuere quę sequuntur quatuor canonum capita, ad episcopos item attinentia, in hanc sententiam, Episcopus, episco-

pum ne conculcato, æqualem honore, parem officio, ne opprimito, neu proterito, neu deturbato.

Presbyteri, clam episcopis, nihil agunto, ex eorum conscientia, & consilio, cuncta tractanto.

Episcopo peregrino, sacris operandi, locus dator.

Quantum caput ordinationem episcoporum respicit, ne scilicet hi ordinentur, nisi tres vt cum minimum, adsint episcopi, quod iam in eandem sententiam Nicęno conuentu fuerat constitutum, Igitur, quia illuc canon relatus fuit, nihil attinet, hic repetere.

EX GANGRENSI CONCILIO

Cap. 5.

A pud Gangram, quę vrbs est Paphlagonię, de qua, verba facit Strabo, libro duodecimo, Item Plinius libro sexto, capite secundo, sub pontificatu, & imperio iam memoratorum Siluestri & Constantini, congregati sunt, sexdecim episcopi, ob pernecessaria ecclesiastica negotia: maxime quia vrgebat, remque christianam premebat error Eustachij, cui necesse erat, finem imponi, is Eustachius asseribat, neminem maritali coniugio alligatum, spem vllam cõsequendi summi boni, hoc est, adipiscendę salutis æternę, habere posse, quę mala opinio, improbata fuit, atque eo dā nata concilio, de quo concilio, mentionem fecit Gratianus in suis, decretorum præcorum patrum centonibus^a Itaque in eo concilio, quę decisa sunt viginti canonum sanctionibus, fuere perscripta, quas omnes canonum promulgationes, quia ad rem non faciunt, nec enim de episcopis aut eorum functionibus, officioque & munere, quicquam habet, consultò prætereo, ne excurrat nimium oratio, videarque longè aliam, quàm instituta sit, viam insistere. Celebrata autem fuit hæc synodus anno trecentesimo trigesimo tertio.^b

Alii eum vocant eustachium,

^a ca, si quis dicernit 28. dist. Ca, sciendum est xxix dist.

^b 16do, 10mo primo conciliorum

† plinius lib iii, cap. iiii.

EX CONCILIO ARELATENSI
Secundo Cap. 6.

TVM & illo Arelatensi posteriori concilio, habito quidem temporibus Siluestri & Constantini uti vult historia tripartita, quanquam) Contarenus existimauit hanc synodum coactam fuisse sub Martiano imperatore, Volusiano & Ammiano consulatum gerentibus (sancita sunt multa, quæ Archiepiscopos eorumque functionem, institutum, & iurisdictionem respiciunt, quæ, quoniam, cum de archiepiscopis sit sermo, adiecimus, superuacaneum foret, hinc inculcare: quare, acta tantum illius concilij pergam recensere, quæ ad episcopos non item archiepiscopos, pertinent, episcoporumque ordinationem præscribunt, statum magistratus, & officia, sicuti instituti mei ratio postulat, & quoniam, de ordinatione idem ferè ibi cautum, quod fuerat Nicæno concilio iam constitutum, ne id amplioribus verbis persequar ad alia me conferam, ad episcopos etiam dicta relatæque omnia, quæ sunt eiusmodi.

Istud fuit concilio Laodicensi repetitum, ca. xl, & iterum concilio Carthaginensi, xl. ca. xxi. unde scriptum est decretum episcopus ad synodum xvii, dist. item repetitum concilio Carthaginensi, ea, quo in ca. placuit, xviii, dist.

Episcopi omnes, synodis adestote, in hac cura perseverate, functionem adeo necessariam non negligite. Coepto autem conuentu, & nondum peracto, nemo vestrum illinc abeundum putato: Qui contrarium fecerit, à priorum consortio exigitur, depellitur, arcetor, quod, non nisi synodo subsequente, absoluto, expiato, depurgato, redire ius esto.²

a ca. si quis autem synodo, xviii, distinctione,

EX CONCILIO CARTHAGINIENSI multiplici. Cap. 7.

IN percurrendis hisce Carthaginensibus conciliis, id vnum lector imprimis a me admonetor, Synodos in Africa tum indictas, tum habitas, octo fuisse numero, septem quidem, quæ in vrbe Carthagine habitæ fuisse memorantur, & in quibus, bona ex parte, interfuit Diuus pater Augustinus.

Octaua

Octaua verò est, quæ Milenitana appellatur, congregata potissimum, peractaque, ad extinguendam impietatem Pelagij, quæ eo in Concilio, erroris sui tetri, & impij damnata fuit: Error autem is erat, ut nephariè negaretur, ad salutem consequendam, necessariam esse Dei gratiam, at posse hominè, opera modò sua, & viribus fretum, Solius sui liberi arbitrij, citra vllum Christi meritum adimplere mandata vtriusque legis omnia, atque inde, potentia sua virtutèque sola, iustum effici absque etiam ipso magni Dei beneficio, magnaque Christi domini nostri, quam pro nobis pertulit passione, Negabatur item, ea in hæresi, labes primigenia, siue originalis hoc est, peccatum illud, quod in nos, primi nostri parentes, sine culpa alioqui nostra, ab initio ob non morem gestum Deo, transfudere, Erant & nonnulla alia, illius hæresis Pelagianæ capita, aduersus quæ multum scripsit Augustinus pater, eaque, multis libris suis, validissimè confutauit, quos Christianus lector videto.

Ab Arelatensi autem secundo concilio: de quo supra est dictum, non ita multum temporis spatium abiit, quin indictus sit & peractus conuentus alius: (tanta tunc dabatur opera, uti rebus omnibus, ad Christi cultum spectantibus, statim consultum iretur, & concordè tractaretur Ecclesia animo, edoceretur populus, adornaretur religio: habitus est verò is etiam in Carthagine: quo tempore Gratus, in ea vrbe, Episcopum agebat, Romæ verò Siluester pascebat gregem domini: atque in eo narrantur duo conscripta capita, gemini canonis speciem præ se ferentia, & ad Episcopos, Episcoporumque ordinem, & infulas, hoc est, magisterium & potestatem, attinentia: Quorum altero, sic est cautum, Episcopi, alios fines non occupanto, neu inuadunto, neu vsurpanto, Suos temerè non transfiliunto, non promouento, non extendunto,

Extra suum territorium, ius in ecclesia non dicunt.

Alterius episcopi plebem, citra episcopi, cuius ea est plebes, permillum, sibi non vindicant, non regunt, non assiscunt.

Ita sancitum altero Canone

Inter episcopos, inita pacta obseruantor, a conuentione non recedunt,

Data consensionis fides, non demutator.

Ista omnia, concilio Antiochæno, fuere postea renouata, in canone 13. ac postmodum concilio Sardicensi, in canone 19. & ea prius quidem ab Anacleto scita, prohibitaque, utpote in canone: Episcopus in dioecesi aliena 7. quest. Et adhuc postea renouata concilio in Carthaginensi tertio, canone 21. & adhuc concilio Transicano, canone 8. repetit a.

EX CONCILIO ANTIOCHÆ

no. Cap. 8.

Consequitis ex in temporibus, Iulio huiusce nominis primo in apostolica fede collocato, Antiochiæ, quæ vrbs est, in Asia, de qua Plinius & Ptolomæus mentionem fecere, ille libro quinto, capite vigesimo primo, hic verò libro quinto, capite decimo quinto, conuenere triginta patres, iique omnes in ecclesia conscripti, & magistratum ge-

a. ca, sexta si
nodus prima
annotatio
versu quinta
antiochena
xvi, dist. rentes pontificium, atque in ea coitione, & concilio, cuius etiam meminit Gratianus in volumine decretorum, multa retulere, rogauere, decidere, ad vniuersum ecclesiæ statum pertinentia, illaque omnia, in viginti quinque canones redigere, ex quibus canonibus, eos tantum desumam, adiciamque hoc in loco, qui episcopos respiciunt, eorum ordinem describunt, functionem constituunt, iurisdictionem circunccludunt, & ad iudicia tendunt, quæ de ipsis quandoque fiunt, pœnas, & coercitiones eorum definiunt: sunt autem hi, nempe, canon quartus: cuius constitutio, antequam referatur, est quidem id vnum quidpiam diligenter animaduertendum,

propter quod, cõtra communem alioqui, & ordinariam conciliorum habendorum formam, id contigit concilium. Nam cum regula præscripta, ab antiqua tum lege, tum Ecclesiastica obseruatione: habeat concilia, præter Pontificis summi, qui Romanus est, aut præsentiam, aut cõsensum, aut astipulationem, rati habitationemue, aut denique, per internuntios, aut alio quouis pacto, voluntatis suæ, atque eam in rem, auctoritatis significationem, neque legitimè indici posse, neque haberi, neque item oportere, ¹ citra id vnum caput, quod potissimum est, celebrari. nihilominus tamen, hoc in cõcilio Antiochæno, de quo nunc fit sermo, notandum est, inquam Iulium Romanum Pontificem, qui tum pro sacro, põtificioque Imperio, rerum satagebat Ecclesiæ, neque interfuisse, neque, pro se, aliquem vllum designasse, aut misisse hominẽ, cuius hominis, id id delegoti negotij præsentiam, absentiam suam supplere posset, eaque ratione que ibi fierent, acta omnia, confirmare, probare, ratamque habere, Id modò constat, concilium hoc Antiochænum, habitum pro legitimo canonicoque concilio, scitamque illius, constituta, decreta, in Canonum auctoritatem fuisse relata, tametsi id vnum magnum, quod nunc narrauimus, illi defuerit, nempe Pontificis Iulij, aut præsentia, aut delegatio: Satis tamen liquet ex historia, Imperatorũ Cõstantiũ, synodali illi rogationi, præsentiam suam accommodasse, interfuisseque in comitiis, habitis in vrbe Antiochia, (vnde & nomen huic datum) Sub consulatum quidem Marcelli, & Probinę, consulum Romanorum, dum agebatur annus Christi, supra trecentessimum, quadragesimus sextus, Annus verò, a morte Constantini magni, quintus: quo in concilio addendum quoque est, ex auctoritate Cassiodori, sua in tripartita historia, ² præsentem adfuisse, nonaginta Pontifices, quorum præsentia, absentiam pontificis magni, tunc fortasse ob aliquam necessitatem, supplere potuit.

¹ Cassiodorus hi, tripartita lib, iiii, ca, ix.

² lib. iiii, cap. ix.

Itaque de horum Pontificum consilio ad sensu & voluntate, constituta sunt, quæ ibi decreta fuere, quorum summa, quatenus ad rem nostram facit, hæc enarratur, nempe, ex supra coepto quarto canone: Sic primum, Episcopus, à synodo damnatus, sacra non attrectato. Sacra non, attingito, Missam non celebrato, Consuetum munus non obito, Consueto ministerio non fungitor. Si quid horum fecerit, Si quid horum contrectarit, deploratus, proscriptus, perditus esto, Spem nullam restitutionis habeto, A piorum coetu arcetor, Omnes illi decedunto. Illius aditum defugiunto. Commercia illi denegantor Qui contrarium faxit, qui contrarium attentarit, Qui sciens, cum eo sit versatus, qui sciens congressus, Diris configitor, à magna matre, Ecclesia, proscriptor, abigitor, exterminator.^b

^b ca. si quis episcopus damnatur, xi. quest. iiii. Exautorare, in hac significationem à D. Cipriano sæpe accipitur ne quis eam hac in re, nouam putet,

Canon verò sextus, in hanc est quæ sequitur, latus sententiã. Qui Episcopus, synodi censura, exautoratur, dimittitur, abdicatur, degradatur, Ad Cæsarem ne confugito. Auribus, illi non obstrepito, Hac de re, ei molestus ne esto: Verùm, ad maiorum Antistitum comitia prouocato, Ad ea conuertitor, Ab eis, iudicium exposcito, Quid hac in re iudicarint, expectato: Quod si id negligis, tu exautorate Pontifex? Quod si huic canoni non pares? Auxilio restitutionis decedito, Restitutioni, amplius non incubato.^c Decimus quartus illius concilij canon hoc sequens habet. Quum Episcopus, ad Episcoporum tribunal de crimine postulatur, si in eo decidendo, determinãdoq; prouincialium Pontificum, in diuersas partes diducantur calculi, metropolitani Antistes propinquioris prouinciæ, accersitor, aduocator,

^c ca. si quis a proprio episcopo, xxi. quest. v. incubare restitutioni Quintilianus,

appellator: is de sententia aliquot episcoporum, quos ex vicinia acciuerit, conuocarit, adduxerit, disceptationem ancipitis iudicij, dirimito, excutito, definito.^d Decimus quintus illius concilij canon, in hanc fertur sententiam.

^d ca. si quis episcopus criminaliter in iudicio, vi quest. iiii.

Cui episcopo, criminose dica inscripta est, quod is ab omnibus prouincialibus episcopis, in vnã, cunctis sententiã euntibus, iudicium ea super dica, acceperit, id iudicium ratum firmumque esto: de eo amplius, à quoquam alio, ne quæritor, neu iudicator, neu deciditor: si tamen appellatur maior potestas, si ad superius tribunal prouocatur, ab eo tum maiori, ius petitor, Prior sententia inducitor, circumscribitor, rei iudicatæ executio interpellator, quid statuet, quid decernet prouocationis iudex, expectator.^e

^e ca. si quis episcopus criminaliter accusatus, vi. quest. iiii.

Decimi septimi canonis ea est, hoc sequenti sensu, conscripta sanctio. Qui episcopus, ecclesiam, quam gubernandam suscepit, non adit, non perlustrat, qui se in hoc officio præstat negligentem, & socordem, à communionem arcetor.^f

^f ca. si quis episcopus per manus 92. dist.

Decimi octauis canonis sanctio.

Si quis episcopus, ad ecclesiam, ad quam, est legitimo suffragio accitus, electus, ordinatus, non se recipit: nec tamen per eum stat, quominus id fiat, paratus est enim suo fungi munera, sed aut, à populo interturbatur, aut alia quæuis causa id impedit, cuius tamen nullam ipse culpam sustineat, honoris is pontificij particeps esto: nullo episcoporum iure secluditor: omni pontificia dignitate potitor:

Omne ministerium episcopale obito.

Ecclesiæ tamen illi, in qua is, pontificale munus gerit, negotium non exhibeto.

Illi, molestiam nullam adferito,

Illius rebus, detrimento nulli esto.

Tum &, quæ synodo prouinciæ statuta sunt, decreta, confirmata, ad amussim obseruato,

Ab illius iudicio ne discedito.

Quod illa, absolute sanxit, iudicauit, decreuit, absoluito, pe-

ragito, perficito, Mandata illius omnia exhaurito, exequi-

g. ca. si quis e
piscopus or
dinatus 9.
dist.

EX SARDICENSI CONCILIO.

Cap. 9.

SVbiungendum Sardicense concilium, celebratum sub imperio Constantij Caesaris, pontificatu Iulij romani pontificis, primi huiusce nominis: Leoncio & Syluestro consulis: Est quidem Sardis, vbi facta est hæc coitio, vrbs, sita in Ilhrio: de qua meminit Theodoritus libro secundo, capite quarto, & historia tripartita libro primo, capite vigesimo primo, in ea ergo ciuitate conuenere viri multi, doctrina & sanctitate conspicui, huiusce conuentus peragendi gratia: de quorum tamen numero apud scriptores non satis liquet:

a. ca. sexta si
nodus prima
annota. verfi
quarta sardi
censis xvi. di
stinc.

Gratianus^a sexaginta fuisse censet, episcopos quidem eos: legatos verò sedis apostolicæ fuisse dicit Osium, Vincetium Ianuarium, quos item tres scribit Cordubæ, Capuæ, & Beneuenti, episcopatum gessisse, addit his quoque, Calepodium nomine, sed in historia tripartita commemorantur longè plures: Narrat quidem Côtareus conuenisse hunc in locum, huiusce Synodi celebrandæ gratia, omnes ferè occidentalis ecclesiæ pontifices, qui numerum ter centum Antistitum copleuere, ex orientalibus verò adfuisse propèmodum septuaginta, qui tamen septuaginta, vt idem auctor ait, simul ac perspexere, in eo, agi potissimum concilio, de restituendis, priorique reddendis loco atque dignitati episcopis duobus, scilicet Athanasio Alexandrinorum pontifice, & Paulo Constantinopolensium presule, tum & de reuocandis plerisque aliis Antistibus, quos suis sedibus pepulerat decusseratque Ariana factio ac impietas, illinc recessere, abiereque à Sardica vrbe, atque eam ob causam, eo in Sardicensi concilio, septuaginta illi, qui malo animo, malaque mente, illinc emigrarant, damnati fuere, tum & restituti suprascripti duo Antistites, alter quidem qui Anathasius est dictus, Alexandria sacrae prouinciæ: alter verò, quem diximus Paulum, Byzantine sedi. Alij item historici alia quædam, in hanc rem

adferunt, pro sua dum quisque certat sententia, nihil, de numero, certi constitui potest, sed id parum refert, quod attinet ad rationem instituti nostri, dum constet, sicuti fit, ibi factam fuisse comitorum coitionem, Reipublicæ tractandæ causa, in eaque coitione vnus & viginti canonum sancita capita: ex quibus, vti exigit propositum, ea huc inducam, quæ ad rem faciunt, hoc est, episcoporum ordinem, statum, decorem, & officium contingunt, sunt autem huiusmodi.

Episcoporum de sua ciuitate ad aliam traduci nehas esto, Quam primum suscepit, ne relinquito, huic adhæreto.^b

Ista habentur canone primo, concilij huiusce, ratio autem eorum ea est, quia argumento ab eo sumpto, quod more hominum fit, non consueuere Antistites, à maiore ecclesia ad minorem transitum affectare, nam vnumquæque, vt plurimum, vrit ambitio, capit auaritia, tenet augendæ rei studium, ne igitur videantur auaritiæ, & ambitioni presules studere, vtque aliis hominibus, omnem ansam tollant, male de se suspicandi, hæc ita fuere sancita, & certè vetatio hæc migrationum, noua non fuit, nam multis antè annis, Callistus, & Antherus romani pontifices, idem edixerant: itaque nihil tum nouum, in religionem inductum fuit, sed antiqua tantum confirmata. Canone dein illius concilij quinto, ita cautum. Episcopo gradu suo submoto & quidem episcoporum, qui in vicinia degunt, sententia, appellante autem romanum pontificem, sibi que ius dici, in vrbe, Romæ, contendente, eius locum, nullus alter, interim occupato, In illius cathedra ne sedeto, Interpellatum prouocatione iudicum, pro perfecto, non habetor.

Damnatus, ille nondum planè censetur, Summi pontificis iudicium expectator.

Id autem cur sic factum, patet, Nam appellatione, intercessa est sententia, suspensum iudicium, ob idque qui appellauit, licet pulsus, exactusque, sua videatur dignitate, nodum tamen est verè pulsus, donec ad quæ spectat, hac in re vltimum iudicare, suum is

b istud fue
rat Nicæno
concilio cau
tum & sanc
tum vt in eo
concilio ha
betur nu. xv.
& postea re
nouatum cō
cilio turonē
si tertio cano
xiiii

e ca. quauis
iii. quest. vi.
d ca. accusa
tus iii. quest.
vi.

protulerit supremum calculum, & nec id nouum fuit, ^e nam tantundem sanxerant Eleutherius & Sixtus.

Canon illius Concilij decimus quartus, quæ ^d sequuntur, habet,

Episcopo de ciuitate in ciuitatem ob negotia commigranti aut ex prouincia, in prouinciam, iter facienti, in alterius ciuitate, in alienaue prouincia, ad quam tum perrexit, diutiùs manere ius non esto.

Quia tamen inhumanum esset, episcopum, viam facientem, alieno tecto non recipi aditu, hospitioque arceri, rursus verò periculosum, eum illic diu commorari, præscripta est commorationis lex, impositusque modus, atque ita eodem canone subiunctum,

Episcopo viam facienti, in aliena dioecesi, tres solos dominicos dies, morari fas esto, hoc est, tres, nec plùs, hebdomadas, illuc conficere, permittitor.

Ex canone tertio, id quod sequitur, sic est desumptum.

Episcopo damnato, summoto, idque omnium episcoporum regionis, in qua sacrum magistratum gerit, sententia: in id fententiæ concilium, euocatorum: si romana, & apostolica sedes appellatur, romanusque pontifex appellationem non abnuat appellatione certator,

Prouocatorium iudicium exercetor,

Prouocationis causæ adferuntor,

Prouocans auditor,

Prouocanti ius dicitor,

A romano pontifice, prouocationis causa cognoscitor.

Ab eo, equum, bonum, statuitor, decernitor, diffinitor, Ab eo item, si lubet, causa ipsa ad finitimos vicinosque prouinciæ damnati, episcopos, trāscribitor, reiicitor, relegator: his mandator, statuunt, diffiniant, diiudicent.

Ab eo item, si placet, legati, quos habet à latere, in prouinciam mittuntor, dimituntor, allegantor, Olli vna cum episcopis, prouocationis rem excutiuntor,

De ea, statuuntor,


De ea, iudicium feruntor, ^e

At verò, quando quidem, dum explicantur acta Sardicenis concilij, incidit mentio de appellationibus, quæ à condemnatis, vel episcopo, vel sacerdote quouis alio, illo nimirum à synodo, hoc verò suo ab Antistite, solent possuntque in causa damnationis suæ, ad pontificis romani tribunal interici, non me pigebit, hanc in causam, aliquantulum diuertere, atque adferre quid in ea re, sit olim inter ecclesias concertatum, Nam Carthaginensis imprimis negabat, se ad eò romano pontifici obnoxiam, vti ab eo, in prouocationum causa, deberet, aut vellet ius petere: contra, romana contendebat, hunc sibi honorem deberi, hinc legimus quid acciderit, in Synodo sexta Aphricana, ibi enim memoratur, Faustinum episcopum, Philippumque, & Asellum presbyteros, adlegatos fuisse à Zosimo romano pontifice, in causa cuiusdam Aphricani presbyteri, cui nomen erat etiam Faustinus, qui quidem presbyter, ibi damnatus, romanum pontificem appellauerat, suamque, apud illum causam, prouocationis iure, agi volebat, id quod ipsum, allegati illi, à romano pontifice, nitebantur facere, & mandatum romani pontificis, hac in re, exequi, At ab Aphricanis vehementer reclamabatur, obfistebatur, in eaque porro concertatione in vtramque partem validè disceptatum est, Qui à romano pontifice stabant, aiebant æquum esse iustumque, vti pontifici romano, hac in re, honos haberetur, Id enim iam consultum decretumque fuisse, in Synodo Nicæna, ibique statutum, à sententia synodi fas esse, cuius episcopo: à sententia porrò episcopi, fas esse cuius sacerdoti, ad romanum pontificem, veluti ad summum ecclesiæ principem, prouocare. E diuerso Carthaginenses, instare, dicere id sibi iniquum videri nec putare, hac de re, vllum extare Nicenæ rogationis præiudicium, aut consultum, tamen, quò id fieret exploratus, Cyrillo Alexandria Antistiti, & Attico Constantinopoles presuli scripsere, petentes ad sese mitti, integra incorruptaque Nicenæ Synodi scita omnia, id quod factum, mis-

e ca. si quis e
piscopus ac
cusatus ii.
quest. vi. ca.
Olius episco
pus vi.
quest. iiii.

saque à prædictis pontificibus viginti canonum, absoluta explicataque capita, in his porrò canonibus, inuēta lex nulla, scitum nullum, consultum nullum, quo tanta in appellationibus autoritas, Romano pontifici attribueretur: quare, factum, vt Carthaginenses tunc noluerint mandato illius romani pontificis morem gerere, Quin prouocationem, ea in causa, presbyteri supra positi, planè circumscrisperunt, dixeruntque ei ius non fuisse, ea in re romanum pontificem appellare. Ac de reliquo statuere, vt si cuiquam rursus Africano homini, veniret in mentem, à iurisdictione transmarina ius petere, illo que prouocationem suam reuicere, nec stare velle, sua in re, Africanorum consiliorum iudicio, ei homini, aqua, & igni, humanoque cōsortio, & sacrorum, omni in Africa, communicatione, interdiceretur. Ea fuit, inter Romanā, & Africanam ecclesiam origo disidii, quæ labe, cum cœpisset sub Zosimo pontifice romano, reperere, durauit ad tempora vsque Bonifacij, posterioris pontificis, quo Bonifacio pontifice, ecclesiæ romanę præsentente, Carthago resipuit, & circumducto, prorufusque damnato maiorum hac in re, decreto, Aurelio primatum tunc in Africa, & in vrbe Carthagine pontificatum gerente, romano principi atque pontifici fasces submisit, prouocationūque ius ad illum detulit, ex quo cōciliata est pax, facta quietus Christianæ ecclesię communio dei gratia, atque vnanimis omnium confociatio. Hæc omnia colligunt Isidorus, Contarenus, & cæteri, qui hæc ecclesiastica negotia scripserunt, & ego, dum Sardicensem hîc Synodum, tracto, hîc quoque adiecta volui, vel eò potissimum, quod ibi res suppletur, annectiturque, quę maximè in Concilio Nicæno desiderabatur, super appellationibus à Synodo, & episcopis, ad pontificiam romanam aulam, interuicendis, deferendisque.

EX TERTIO CARTHAGIN-
nensi Concilio Cap. 10.



X Carthaginensi deinceps concilio, q̄ tertio loco, in eadē vrbe celebratum fuit, circiter dies Siricij pōtificis romani, consulibus Attico & Cæsario, huc inferenda sunt, ex quinquaginta canonibus, ibi conscriptis, sequentia decreta, (equidem eas tantum sinodos, ex multis persequar, quæ thema nostrum propius respiciunt, hoc est, rei pontificiæ & sacerdotalis, ordinationem, iudicia, functiones, officia, nobis aliquo modo concinnant vel appendices earū rerū consecrariq; & accuraciones quodammodo respiciunt, cæteras verò omnes, vt quæ, extra rem sint, silentio transibo,) igitur ex hoc concilio, hæc habentor.

Ex tertio canone.

Qui episcopos ordinaturi sunt, mancipaturi officio, antequam id fiat, ordinandis, decreta conciliorum, ob oculos ponunto, inculcanto, repetunto.

Ex Septimo Canone.

Qui episcopum sceleris vult arcessere, qui episcopo criminalem causam vult intendere, id apud primatem prouinciæ in qua prouincia degit accusandus episcopus, facito.
Ibi accusationem proferto,
Ibi reum peragito,
Ibi conuincito,
Illò, literis, euocato, vadator, antestator,
Illò, accusatus præful itionem parato,
Illic, in concilio primariorum patriæ suæ pontificum, causam dicito,

Accusationi occurrito,
 Accusationem si potis est, conuellito,
 Stata item die sese sistito,
 Stata die, vadimonium obito,
 Stata die, ad iudicium adesto.
 Sin minus, diris configitor,
 A sumptione diuini cibi arcetor,
 Ordinis functione submouetor.
 Stata verò dies, mensis vnus esto:
 Porrò, ex quo primùm constat, vadatum esse, & iudiciali
 vadimonio obstrictum reum, ex quo primùm scitur, eum
 nouisse se, de superiore tribunali, citatum, ex quo primùm
 diem sibi literis aut libello dictam, ex eo tunc statim, dies ce-
 dito, excurrito, Si causam necessariam accusatus adfert, pro-
 bat, qua eum liqueat, non potuisse sese ædicta illa die in iu-
 dicio exhibere, In alterum mensē, dicenda illi causa proro-
 gator, Interim à sacris, hostia diuina, abstineto,
 Nec ad hæc redire, donec crimen eluat, ius dator,
 Quod si contemnit,
 Si deserit vadimonium.
 Si vniuersi concilij, non vult subire censuram,
 Sua ipsius sententia, iudicatus censetor.
 Qui verò accusauit, si moram nullam iudicio annexuit,
 Si ad constitutum venit tempus,
 Si diem, horam, locum, agendę causę, semper obiuit, nulla
 multa afficitor,
 Re diuina non exigitor.
 Sin, ad iudicium præsto non fuit,
 Si se illinc quandoque subduxit,
 Si præuaricatorem egisse, tergiuersatorem, aut sycophan-
 tam, suspectumque calumnię, aliquo modo apparet: delatus
 tunc Antistites, pristino sacro muneri, pristinæ piorum
 communioni restituitor. Delatori tamen, peragendę causę
 facultas non tollitor, si probatur post, illum quidem non

recusasse, sed minimè potuisse, præscripta, edictaque die, in
 ius ambulare. ^b At interim, Si id fecit mala fide, ob præua-
 ricationem, vel dilatum sua culpa vadimonium, poena affi-
 citor, communionem in aliquot dies arcetor.

^b ca. quic-
 quis episco-
 patum, iii.
 quæst. v.

Ex octauo illius concilij Canone, Presbytero, ob crimen
 in ius appellato, qui episcopus de eo iudicaturus est, quin-
 que alios secum vicinos Episcopos in consilium assumito.
 Sex, ne minus quidem episcopi de crimine rei sacerdotis
 cognoscunt,

Quod iustum fuerit, vnà decernunt,
 Asciscendos ad iudicium faciendum, vicinos Antistites, de-
 latus sacerdos eligito,

Quos velit, deposcito

Quos velit, reiicito.

Diacono sceleris postulato,

Cogniturus de scelere episcopus,

Duos sibi alios, ad cognoscendum crimen

Finitimos Pontifices adiungito,

Hi tres ius dicunt, Hi tres sententiam ferunt.

Clerico, qui altius in ministerio sacro, non euasit, reo crimi-
 nis appellato,

Episcopus loci solus, super accusatione, ius reddito:

De crimine cognoscito, iudicato, pronunciato. ^c

Ex vigesimo sexto Canone,

Primæ sedis Episcopus, princeps sacerdotum nõ appellator,

Summus sacerdos non vocator,

Hanc ambitionem appellationem defugito,

Fastosum quodcunque nomen, sibi non adscribito, ^d

Istud fuit repetitum, concilio Aphricano, circa tempora

Bonifacij primi, celebrato, de quo meminit Gratianus, in

ca. primæ sedis 99. distinct. Quod tamen, sana cum senten-

tia, ex interpretatione ecclesiasticorum doctorum, est acci-

piendum, nec malam in rem, aut deprauatam religionem,

qua diuellitur, ordo Christianę cõcordiæ, & ciuilibus politię,

detorquendum, quum bono, æquoque iure, ad summum Põ-

^c ca. si autē
 presbyteri
 xvi. quæst.

vii.

^d ca. prima
 sedis, xcix, di-
 stinct.

tificem deferantur omnia, hono squidem, primatus, & summa in reliquas ecclesias iurisdictionis potestas, quam accepit à domino.

EX CONCILIO CARTHAGINENSIS QUARTO. Cap. II.

Consequentibus deinceps annis, Imperatore Honorio Augusto, & Anthiciano consulatu perfunctis, indicitur Carthaginensis conuentus quartus, celebraturque in ea vrbe, ducens & quatuordecim episcopis presentibus, suoque suffragio rem approbantibus, atque in eo, statuuntur, spiritu sancto auctore, promulganturque centum & quatuor canones, ex quibus omnibus canonibus coagmentatus est, structus, & ornatus ordo pontificius, & ceterorum sacerdotum constituta functio, prescripta ordinatio, decreti mores, conscripta iudicia: his autem, ista continentur,

Primo canone,

Ordinandi Pontifices examinantor:

Qui mores, quæ vita, quæ doctrina eorum, sit attenditor,

Sintne prudentes natura:

Docili animo.

Ingenio bono.

Moribus temperatis.

Castâ vita,

Mente sobria,

Vigilantibus oculis.

Solerti prudentia, circumspicitor.

Num oscitantes,

Num dormitantes,

Num socordes,

Num sui negotij parum satagentes

Num officij parum memores, videtor, cauetor.

Vt se summissè gerant,

Vt affabili sint natura,

Vt misericordi animo.

Tum quibus literis iustructi,

Qua eruditione ornati,

An in lege domini bene versati,

An ad Euangelicam doctrinam promptè docti,

An ad interpretanda scripturæ sacræ sensa, acuti, sagaces, &

cauti. An in ecclesiasticis institutis, placitis, decretis, exercitati, animaduertitor.

An simplici apertoque, nec fucato ingenio, prudētī tamen mente, Christianæ rei præceptiones teneant, complectantur, accipiant, An hisce, fidem habeant.

Hasce, claris verbis, non obscuris, non deprauatis, non ambiguis, non fallacibus asserant, prædicent, affirmant.

Num illas, sinistrè detorquēt, afficiūt, peruertūt, expenditor
Creduntne vtrunque testamentum, tum vetus, tum nouum ex vno eodemque fonte manasse.

Creduntne, uniuerso ecclesiæ consensui, uniuersæ Christianorum persuasioni & fidei, de corporum resurrectione, de corporū ad immortalē vitā reuocatiōe, sedulò cōsiderator:

Num prohibent nuptias,

Num damnant, num detestantur.

Num iniquū impiūmque iudicant, quum iterum nubitur, hoc est, quum altero ex coniugibus defuncto, ei, qui superest, datur denuo nuptum, adiungiturque rursus noua sponsa, aut nouus maritus, horum mortuo altero.

Num in hisce, atque aliis omnibus sacræ Reipublicæ scitis, laborant vllō mentis vitio, Num vacillant. An (vt semel dicatur) ad omnia, quæ sanxit parens ecclesia, sint obfirmato animo, mente non dubia, diligenter perspicitor.

Hæc, item alia multa, quæ amplissimè cōplectitur canō sanctus huiusce concilij, Antequā cādīdati isti, pōtificis infulis baculoque & sacrata mitra insigniātur, exornentur, ordinatione donentur, pastoralī pedo communiāntur, sedulò prouidetor quæritor, excutitor, a

Canon illius concilij secundus.

† Verbu in-
augurandi,
quod hic po-
nitur & exau-
gurandi;
Hæque di-
stiones alibi
hic duntaxat
positæ inau-
guratio,
Exauguratio
Familiars
quidem sunt
voces hac in-
re, cū beato
Cipriano,
Fauscio emi-
leno, tum no-
stris tempori-
bus, fadole-
to & Bembo
atque aliis do-
ctissimis, &
imprimis ca-
tholicis viris
ne putentur
aut Nouæ ef-
se, aut inusi-
tatae, aut per-
perā, inepte
que translate
& detortæ.
b ca. episco-
pus cū ordi-
natur, xxiii,
dist.
c ca, episco-
pus nullam
lxxxviii, dist,
d ca. episco-
pus sine con-
cilio xxiii,
dist,

Cum ordinatur episcopus, sacatur, dicatur,

Inauguratur, † hæc obseruantor.

Episcopi duo, super illum, manus imponunt,

Manus illi admouent,

Manibus illum contrectant,

Euangeliorum codicem, vtraque manu sumunt,

Super caput & verticem illius, eleuant,

Illic tenent,

Illic suspendunt,

Tertius episcopus, benedictionem interim infundit, ad-

ferto, irrogato,

Benedictione quidem (hoc est pia precatio, pio omine)

Fauscio, illi, rei que publice, auspicio, eū lustrato, sacrato, dicato

Tum cæteri, qui adsunt episcopi, coaccedunt, circumstan-

to, caput eius, manibus contingunt.^b

Ex vicesimo illius concilij Canone,

Episcopus lectioni vacato.

Orationi assiduus esto,

Prædicationi verbi Dei incumbito,

Rem familiarem non curato,

Rem familiarem, ad alios relegato,

Rem domesticam, aliis demandato.

Illò, non traducitor,

Illinc, planè animum dimoueto.

Ille re, non impedito^c

Ex vicesimo primo Canone,

Episcopus, nisi adhibitis in concilium, aut deliberationem,

clericis suis, clericum nullum ordinato.

Id, de illorum sententia,

Id, perpenso iudicio facito,^d

Ex vicesimo secundo illius concilij canone,

Episcopus, non astantibus, atque assistentibus clericis suis
nulli ius dicito.

Nullius causam audito,

Nulli

Nulli petitioni iudiciali, audientiam præbeto,

Si secus facit, si quid solus statuit,

Quod fecerit, irritum esto

Quod decreuerit, quod sententia pronuntiauerit, conscin-

ditor, Nullo iure firmator,

Nullo iure consistito.^e

Ex vicesimo quinto canone.

Dissidentes episcopos, reuerentia primùm dei, amor, & ti-

mor, reconciliant, si hæc non valent, que plurimùm valere

debent: a synodo, in concordiam reducuntur.^f

Ex. 31. Canone,

Huiusce canonis decretum, renouatum fuit, in Concilio A-

gatensi, ca, septimo, qui canon a gratiano, ca. casellas 10.

quest. 2. refertur, & tamen ad hanc constitutionem, conci-

lium Agatense, aliquam modificationem, & téperament-

um adiecit, in ca. 45. de quo meminit gratianus, in ca, ter-

rules 12, quest. 2.

Episcopus, ecclesia, tanquam re fiduciaria vtitor, in ea, nihil

proprium sibi, vindicato,

Eam non distrahito,

Eam non commutato.

Si distrahendam, vel commutandam, equum ducit, clerico-

rum omnium in id consensum adhibeto,

Clericorum concilium aduocato,

Clericorum autoritatem interponito,^g

Ex canone 34.

Episcopus, quocūque in loco sedet, presbiterum stare non

patitor. Illum, sedere iubeto.

Illi, hunc honorem non inuideto,^h

Ex trigesimo quinto Canone. Episcopo, in ecclesia, publi-

coque confesso, inter presbiteros, sublimior sedes, dator.

Loco is maiore, loco eminentiore, loco superiore sedeto.

Intra dein tectum priuatæ domus,

Intra parietes domesticos, se presbiterorum collegam, a-

gnosco, iudicato, profitetor, in ministerio domini.

R

e ca. episco-
pus nullus
xv, quest,

f ca, dissiden-
tes xc, dist.

g ca, sine ex-
ceptione xii,
quest, it,

h ca, episco-
pus in quoli
bet xc, dist,

i ca, episco-
pus in eccle-
sia xc, dist,

Ex 29. Canone.

Episcopus, clerico, aut laico homini, crimen intédens, illud, in synodo agitato, probato,

Eò ad rem, explanandam traducitor, illuc claram testificationem adfero, ^k

^k ca. episcopus si clerico vi, quæst. ii,

Ne tamen, quatenus de laico homine, ad synodum pertrahendo, sit mentio, hac cum re, videantur pugnantia, constituta ab Alexandro, Romano pontifice, ^l Videnda sunt,

^l ca. experientia. xi, quæst. prima,

quæ à glossa, & interpretibus, in dicto canone, Episcopus, latius differuntur.

EX TOLETANO CONCILIO.

Cap. 12.

Toleti, oppido Hispaniæ, de quo meminit Ptolomæus libro secundo, capite sexto, & Plinius libro tertio, capite tertio, Celebratus est item conuentus, temporibus Cæsarij, Honorij, & Archadij, atque illuc, eiusce rei causa, sese recepere nouemdecim pontifices, & patrono, episcopo præfidente, vnum & viginti canones constituere, pro illustrando Ecclesiastico statu exornandoque, & suis probatis coloribus & partibus poliendo: Ego verò, eos, qui eò potissimum tendunt, quique id vnum imprimis agunt, uti episcoporum ordinem, functionem, potestatem, conscribant, tantum sumã: igitur vigesimi primi canonis isthæc est summa: hanc ad rem pertinens.

Nemini, sine episcopo, chrisma conficiendi ius dator.

Ecclesia quæque diaconos, aut hypodiconos, ante Paschatis diem ad episcopum suum, chrismatibus causa, mittito,

Hi, ab episcopo confectum chrisma, huic solenni festo destinatum, suis quisque ecclesiis, in tempore, adferuto, representanto, producento,

Episcopo, quouis tempore chrisma conficere, indubitanter permissum esto.

Diacono, chrismate lustrare, ne conceditor,

Presbytero, episcopo absente, id facere posse, nõ denegator,

Episcopo præfete, cuius presbytero, si iubet episcopus, id facere posse, permittitor, hoc sanctiõis caput, Archidiaconus, id est, Curio summus, aut præsentibus episcopis, aut absentibus, in medio subinde proponere, diulgare, recolere, commemorare, non obliuiscitor: id ipsum, Episcopi feruent, teneant,

Presbyteri, non relinquunt, neu dissimulent, neu negligat,

Quicunque potens, clericum quemuis, aut religioni addictum hominem, despoliauerit, pulsaerit, iniquè tractarit, ab episcopo citator, euocator, Vadimonio obstringitor, cur id fecerit, interrogator,

Causa facti subiicitor,

Causa facti attentè auditor,

Examinator, perpenditor,

Si non paret, cui eam ob rem dicitur, dies,

Si sacri magistratus imperium negligit,

Si mandatum Antistitis parui facit:

Literæ mox, ad omnes prouinciæ episcopos dantor,

Sursum, deorsum, percurruto codicilli, huc & illuc peruo-

lanto Schedæ, suis cum tabellariis: his Schedis, mandator,

refratarium & peruicacem esse hominem, diro program-

mate configendum, sacra communionem arcendum, eoque

malo tantisper tenendum, dum aliena restituat, dum, quæ sua

non sunt his, ad quos pertinent, redire permittat, dum epi-

scopi iubentis volutati obsequatur, iussa capefiat maioru.

^a ca. si quis de potentioribus, xxviii. quæst. iii,

EX RHEGIENSI CONCILIO.

Cap. 13.

Nunc loquendum de Rhegiensi concilio, Est Rhegium, oppidum situm in margine & ora Italiæ, cui, Græci nomen dedere, à fractura, in eo enim loco, Sicilia auulsa, obruptaq; est, ab Italia autore Plinio, libro tertio, capite octauo, de quo oppido, meminit item Ptolomæus, libro tertio, capite primo, & Trogus libro quarto.

Est & Rhegium Iepidi, Gallię togatę oppidũ, à quo, Rhe-
 gienses eodem Plinio autore, capite quinto, libro tertio,
 quod nunc quidẽ ditionis est, ducũ Ferrarię. Igitur, in vtro-
 uis horũ oppido, anno Christi vno, & sexagesimo, ad qua-
 dringentesimum, sedente in Petri folio, ad gubernacula Rei-
 publicę, Sixto tertio, congregati sunt tredecim episcopi,
 hunc, de quo nunc verba facimus, conuẽtum peracturi, at-
 que in eo, sex decretorum canones edidẽre, ad vniuersum
 ecclesię statum attinentes, & præsertim ad episcopos, quod
 nostrum est præsens thema respicientes, primò ista edixere.
 Qui ordinatores, ordinationi episcopi, perperam factę, in-
 terfuere, hoc est, in qua, non sint accuratè obseruata, quę in
 ea præcedentes conciliorũ sanctiõnes obseruanda decreue-
 re, nempe cui, vel episcopi tres, vt cùm minimũ, non ad-
 fuere, vel ad quam, ceteri in prouincia collegę Pontifices,
 rectè ritęque non sunt accersiti, aut in qua, prætermiſsa est,
 silentiõue dissimulata, metropolitani Antistitis volũtas, ne-
 glectus primarij pontificis prouincię assensus, pœnã qui-
 dem præterquam quod, sic facta ordinatio, iure non subsi-
 stit, (id quod antecedentibus conciliis fuerat iam sancitum)
 plectuntur. Scilicet: hunc in modum,
 Nulli eorum, vlli posthac interesse ordinationi,
 Nulli assistere concilio,
 Nulli conuentui peragendo,
 Nullis comitiis, Reipublicę causã, edicendis,
 habendis, peragendis, præsentiam suam accomodare, per-
 missum esto.
 Omni suffragio, in publicis pro religione negotiis, exclu-
 duntur.

Canon quintus.

Ne cuiuis ad eam ecclesiam, quę suo Pontifice orbata est,
 functionis, aut administrationis gratia, promiscuè accedere
 liceat, interdictum esto,
 Tantũ, qui vicinus est Episcopus, ad eam accedito,

Iusta defuncto pontifici perſoluto,
 Hoc facto, ecclesię viduatę curam, e vestigio suscipito,
 Ne quid ecclesię illi, antequam ad eam adſciscatur, ordi-
 neturque antistes alius, officiat clericorum disſidentium, vel
 leuitas, vel ambitio, vel mala mens, prouideto, accurato.
 Cæteroqui, nulli alij id facere permittitor,
 Nullus alius se huic negotio immisceto,
 Quod accuratè obseruare, quando omnia pacatè degunt,
 quando nihil discordię commouetur, vt æquum, censetur.
 Ita si quid horum accidit,
 Si quid motus concietur
 Si quid obrepat disſidij,
 Rerum tunc orbatę ecclesię, Vicinis,
 Vicinarum ecclesiarum Antistitibus omnibus,
 Præfulibus, præfectis, inspectionem, descriptionem, procu-
 rationem, recensionem, sedulò demandari operæpretium
 esto: Hęc, exequiarum tempore, vicinus ille episcopus, vsq;
 ad septimum, à morte præfulis defuncti diem, vel vsque ad
 nouendiale sacrum agendum peragito, pertractato, perfun-
 gitor: Deinde, mandatum metropolitani Antistitis, viduatę
 ecclesię illi, referto, exponito, Simulque, cum omnibus san-
 ctis episcopis, mortuum Antistitem solenniter sepelito, ter-
 ra condito, tumulato, Iusta peragito, sacrumque nouẽdiale,
 Nec quisquam alius, ad ecclesiam, quę suum amisit admini-
 strum, nisi metropolitani præfulis literis, eo inuitetur, euo-
 cetur, attrahatur: accedendi, curandi, attingendi ius habeto.

Ex Agathensi Concilio

Cap 14.

Quę Agathensi quoque concilio, in hanc rem acta sunt,
 nunc excerpenda, Agathę enim (de qua vrbe mentio est
 apud Ptolomęum, libro secundo, capite decimo, tum apud
 Plinium libro tertio, capite quarto) asſistere in Basilica diui
 Andree ad idus septembris, Messala romano, consule, tri-

R iij

ginta quinque sacri Patres, atque illis de communi sententia, canonum sanctiones tres & septuaginta edidit, ius, formam, officium, statum, legem, primum, Episcopis, Cœnobiarhis, dein clericis, sacerdotibus indicentes.

Igitur canone 17. sic dictum.

Episcopum, ante triginta ætatis suæ annos, metropolitanorū antistitem nullus, ordinato, ^a neu sacro

^a ca. episcop^o benedictione lxxvii. distic. Ea sola tricennium annorum ætas, ad petendam, consequendamque ordinationem consecrationemque pontificalem, legitima censetur, Quod viridis sit ea ætas, quod matura, quod ab ea, non presumatur abesse sanum iudicium, Antè verò, ordinatoris præsul quisquam sacrorisq; fungens officio, vllum hominem, ne ordinato, neu sacro, Adeò mali exempli factum, in rem sacram ne inuehito.

Canon 27.

Nemini, cœnobiium nouum constituere, & condere, citra episcopi vel permissum, vel approbationem, liberum esto, ^b

^b ca. de monachis xviii. quest. ii. Nemo, tantum in ecclesia iuris, sine sacri huius magistratus assensu, sibi arrogato, desumito, vindicato. Canon 33.

Episcopus, alium, præter ecclesiam, heredem relinquere, nolito.

Si quid de bonis ecclesiæ donarit, distraherit, idque ecclesiæ vsu, causa, vel necessitate nequaquam exigente, quod distraherit, erogauerit, irritum habetor, iure non subsistito, iure

^c ca. episcop^o qui. xii. quest. ii. non firmator ^c

Si alium quemuis heredem facit, de bonis, quæ ab eo, heredi huic obuenerunt, ab herede ipso, indemnitati ecclesiæ, cõfulitor, heres is ad id prospiciendū cogitor, iacturam, si quã illa fecit, ea iactura ab hoc refarcitor, de damno, si quod passa est, cautum illi ab eo esto. Adde quidem & quod proximo superiori huiusce canonis capite, dictum est, de ecclesia à Presule, herede scribenda, ita accipito, uti Antistes, sibi, per canonem, id faciendi datum putet consilium, non etiam impositam necessitatem, quam obrem, alium, quam ecclesiã, si vult heredem instituire, neuiquam prohibetor,

Quod & eodem Agathensi cõcilio, canone 48^o. declaratum videtur.

Episcopi, innoxios, homines vel exiguam culpam, parue cuiusquam rei sustinentes, diris ne configunto, a bonorum cõtutu ne abigunto, A sacra matre ne submouento, neu interduntur. Si id faciunt, vel eo facto, ipsis abdicatis, cupientibus restitui, veniam petentibus, in id, toto nixu festinantibus, Maledicti, diris & excommunicationis latere nolunt facere gratiam, A vicinis, proximisque regionis suæ præsulibus, suæ temeritatis, sui erroris, suæ pernicietatis, per literas, admonentor. ^d Episcopus, manibus suis, nullum prorsus hominem ^d ca. episcopi si sacerdotali vi. quest. iii.

Nullum verberato,

Affligito, pulsato,

Istud enim, à sacerdote summi dei, alienum esse debet, quæ par est, manus abstinere ab omni verberare. ^e

EX CONCILIO CHALCEDONENSI:

^e ca. nõ liceat lxxxvi. dist.

Cap. 15.

Non prætereunda nunc ordine suo, religiosa Chalcedonensis cõcilio, in ea enim, cum acta sunt multa, quæ sunt huiusce contemplationis, tum verò inter celeberrimas, non postremas partes obtinet, tam causæ, ob quam indicta est, nomine, nempe, ut obrueretur, euertereturque penitus, Eustichii, & Dioscori peruersum dogma, quàm religiosorum patrum, qui ibi interfuere, numerosissimi, ac celeberrimi conuentus gratia: vix enim legitur alibi vnquam, conuentus, Reipublicæ nostræ causa peractus, maior, aut frequentior, nam, ut volunt quidam, adfuere ibi, septingenti, & triginta põtifices Alii verò, quingentos & triginta recensent, sunt etiam, qui sexcentos & triginta dicant. de numero quidem inter scriptores non satis conuenit, constat tamen sub tempora, quibus Leo primus, in regimine ecclesiæ, principem locum obtinebat, & Valerianus Martianus Romanum regebat imperium, anno Christi, ex aliquorum sententia quadringentesimo quinquagesimo secundo, habitum fuisse,

R. iij.

in vrbe Chalcedone, ea, qua dicitur fuisse de causa, istud cōcilium, cuius etiam meminere imperatores Valentinianus & Martianus, in Codicis libro. Est verò Chalcedon, ut id etiā ex instituto nostro, non dimittatur, oppidum Thraciæ, ad Bosphorum Thraciū, non procul à Bizantio, imo ex aduersum, situm, de quo, verba faciunt Ptolomæus, libro quinto, capite primo, Plinius libro item quinto, capite trigesimo secundo Strabo. libro. 12.

Igitur ex isto concilio, in ea ciuitate celebrato, hæc habentur, ad rem nostram.

Ex secundo canone.

Episcopus, nullum in ecclesia per pecuniam, pontificem ordinato,

Neminem, pecunia corruptus, presbyterij honore insignito,

Neminem sacrato,

Neminem, per has fordes dicato,

Non diaconatus ordinem, nūdinatione, quæstiuè impertito

Non ad gradum subdiaconorum, per nūmos promoueto.

Non clericum facito pecunia,

Non vllum quemuis, vlli cuiuis, in ecclesiastico ministerio, hac turpi de causa, locum dato.

Oeconomicum, alium vè, qui regulæ & præscripto sacerdotali subiiciatur, obnoxiusque fiat, per stipé, neuè facito, neuè promoueto: si contra, Episcopus quisquam ausit facere, si tentasse probetur, in discrimé degradationis venito, In dubium, aleamque proprii ordinis deuocator: Ignominiosè missionis periculum illi esto, Interim, qui ea via ordinatus est, qui sacratus, qui minister in ecclesia constitutus, Qui sic œconomus factus, nihil ex ordinatione, per ambitum nummariam licitationemque incestam facta, iuuator. Nihil proficito.

Nihil omnino consequitor,

Quin

Quin dignitate, quam nefario commercio sibi quæsiuit, statim pellitor. Cura quàm iniquè suscepit, æreque comparauit, illicò relinquitur, ouili, in quod furtim, & aditu illicito intrauit actutum exigitor.

Si quis verò, ea in re proxeneta fuit, si quis turpis conciliator, internuntius, Si quis in summa huic foedæ rei, viam aut occasionem vllam, aperuerit, si quidem clericus est, suo ordine depellitor,

Si, laicus, anathema esto.

Ex.3. illius concilij canone.

Episcopus, clericus, monachus, vel alia quæuis sacrata persona, Alienas possessiones ne conducito,

Manceps, redemptor, conductor, prophanæ rei, ne esto,

Procuratori bonorum, quæ alterius sunt, ne se immisceto,

Si tamen ad minorum ætatis tutelam, administrationem, curationem, quæ nequeat excusari, eum vocant leges, attrahât ducant, ritus, mos, consuetudo vel etiā inuitum, id suscipito,

Id facere non prohibetor,

Hoc pio, & necessario coactoque munere, non interdicator.

Si cui item, sacrato homini, pontifex ciuitatis, generaliter ecclesiasticarum rerum administrationem mandat, gubernacula committit, acurationem delegat, ac consequenter

orphonorum, viduarum, pupillorum, & reliquarum, id genus, personarum quæ alienum merent, & imprimis ecclesiasticū

auxilium, curam iniungit, eam ne detrectato, eam, charitate euangelica, accipito, eam sedulò, æquo liberoque animo,

non ægro, non grauato, non odioso, gerito, accurato, suscipito.

Quod si qui, præcepta canonis huiusce contemnit, prætergreditur, temerat, ecclesiasticæ castigationi obnoxius esto,

Ecclesiastica correctione tenetor, premitor.

d ca. si quis episcopus pro pecunia vii. quest. vii.

e ca. peruenit

Ex octauo illius concilij Canone.

§

Clericis, in parœciis, cœnobiis, collegiis, martyrum phanis, vitam agentes, imperio illius, qui in ea ciuitate, in qua sunt, præsul est & pontifex, subiiciuntor, in potestate illius sunt, sub eius obsequio tenentor, Qui verò homo, episcopi non vult imperium perferre,

Qui non vult stare in officio,

Qui temerè vult iugum exuere,

Si sacrati ordinis est homo, secundum ordinem, cui est ascriptus, vtque fert personę, quam sustinet, character, Canonibus cohibetor,

Canonum præscripto, punitor;

Ex canone, damnationis pœnam luito,

Quòd si is, cœnobio, quouis ex voto, sit addictus, sacra communionem mulctator, diuino cibatu excluditor,^f

Diuina mensa abalienator

f ca. quidam
monacho
rum xviii.
quest. ii

Ex canone decimo septimo.

Vna queuis ecclesia pontificia, prouincia, fanũ, ædes, vel parœcia queque vicariorum, vel alia, sub eius antistitis ditione qui antistes, eam, citra vim citraque controersiam, triginta annorũ spatio, gubernarit, rexerit, tenetor, imota pmaneto, hinc non excutitor, Sed si intra id prædictum tempus acciderit, hac de re, dubitatio, tũc eis, qui se in hoc, rebus in suis læsos astruunt, queribundum, apud conuentum prouincialem,^g ob læsionem, iudicium, intendere ius esto.

g ca. per sín-
gulas xvi.
quest. iiii.

Ex decimo octauo Canone.

Si clericus, aut monachus, vel coniurationẽ in episcopos cœpisse, vel infidias præsulibus, aut reliquo cuius, sui instituti, suęque conditionis homini, dicitur tetendisse: sitque in eo deprehensus, compertus, interceptus, gradu suo^h honoreq; prorsus deiicitor, ablegator,

h ca. coniura-
tionem xi.
quest. i

Verum enim, quæ fuerit causa habendi huiuscœ concilij, id quidem nos à Nicephoro ecclesiasticę historię enarratore, peramplè edocemur, hęcque commodè subiecimus ne

quid eorum relinquatur, quæ ad institutam scriptionẽ pertinent. Igitur ea causa fuit, Theodosius minor Romanus imperator, vxorem duxit, impij atque scelerati animi, ea vxor errori cuidam nephario, aliquot tum antè diebus exorto, ad stipulabatur, illumque, fauore suo alebat in ecclesia: porrò is error, post abolitum sublatumque, dogma Nestorianũ tum rursus, in perniciem hominum enatus est, atque illius principes præcipui, auctoresque fuere, impuri duo homines, Dioscorus scilicet antistes Alexandrinus, & Euthices, abbas Constantinopolitanus, à quo item Euthice, error ille nomẽ supsit, dicta enim est Hæresis Euthiciana, cuius hæresis meminere ecclesiastici scriptores, ferè omnes, atque præcipuè monachus ille Gallus, vetus autor, qui hæresum prisicarum capita paucis, & elegantissime descripsit: cuius hæresis hoc præcipuum caput fuit, in Christo quidem verum esse, vnã modò personam extitisse, at in eo item duplicem naturam humanam scilicet, atque diuinam, numquam ita simul fuisse, vt vtraque perfecta esset, suisque seorsum fungeretur officij, at duas illas, diuinam & humanam, siuè dixeris hypostasies seu substantias, in naturam vnã prorsus coaluisse, ex quo fieri, vt neutra separatim vim suam aut facultatem exeruerit, ex quo item cõsequi, Christum seruatorem nostrum aut verum deum, aut verum consummatumque hominem nequaquam extitisse. Quæ quàm ridicula sint, inepta, atque impia, id sanè per se patet, res enim ipsa loquitur, Et tamen hisce, vt erant mala tempora, Eudocia prædicta coniunx Theodosij, summo fauit opere, tantũque valuit foeminæ huiuscœ autoritas, atque ad eò impotentia, vt ea de causa, in Ephæso vrbe, synodus fuerit coacta: ibique per vim, error ille Euthicianus, hæresisquẽ Dioscoriana, sint nephario comprobata suffragio, verũ, pauco post tempore, omnis illa rogatio Ephæsiã, quæ appellata est, secunda, synodus Ephesiã, radicitus extirpata est, abiitq; ab ecclesia, vt pote damnata, apud vrbe Chalcodonẽ, Nam

euenit, vti defuncto Theodosio, soror ipsius, Pulcherrima nomine, valde pia foemina, cuius praecipua cura, atque opera Martianus factus est imperator, à pontifice summo exorauerit, impetraueritque comitia: quibus in comitiis, habitis Chalcedoni, peracta est Synodus illa Oecumenica, quae inde Chalcedonensis quarta est dicta, qua in synodo, sublatus est atque improbatus error ille, quem Euthices in ecclesiam induxerat, explicatumque fuit, verum esse, in Christo: vnam modò fuisse personam, verbi scilicet diuini, & coelestis maiestatis: quae in trinitate consistens eadem est cum patre substantia, vnaque & equaliquum interim mortali humanitate, minor sit etiam ipse Christus patre. Porro autem verbum illud diuinum, ita coagmentatum atque absolutum fuisse, vt in eo, hoc est, in Christo, duae perfectae, consummataeque naturae, diuina, scilicet & humana, verè, reque ipsa, extiterint: sitque idem Christus, tum perfectus, verusque homo, tum perfectus, verusque deus, atque ad haec, eo in concilio, tum additum: Qui contra senserit, anathema esto.

Improbata etiam fuit Apollinaris opinio, praefulis Anthiochani: hic sanè, Apollinaris doctus homo fuit, eoque aliquando praepceptore, Hieronymus est usus, & qui etiam Apollinaris triginta voluminibus impietatem Porphyrij confutarit sed more hominum, in errorem praepceptus datus est: isque error foedus fuit atque ineptus, aiebat enim primo, in Christo non fuisse animam, at corpus solum humanum: porro diuinum verbum, in Christo, gessisse vicem animae, postea: ab eo errore discessit sed in alterum incidit, qui minor non fuit, aiens, Christum, animam quidem sentientem habuisse, at in eodem Christo rationale hoc est, animale qui in hominis consistit sensu, hominis abfuisse animam, qualis in omni alio homine adesse solet sicque: inficiabatur, ambage quadam inepta Christum fuisse verum hominem, vt potè, qui mentem humanam, animamque hominis neutiquam assumpsisset, quum ad purgandum mentem humanam, efficiendumque sanctum, hominis animam, atque à labe primigenia: vel originali & reliqua ite noxa eluendum, in hunc

orbem venisset, ille fuit error inuolutus, implicitusque, atque adeo foedus illius docti viri, qui eruditioni suae, & philosophorum variae lectioni plus nimio, plusque iusto fidens, vel tribuens sese temerè dedit in praecipitium: huic etiam errori, sine haeresi, obuiam itum est, hoc in nostro Chalcedonensi concilio, in quo interfuere Pascasius & Lucinus pontifices: itemque Bonifacius presbyter, a Romana sede delegati, in hocque ipsum, Romanae sedis vicarij, hique omnes, pio, fortique animo, hanc haeresim, ab ecclesia depulere, hoc addito, qui eam posthac sequi auferat, ab ecclesia eiicitor. Horum item patrum auctoritate, atque suffragio, confirmatus fuit Synodi Bizantinae, decretus antea canon, quo canone ita cautum erat,

Archiepiscopus Constantinopolensis, à Romano Pontifice, secundus esto,

Omnibus aliis Antistitibus quotquot sunt in mundo, Romanus antestator, praefertor, anteito,

Huic, alij omnes, in honore cedunto,

Refert hanc in rem, Diuus pater Hieronymus, Romano Pontifici, in Chalcedonensi concilio, id honoris fuisse attributum, vt oecumenico ei esse, & eo nomine appellari, liceret, nempe, princeps summus, & generalis ecclesiae pastor, vt nuncuparetur: quo tamen honore, atque nomine, ad sua usque tempora, abstinerint Romani omnes Pontifices, nullusque horum inuentus, qui hunc sibi adscripserit titulum, ob modestiam, inquit ille, & summam, quae tum vigebat, temperantiam. Itaque huiusce rei, pluribus, is, in locis, suis in epistolis, meminit. Et nihilominus, qui summi Pontifices post venere, non malè ab eis factum putandum, neque immodestè, quod hanc sibi debitam sumpserint nuncupationem, Nam publici refert exempli, morumque Politicorum, ac magnae Dei Ecclesiae emolumentorum, suum cuique, in Christianae Reipublicae corpore, & maxime capiti, honorem tribui.

Ita de eo loquitur Eusebius & monachus ille galus, verus auctor, cuius opus, de haeresibus, elegantissimum extat.

Contarenius in tractatu de summa conciliorum.

EX CONCILIO EPARNENSI,
*habito temporibus papæ Gelasij: huiusce nominis
primi. Cap. 16.*

Ex Canone illius concilii tertio,

Episcopi, sacerdotes, diaconi, canes nullos ad venandum,
Aues nullas, ad aucupandum, vnquam alunto,
Venatorum gregem, abhorrento,
Nulli arti tali, sese dedunto,
Qui fecus faxit, siquidem episcopus est Ollus trimestri spa-
tio, a sacris porrigendis, attrectandis abstineto,
Si presbyter, menses duos, sacrum ne conficito,
Sin diaconus, triginta dies, a ministracione submouetor,
A sacra communione, totidem dies arcetor, totidem dies,
ex officio nihil agito, nihil fungitor.

EX CONCILIO ROMANO
*primo, quod peractum est: Simmacho papa ecclesiam
dei regente. Cap. 17.*

ANno salutis quingentesimo, calendis martiis, Paulino
consulatu perfuncto, indicitur Romæ patrum conuen-
tus, peragiturque in basilica Petri, frequenti pontificum, &
sacerdotum senatu, cui conuentui præfuit Symmachus, pō-
tifex summus, ibidemque memorantur conscripta, quin-
que canonum capita, ex quibus, quæ ad rem faciunt, hæc
sunt.

Ex Canone quarto.

Si mors inopina Papæ contigerit, & de successoris ele-
ctione, nihil potuerit, antè, secundum canonum præscripta
statui, si clerus post omnis, de communi sententia, vna men-
te, vna voce, pontificium, in vnum hominem, elogium con-
tulerit, in electione illius acquieuerit, Pontifex is electus
consecrator,

Etenim, quem poposcerunt omnes, quorum id facere ius est,
quem concordi, & legitimo, quisque suffragio delegerit, is
Episcopus Romanus esto, renuntiator, Is insignitor, dica-
tor † sacrator, coronator. Si verò, vti plurimum fit, in eligē-
do, varient suffragia, studia, voluntates, Quorum contro-
uerfa est electio, is vincito, is superior esto: Is pontifex dicitur,
cui altero tanto plures accesserint suffragiorum cal-
culi, vel vt hunc referunt canonem alij, cui maior qui-
dem & numerosior, atque probator. multò adfuerit vo-
cum suffragatio
Qui tamen promissis corruptus, candidume ex rectitudine
animi, suffragium non tulerit, is sacerdotio careto, explo-
ditor, nihil in officio iuris habeto, ^a

De electione
romani pōti-
ficis & obser-
uatione quæ
in hunc
vsque diem
durat differe-
tur infra fu-
sus, nam
quæ hic adfe-
runtur fuere
immutata,

a ca, si transi-
tus, lxxix, dis,

EX SEXTA SYNODO RO-
*mana, habita sub Symmacho
pontifice Maximo.*

Cap. 18.

Quisquis immemor, memoruè interitus fui, in res lega-
tas ecclesiæ, & oblatas domino, temerè inuasit, posse-
derit, retinuerit, earum vsus, quocunque in loco sibi arro-
garit, sibi perperam sumpserit, adscripserit, grassans in Chri-
sti, domini nostri peculium, intercipiens bona seruorum Dei,
ministris domini, sacram hæreditatem auertens, malignè ar-
ripiens, odiosè denegans, is autoritate illius, qui eo in loco
gerit Pontificem, liminibus Ecclesiæ primùm arcetor,
Illinc excluditor,
Illuc itionem non habeto,
Indignus quippe est, altaribus sacris admoueri, qui altaria
diripuit, qui altarium res, sibi iniuste addixit, tum deinde in-
terfector is pauperum, tum & fur & prædo iudicator, pronun-
ciator, traductor, Hæc tamen, hac in re præcautio, &
moderatio adhibetor, primùm occupator ille grassator,

temerarius, & retinens rei sacræ, conuenitor, Restitutioni alienorum admonetor, æqui & boni rationem habeat, legibus hac in re pareat, rogator, interpellator, vrgetor, Si non facit, si monita negligit, tum ad atrociora illa, modò posita deuenitor.

*EX SECVNDO AVRELIANEN-
si Concilio. Cap. 19.*

AVreliani, quæ Genabensium ciuitas est, nono calendas Iulij, anno regni Childeberti Francorum principis, vigesimo secundo, habitum est patrum concilium, Vigilio Romæ Pontificatum summum gerente. quo in concilio viginti & octo patres assedere, tulerunt; & promulgauere duos & viginti canones, horum verò canonum pars maior, ad Archiepiscoporum, Episcoporum, cœnobiarcharum, hominumque, genus omne, Ecclesiastici cœtus, functiones, officiumque pertinet.

Ex canone illius Cornelij primo.

Nullus Episcopus, à metropolitano Antistite suo, ad concilium, ordinationemue collegæ, sacerdotis, cõfortisque in ministerio sui, uocatus, accitus, ni iusti ueniendi tædij, aut impedimenti alicuius, causam adferat, uenire recusato.

Ex tertio canone.

Episcopus nihil omnino nummi, foediue lucri, in causis decidendis, Episcoporumque, aut reliqui sacri cleri, ordinationibus faciendis, ligurito, neu accipito, vt, quem decet, nempè Dei sacerdotem, sordibus nullis esse obnoxium, nihil cupiditate foedæ accessions vanale habere, nihil omnino turpi ex quæstu, arrogare.

*EX CONCILIO AVRELIANEN-
si tertio, Cap. 20.*

DVm vicesimum sextum regni sui annum, ageret Childebertus, Gallorum rex, Paulinus verò iunior, consularum

latum Romæ gereret, ea circiter tēpora, quibus etiam Vigilus Apostolicam sedem regebat, peragitur Aurelianensi in vrbe, Aurelianense tertium concilium, quo in concilio, cum interfuissent viginti sex Episcopi, triginta tria canonum capita edixere. meminit quidem huiuscōciliij Gratianus, in magno illo suo decretorum volumine, non tamen clarè, istud tertium citans, sed generalibus tantum verbis, Aurelianense cōcilium proferens, perspicuum tamen est, de tertio Aurelianensi, illum loqui velle, quum canonem, tum referat, quem satis constat, eo in tertio Aurelianensi concilio, sancitum, præscriptum fuisse. ^a

^a ca, si quis,
& ca, abbatibus,
& presbyteris. xii,
quæst. ii,

Ex decimo igitur quinto canone, illius Aurelianensis concilij tertij, hæc habentur capita, Episcopi, in dioceses alienas, ad alienos clericos, ordine sacro insignendos, ne accedunto. Episcopi aliena in dicecesi aras, altaria, vasa, non cõsecrãto, neu dicanto, neu benedictione lustranto, Qui episcopus, huic legi non paret, qui contra eam, quid incipit, agit, tum quos promouit, : quos sacris insigniuit, olli exaugurãtor: Olli sacris remouentor Quæ tamen altaria, Deo addixit, dicata, augusta, consecrata manento, At ipse infractor canonis temerarius, anno vno, charisterio ne operator, Anno vno, missæ sacrum non facitò.

Ex quinto canone illius concilij.

Donaria, quæ templis offeruntur, quæcunque tandem sint, fidei episcopi commendantor, Illius potestati addicuntor. Ille, de his liberè statuat, Quæ visum fuerit, in ædem sacram, templum, Basilicam, reficienda, impendat.

Ex septimo illius concilij canone.

Qui episcopus, inuitum, reclamantem, ad ordinem sacrum promouerit, sustulerit, rapuerit, is poenariæ sanctioni, anno, ita subiicitor, vt anno, missæ sacrum ne faciat.

EX QVARTO AVRELIANENSI

Concilio. Cap. 21.

DVm Childebertus in Frácia regnat, & Pelagius Romæ Pontificem summum agit, vel ea circa tempora, indicitur Aureliæ, Aurelianus conuentus quartus, ibi adsunt viginti tres Episcopi, suffragium dant, subscribuntque concilio, & quæ sequuntur fanciunt,

Ex primo canone illius concilij.

Sacrofanctum Paschatis festum, ab omnibus vbiq̃ue Sacerdotibus vno tempore, vno certo die, indicitor, celebrator, peragitor.

Ex secundo illius concilij canone.

Quadragesimã, vniuersę ecclesiæ æquali modo obseruãto,

Ex tertio canone.

Qui, cuiusmodi sit is ex principibus ciuitatis, qui extra ciuitatē, in agrouē, seorsum, Paschalem diem vult celebrare, id ipsum sibi, sacra à synodo, interdum scito,

Porro, præcipuum festum quoduis, solennēque sacrum, in præsentia Episcopi, indicitor, celebrator, ibi religiosus conuētus peragitor, ibi Christianus populus conuocator, Si qui sit tamen, qui necessitate astrictus, certam quandã causam adferat, quominus, hæc obseruare queat, Episcopũ ipse adito, secusq̃ue faciendi permissionem petito,

Ex sexto canone.

Parochi omnes, curati, clericiq̃ue, in sua quisque degentes ecclesia, statuta, morēsque viuendi, canonum præscripta, & leges, à suo quisque Pontifice, legendas sibi accipiũto, tum vt instituantur ipsi, tum, vt populũ, ipsi quoque instituant: ne ipsi & populus, quæ ad salutem suam spectant, dicãt sese postea ignorasse, & hac ignoratione, excusationem prætexant errorum, falsam quidem, & Deo non probandam.

Ex canone septimo.

In fana Iesu Christi, in ædículas sacras domini, aduersus voluntatem Episcopi, cuius in territorio sita sunt ipsæ ædícula, sita fana, peregrinos Clericos, Clericus nullus, intro-mittito, inducito.

Ex canone octauo.

Qui sacro lauacro baptismi primũ imbuti, dein hæresi correpti mala, postmodũ resipiscentes, catholicæ fidei, Christianoq̃ue cupiunt restitui consortio, de his, Episcopi, pro sua quisque prudentia, statuunt, iudicant.

Ex decimo canone.

Nemo quisquam episcoporum, digamum aut mulieris quę bis nupserit, virum, aduersum canonum scita, sacris, sciens, Sacerdotalibus addicito: Si facit cõtra imperium illi Pontificale, in annum integrum abrogator,

Sacerdotalis põtificiũque magistratus officio, pro eo annuo tempore is exigitur, submouetur, abdicator,

Quod si qui item sententiæ hac de re non paruerit,

Si hanc temerè contempserit,

Si huic, se non subdiderit,

Huius contumacis hominis consortio, cõgressu, colloquio, ad synodum vsque proximè subsequuturam, toti fratrum collegio interdicator, Hunc nemo, ad id temporis adito,

Nemo fratrum, cum eo cõmunicato, Qui verò interim, illicitè, ab eo sacris sunt donati, olli exauthorator, exaugurantor, sacris submouentor, degrandantor.

Ex 12. illius concilij canone,

Si inter episcopos, de possessionibus, agris, bonisque terrenis oriatur quid disidij, hoc ipsum totum, intra anni spatium, aut inter eos transigitor, aut adhibitis delectisque iudicibus controuersia omnis actutum finitor: si secus sit, resque ipsa, dum causa præfecetur, litisque origo funditus abrogetur, differtur componi, is, qui distulerit, à charitate dilectionēque fratrum, alienus prorsus censetor,

Extraneus quidem, & non frater existimator, quippe quia iniustum iniquūque est, vti qui pro magistratu præsumunt aliis; debentque omnibus, optimè atque pacificè vitæ exemplum edere, inter sese, quacunque de causa, vel quacunque ob occasionem, serant cōtrouersias; Per hæc, ne putato aduersum iudiciales forensēsque causas, quæ cum ratione, ac decore iustitiæ inter partes contendentes disceptantur, quicquam adferri præiudicij: non enim evertitur hîc politia, benèque morata; & bene cōstituta Reipublicæ ordinatio, At concordia modò, pax, & animi tràquillitas cōmèdatur.

EX SECUNDO TURONENSI
Concilio, Cap. 22.

DVm Pelagius primus, Pontificatum Romanum gereret: temporibus circiter Chereberti, vel etiam Childeberti, Francorum regum, nam sub quonam horum regum, id contigerit, inter autores parùm conuenit. Et ego, in re ambigua, nihil planè affirmo (cùm etiam parùm intersit, vtrouis horum regnante principe, id sit factum) dum constet, circiter hæc tempora, Turonensi in ciuitate, coactum fuisse Turonense secundum concilium, cui interfuerunt octo, in sede Romana, atque ecclesia conscripti patres, qui viginti octo canonum capita, edidere, quibus quidem canonibus, illustratur, vt cùm maximè, Ecclesiasticus ordo, hi autem canones, ita habent.

Ex canone septimo.

Episcopus, Abbatem vllum, Archipresbyterum uè, nisi de Abbatum omnium, Sacerdotumque, qui in eadem degunt prouincia, consilio, atque sententia, gradu suo ne submoueto, loco suo ne eucito,
Nihil in summa, hac in re addito, nisi, ascitis consultisque prius, tum cœnobiarchis suis, tum presbyteris prouincialibus cunctis, quorum iudicio, res tota transfigitor.

Ex octauo illius Concilij Canone.

Qui Episcopus, hominem, cui homini, suus episcopus, sacra communionem interdixerit, arcueritque à cœtu piorum, ad sacram communionem, cœtūque piorum ausus sit, sciens, deq; interdictione admonitus, recipere, admittere: episcopus is, qui hæc temerè fecit, ad proximam vsque synodum, à sacris cœtuque piorum abarceator.

EX. II. & 14. Canone.

Episcopus nullus, sacerdos nullus, diaconus nullus, aut hipo diaconus, monialem, vllam, viduam, vel aliam quacunque peculiarem ancillam, domi suæ habeto,

His foeminis, neque veluti domui præpositis cellæuè, aut vinaris, aut penaris, neque veluti familiarium rerum aliarum seruatricibus, promis, condis, in edibus suis horum quisquã vtitor, has penitus à se segregatas habeto, Alioqui multa ei esto, vt videbitur potestati maiori: Mater tamen, soror, aut filia, si lubet cum horum quouis homine, versantor, Nulla, in tam honesta, tamque arcta coniunctione & necessitudine ob communem, vsum hospitij, suspitio mala suboritor, sub iicitor.

EX. 12. Canone.

Metropolitanus Antistes, prouinciales episcopos suos: prouinciales item episcopi, metropolitanum antistitem suum, si accidit, vti qui horum, à clericis suis cōtemnatur, inuicem adiuuanto, solantur, omni concilio atque nauitate, hac in re, hac in clericorum contemptione læsum sustentanto, deniq; mutuas hîc præbentō operas: Nam si episcopus, cui resistūt sui, cum se male accipi sentit, à fratribus suis, non subleuatur solatio, vel suos ipse fratres, accepti, accipiendi uè solamini, non admonet: nescio, quomodò, cum sese sistent omnes, ad tribunal summum, rationem facti sui, domino sint probaturi

T iij

EX CONCILIO, QUOD QVINTO
loco, in comitiis Aurelianis habitum est.

Cap. 23.

Tempore Pelagij pótificis, huiusce nominis primi, quinto Calendas Nouembris, cum iam Childebertus, rex, Francorum regno, octo & triginta annis, præfuisset, indicitur, peragunturque Aureliæ comitia, quibus in comitiis, habetur Aurelianense concilium quintum, cui concilio quinto interfuere quadraginta septem episcopi, sciuerique pro bono publico, & religione Christiana leges multas, in tres & viginti canones dispersitas, quos quidem canones, & ipsi patres qui adfuerunt, suffragio suo comprobauerunt, & hos comprobatos subscriptosque, edidit ad populum, quorum, qui spectant, ad propositum nostrum, hæc est collectio.

Ex vndecimo Canone.

Vt bene, rectèque antiqui canones præcepere, Episcopus, nullus, præsul nullus, Antistes nullus, ad episcopatum, præsulatum, antistitium, inuitus & ingratus accersitor, nullus, repugnanter, egrè, hunc honorem adsumit. Sed nec inuito clero, reclamante populo, ad hanc dignitatem conscendit. Ciues, item, populus, clerus, à potète nullo, à magistratu nullo, à rege & principe nullo, oppressionis vi comminationumque & impressionis vllius terrore, ad suum, in efficiendo homine vlllo antistite, præfule, episcopo, interponendum consensum, coguntur, Ad id non compelluntur, via mala, arte mala, Ad id nulla vi, nullo terriculo inclinantur, adiguntur, Hoc quidem pro magno piaculo habetur, hoc quidem dici cogitari, nedum fieri nefas ducitur, Si fit, si infringitur canon, si legi mos non geritur, pontifex ipse, antistes, præsul, qui ea mala via, per terrorem, & violentiam, multo magis, quàm per libera & legitimè decreta suffragia, eo honoris, dignitatis, bonique, aspirauit, abrogator,

Honore malè parto, detruditor,
Pontificia dignitate, in omne tempus, deiicitor, arcetor.

Ex duodecimo Canone.

Nullus homo, in locum viuētis episcopi, sufficitor, supponitor supinducitor, Nullus porrò, sacratas antistitum, qui viuunt, exuuias, captato, ambitu: viuētis sacerdotium ne affectato, Si tamen episcopus, Antistes, præsul, nefarij flagitij sit compertus, capitalis sit damnatus iudicij, gradu motus, Illius pontificatum, præsulatum, antistitium, idoneus alter, quidam canonicè accipito, legitime subrogator.

Ex nono illius Concilij Canone.

Prophanus homo nullus, laicusque in episcopatum assumitor, recipitor, nisi prius anno vno, vitam ecclesiasticam degerit, in sacrato viuendi modo perstiterit, inter homines diuini cleri, sit versatus: ante itaque tantum temporis in ecclesiastica permansione spatium, hoc est annuum, ad pótificatum laici, prophanique homines, ne accedunt, neu præeūto, neu præcurrunt,

Quo quidem tempore, laicus ille, ad pontificatum, præsulatum, antistitium, promouendus, a doctis viris, scientibusque rerum diuinarum, accuratius docetor, eruditor, imbuitor rebus diuinis, & ante tamè clericali caractere insignitor, sacre fortis esto. Si qui hunc modum non seruarit,

Si qui laicus homo, alia, & præpostera ratione episcopus sit factus, is tandem, quicūque sit hoc præscriptum transfilerit, effregerit, temerarit, idque quacūque de causa, anno tum ille suspenditor, per id temporis ab officio deponitor, A consortio patrum, charitate, officio, beneuolentia, vsu, annua die, extorris esto.

Ex octauo canone.

Qui pontifex, naturè concessit, diemque suum obiit, in ea porrò ciuitate, cui pontifex erat,

Episcopus nullus alter, in ea sacra prouincia, quę defuncto attribuebatur, pontifex nullus alter, antè substitutionē, suffecti, & acciti, per ordinem, decretum, præscriptumque, ac legitimum suffragium, successoris, clericos ordinare, altaria cōsecrare, dicare, aut quid aliud, de rebus ecclesię arripere audento.

Si quis, quid facit contrā,

Si quis hosce canones temerè impudenterque excedit, confringit, die illi, à pontifice, dicta, citra vllam moram, citra vllam procrastinationem, actutumque, & bona fide,

Ablata restituito,

Perperam arrepta reponito,

Damnum omne refundito, refarcito,

Et suę verecundię, suo pudori, ita agens, consulito,

Ni id facit, ni spontè restituit, aut vlli, hac in re, cuiusvis præci, vlliue interpellationi, locum haud relinquit,

Quin, sua in malitia, obstinatè perseuerat,

Anno, à sacro missæ, abstineto,

Anno, rem diuinam ne facito,

Sacro sancto Eucharistię sacrificio, tandiu, non fruitor, non pascitor, non reficitor cibo dei.

EX CONCILIO. TOLETANO

tertio. Cap. 24.

DVm in hispania regnat Richardetus, die octauo iduum maij, Aera 600, & 27, in regia Toletana ciuitate, conuenerunt patres, de rebus publicis, inter se consultaturi, fuere autem tum, ex omni Galicia, tum ex Hispania alia, pontifices numero septuaginta vnus, quibus, rex ipse Richardetus, & suffragatus est, & hunc sanctissimum conuentū, deliberationēque comprobauit, & subscriptione sui nominis, scita concilij confirmauit, & actis omnibus, auctoritatem regiam interposuit: Inter præclara autem concilij facta, id vnum memoratur laude dignum maxima, quod Arriana hæresis, que hispaniam

niam omnem foeda labe infecerat, maximo totius Reipublicæ bono, damnata est: Quia autem, hoc in cōcilio, de æra incidit mentio, non alienum ab instituto faciam, si in transcurso, quæ de isto æra, apud doctissimos homines, longa, & varia lectione legi, hîc fusius aliquanto, attexuero, adscripte roque: rem me hercule, cum scitu per se dignissimam, & maximè iucundam, tum longè obscurissimam, offusamque sumis tenebris, & quæ studioso conciliorum lectori, potest aliquam, obscuritate sui remoram iniicere, nam & in eâ enucleanda, viri multi, benè docti, hallucinati sunt, quia Barbara vox est, & à Barbaris primum coepta, atque vsurpata, sed antiqua tamen. Sciendum est igitur, consuetudinem Hispanis fuisse, annos ab Augusto Cæsare repetendi, sicuti omnes Romani imperij prouinciæ, in more habuerunt, tempora, à quorundam imperatorum ineunte principatu notare, donec receptū est, Laudabili more, inter Christianos, vti Christi seruatoris natalis dies, is esset, vnde ratio annorum temporumque duceretur, abolita omni alia, notandi tempora consuetudine: Sed tamen hispani, æra suam, tam obstinatè retinuerunt, vti mos ille supputandi durauerit, vsque ad Ioannem regem hispanorum, huiusce nominis primum, qui Ioannes rex, legē pertulit, anno Christi nati 1372. qua lege cautum, vti anni deinceps, atque tempora, à Christi, natali die, ducta ratione, non ab æra Cæsaris, computarentur. Quid autem significet istud æra, multi tum veteres tum recentiores, multa non sat accuratè tradiderunt, atque imprimis Isidorus qui librum conciliorum digessit, quique nusquam ferè, illis in conciliis, alia ratione tempus adnotauit. Ait autem æram, vt nomē, sic initium accepisse ab ære, hoc est, à tributo, quod Augustus Cæsar, tunc mortalibus cunctis, qui Romano imperio parebant, imperauit, cum edixit, vt vniuersus orbis, quemadmodum est in euangelio Lucę, describeretur. Hermolaus autem Barbarus, vir doctissimus, in eo libro, cui titulum fecit, Castigationes Plinianę, dum hanc dictionem nititur explicare, adferere æram, apud veteres, idē significare

ac numerum, inde fieri, ut cum dicimus, æra. 600. idem notetur, atque si diceremus, numero. 600. opinionem verò suam confirmat, auctoritate Lucilij, & Nonij Marcelli, veterum scriptorum: fuerunt & alię, de hac annorum ratione, scriptorum sententię, quas tum ob autorum obscuritatem, misas facio, tum quia fictitię omnes ac commentitię esse videtur. Nouissimè Ioānes Sepulueda vir hispanus eruditissimus in libro, quem scripsit de correctione anni, & mensium romanorū, hanc adfert huiusce vocabuli, in conciliis frequentissimi, rationem, & originem, Ait ergo, id planè, concessu omnium, constare hanc temporis rationem, quam æram hispani dicunt, ab Augusto Cæsare deduci, in cuius imperatoris gratiam, hispani nomen illud, in omnibus suis scripturis, tanquam gratissimum, quotidiana mentione celebratū esse voluerunt: Quemadmodum vrbes non paucas hispanas, ab eodem nominauerunt vti Cæsaraugustam, Pacem Augustam, & Augusto brigam, & si quę sunt alię: hinc fieri, ut hispani, annum ab Augusto primū adnotarint, deinde breuitatis gratia, vti olim fiebat, sicuti in omnibus antiquis notis, tabulisque æneis, ac lapidibus inscriptis, notare clarè, atque perspicere est, principia duntaxat trium verborū scripserunt, sed punctis distincta, in hūc modum A: E R: A: ita vt A, primum, pro anno, & E R: pro erat, & item A: alterum, pro Augusto posita censerentur: significarentque hanc sententiam, nempe (Annus erat Augusti) vnde factum sit, posteriorum socordia, vel temeritate, istud æra, vt omiffis punctis, eedem literę, primis duabus, in diphtongum, AË, coalitis, veluti in vnum verbum, confusè conscriberentur, fieretque illud æra, de quo tam sæpe vt dixi sit mentio, in conciliis, vt in hoc nostro, Aera 600. & 27. scilicet annus erat sexcentissimus, & vigesimus septimus, ex quo, Augustus, deuicto collega Antonio, rerum potitus est: Quę annorum supputatio, à Ioanne rege correctā est, sicuti dictum est suprā, & pro ea, vsurpata ratio sancta, à natiuitate Christi annotandi annos, & tempora: hæc habui, quę hūc

obiter, dicerem, quę, puto lectoribus, ob dictionis obscurę, & in conciliis frequentis explanationem, non ingrata futura, ad rem nostram nunc redeundum.

Hoc igitur in Concilio, Toleti, habito, multa sanxere Patres, atque primū, de episcoporum functione, ita in canone illius Cōcilij primo habetur.

Ex canone primo,

Nullus homo, qui sacro sit honore indignus, ad ecclesiasticas dignitates aspirare audeo, Nullus, aduersus canonum statuta, hunc sibi honorem deputato, adferito, Nullus, hoc sibi deberi bonum, quo indignus est, ex merito nescio quo alio, prætenso, prætextoque, proponito, prosequitor,

Ex Canone secundo.

Omnibus in fanis, omni in eade sacra, symbolum dominicū, dominica die, coram populo, recitator, legitor, Eum morem, omnes ecclesię obseruanto.

Ex Canone quarto.

Episcopus, cui ex vna ecclesiarum parocchialium, quas in sua habet diocesi, monasterium efficere, mens fuerit, quo in monasterio, degat religiosa monachorum corona, ad secundum quoddam præscriptum certamque quandam, regulam, vitam sanctè & piè, ibi agendam, id ipsum, de consensu, & sententia prudentum suorum hominum facere potest: Qui quidem episcopus, si etiam aliquid de rebus ecclesię, in eorum monachorum nutrimentum, & alimoniam voluerit erogare, id ei, non denegator.

Quod is, ea de causa donauerit, confirmator, modò id ipsū nullum alioquin ecclesiæ detrimentum adferat. Etenim, rei bonæ constituendæ, suum semper sanctissimi concilij autoritas, adfert consensum.

Et Canone septimo.

Quando quidem, ad mensam adferuntur sepè vanæ fabulæ, ociosoque, & futili sermone, tempus teritur: in omni sacerdotali epulo, in omni cœna, in omni commessatione, scripturæ sacræ leguntur.

Hoc diuino cibo, prandium omne sacerdotum conditor, Ita fiet, ut ad rem bonam erudiantur animi, & fabularum faceffat procul à cœtu sacerdotali, vanitas, aliòque abeat inutilis, illa nullaque ad rem necessaria, recitatio.

Ex Canone decimo nono.

Si qui, quæ nulla autoritate subnixi, fana ædificauerit, Aedes sacras construxerit, ecclesias condiderit, ea fana, eas ædes, eas ecclesias, aduersus omnem iuris autoritatem, legitimamque Antistitum suffragium, velint consecrare, dicare, addicere, religioni.

Ut ex eo maximè, nempe ex ea dicatione sacratam dotem, quam in ea contulerint fana, in eas ædes, in eas ecclesias, non esse episcopalis ordinationis, palam faciant, causenturque: ij incepto suo cadunt, dilabuntur.

Quodque, eo modo antea fecerint, id omne corrigitor, emendator,

Et ne deinceps fiat, edicitor, iubetor, ordinator, horum sanctorum omnium, ecclesiarum, sacrarumque ædium postulationis, tum & eorum accuratio, collatio, dispensatio, prospectio ad episcopum, de more, vsuque, attinet,

Illius arbitrio conceditor, remittitor id omne quicquid est hoc in genere ædificationum, negotij.

Ex Canone Vigesimo.

Episcopus, angariis, vectigalibus, canonis sibi faciendæ, atque munerum, pensatione, sacram suam prouinciam, ne prægrauato: nihil rei nummariæ, nihil sordidæ stipis, tributorum nomine nihil denique questus alius sua in dioecesi, extra ordinem, imposito, indicito, exigit,

Præter id vnum, quod veterum sanctiones, episcopis concedunt, a parocis, sua cuique sacra in prouincia, vel dioecesi, dependendum, exigendum, præstandum, nihil omnino quicquam aliud, in re nummariæ, aut aliò quouis in dono graui & quæstuario episcopi ipsi, nec a parocianis, nec ab ipsis, quos sub se habent, presbyteris, accipiunt, auferunt, extorquent. ^b

^b ca, quia cognouimus x. quest. iii.

EX QVARTO TOLETANO
Concilio. Cap. 25.

AT verò Toletum ipsum, ut habetur ex Ptolomæo, libro secundo capite sexto, alio nomine (ut etiam id hoc in loco non omittatur) Serezota dicta, urbs est hispaniæ, ea igitur in vrbe, coiere quartò Patres, iique numero sexaginta, concilii habendi gratia, atque id factum anno tertio regni, Sisenandi, hispaniæ regis, & galliciæ: est porrò Gallicia, ut id etiam obiter dicatur ex Plinio, libro quarto, capite vigesimo, regio hispaniæ citerioris: Itaque factus est is conuentus, nonarum decembrium die, Toleti quidem, quo conuentu, septuaginta canones, pro Christianæ fidei ampliatione ornamentoque pontificio patres condiderit, subscripsere, promulgauerit: quorum canonum, hæc est breuibus verbis, enarrata sententia.

Ex Canone vigesimo septimo.

Qui episcopus, presbyter, aut diaconus, vel inferioris ordinis sacratus & clericalis homo, motus est gradu suo, idque, iniuriosè, vel iniuste, nullo quidem merito suo, si postea synodo sancta congregata, reperitur insons nulliusque culpæ affinis, nihilo secius, qui, is fuerat antea, talis esse amplius nõ

potesto, neque loco suo planè restitui, nisi quæ sequuntur, accuratè obseruentur.

Ea igitur in eo restituendo, obseruantor,

Ad altaria primùm is se sistito,

Et si is pontifex est, per alijs pontificis manum, in pontificium gradum reponitor,

Amisillum honorem resumito,

Episcopali dignitati, solenni more, restituitor,

Recipièdo quidè horarium, pedum, vel lituum, tum & anulum, ac mitram, capitis pontificij insigne,

Si verò presbyter est, ab episcopali item manu, eodè in loco, patenam, & horarium sumito,

Quòd si diaconus, episcopus tum horariù & albã illi præbeto, Sin hypodiaconus, patenam, & calicem illi, pontifex largitor. Ac deinceps, reliquis in gradibus ordinis sacra-
ti, qui gradus inferiores sunt, is modus sedulò tenetor, pro suo cuiusque gradus munere, & ministerij functione:

Ita, vt ipsi, iniustè exautorati, ac de gradati, ea, dum restituuntur, recipiant, quæ, cum primò auctorarentur, ordinarentur, tum primùm acceperè.

Ex vigesimo octauo Canone.

Qui episcopus, qui presbyter, vel alijs quiuis homo, ex sacro clero, Ariolos, Aruspices, Augures, aut Fatiloquos cõsuluerit, Sortilegum vllum in consilium adhibuerit, Sagam vllam, Magam vllam, virù Apolline aut Pithone plenum adierit, his auscultauerit, is si homo talis sit compertus maleficij, temeritatis sic poenam luito:

Dignitatis primùm suæ, honore deponitor, abrogator.

Dehinc, in monasterium detruditor,

Ibi, censuram subitò erroris,

Ibi, plectitor,

Ibi, piaculum, expiato,

Perpetuæque noxijs poenitentia, commissum facinus, perpetratum sacrilegium, in omne tempus, deplorato.

Ex Canone trigesimo primo.

Protectionem sibi commissam esse populi, Defensionem impotentiorum hominum, sibi, à summo Deo demandatam, curamque pauperum, Episcopi, Pontifices, Præsules, Antistites, cognoscunt,

Certum habent,

Ea de re, non ambigunt, sed reapse eam tractant, gerunt gnauius pro officio.

Quamobrem, si quis pauper, si quis inops, abiectus, vilis: si quis angustæ sortis homo, conditi onisque tenuioris, à potente opprimitur, à iudice concutitur, à magistratu expilatur, conuellitur, impressionem vllam patitur, iacturam, aut damnum: Antistes, Præsul, Pontifex, potentem hunc, Iudicem hunc, magistratum hunc oppressorem, fraternè commonefacito, redarguito, sacerdotali seueritate castigato, vt desistat, vt pauperi turbam non moueat. Si facit, si mouet, si non remittit inualidiorem onerare iniurijs, denique si monita, si præcepta contemnit monitoris, Antistis, Præsulis, Pontificis: Antistes, monitor, Præsul, Pontifex, principem aditò, querelam apud Regem deferto, vt quos non mitigarit, flexeritque pontificia, & sacerdotalis admonitio, hi manu regia, summo iustitiæ iure, coerceantur, abstineantque ab iniuria, & improbitati modum ponant.

Quod si Antistes, Pontifex, Præsul, quid horum neglexerit, paruifecerit, non curarit, de eo, in cõcilio, reus defertor.

Ex Canone trigesimo quinto.

Episcopus, sua quisque in diocesi, ad paroecias omnes, quotannis pergito,

Prouinciam lustrato, ædes sacras recognoscito, recenseto, prouideto imprimis, an hisce in edibus, omnia sint facta tecta, an quid corruat, an quid ruinã minetur. Si tamè is, aut impediatur valetudine, aut aliquo iusto negotio retineatur, ita vt per se id præstare nequeat officij, presbyteros, diaconos uè probatæ vitæ, fidei spectatè ad eã ré alleget, qui exquirant explorent, noscant, super factis tectis templorum, tum.

a ca, episcopus presbyter, xi. quæst. prima.

a ca, si quis episcopus, xxvi, quæ. v.

& super fanorum reditibus, obuentionibusque, tum & inquirant, super vita ministrorum, & an omnes perstent in officio. ^a

a ca. episco
pum cunctas
x. quæst. i.

Ex Canone trigesimo sexto.

Qui pro Ecclesia laborem pertulere,
Qui pro fano aliquo, æde, templo, operam vigiliâsque impendere,
Si quidem Antistes, vel præfectus illius Ecclesiæ, fani, templi, pro quo fano, Ecclesia, templo, aliquid ab illis impensum est laboris, ipsis, in remunerationem operæ, quid vllū promiserit, spopóderit, receperit, siue id ipsum, quod promisit, recepit, spopondit, ager sit, siue bonum aliud, mobile, aut, non mouens, Id demum ita præstator,
Ad id item soluendum, fanum illud, ædes, ecclesia, ita demum compellitor,

a ca. quicum
que. xii. quæ
stione. ii.

Si promissum illud, munúsque remuneratoriū, ⁿprovincia-
lis concilij autoritate confirmetur. ^a

Ex Canone quinquagesimo.

Episcopi, in Cœnobia, id duntaxat imperij exercento,
Id solum iuris sibi, vindicanto,
Eam tantum potestatem sumunto,
Quod ius, potestatem, imperium, sacri canones ipsis cōces-
sere, hos ne transfiliunto, hos ne excedunto,
Igitur olli monachos, ad bene viuendum adhortantor,
Ne à præscripta regula discedant, admonento,
Bene agant, bene viuant,
Rebus in bonis, versentur, præcipiunto,
Cenobiarchas instituunto,
Religiosos sodales, sui officij commonefaciunto,
Si quid delinquant, Si quid in regulam peccent,
Si præscripta transeant, Animaduertunto,
Corrigunto,
Hæc enim agere, per canones possunt hi omnia,
Sed si quid sibi, nõ tributum, vel à canonibus interdictum,
in mo-

in monachos fumant,
Si quid arrogant potestatis nimia,
Aut in monasteriorum reditus, bona, possessiones, rapaces
manus iniiciant, si quid illinc, rerum auferat, tollant, aspor-
tent, sciant se interdictū, excommunicationisque vindice
censura, plexum iri, multatum, castigatum. ^a

Ex Canone decimo sexto.

Apocalypsis librum, diui Ioannis Euangelistæ esse, confir-
mant, tum multorum cōciliorum autoritas, tum multa Ro-
manorum Pontificum decreta, Tum doctorum, ^b sanctissi-
morūque hominum cōsensus ferè omnis, Quamobrem,
id in dubiū ne reuocator, neu suspectator, Quin, uti volue-
runt supradictæ autoritates, liber ille, inter diuina volumi-
na, recipitor, rescribitor, annuator, legitor, amator, co-
litor, uti par est & æquum, pro merito honore, Si qui sint
autem, ut multi sunt, qui libro illi autoritatem non adfe-
rant, Sed, ut subditium, vel adulterinum, negligant, con-
temnant, floccifaciant,

a ca. hoc tan-
tum. xviii,
quæst. ii.

b in hac sue
re sententia
Iustin^o mar-
tyr, & Theo-
dorus: illū
scilicet Ioāni
euangelistæ li-
brum sine du-
bitatione ad-
scribentes.

Quique eum deinceps, à Paschatis die, ad Penthecostes
vsque solenne festum, missarum sacri tempore, in Ecclesia,
non prædicarint, non publicarint, non legerint, olli omnes,
anathemati, & ecclesiasticæ interdictioni subiiciuntor.
Eum porrò librum, prædicto Euangelistæ asserunt atque
confirmāt, Hieronymus, Iustinus martyr, Theodorus, &
Ambrosius. cuius Ambrosij, nuper in ipsam Apocalypsim
reperiti sunt doctissimi commētarij, atque Parisiis in lucem
æditi, quos tamen cōmentarios quidā adscribūt Gregorio.

EX GENERALI CONSTAN-
tensi Concilio. Cap. 26.

DE ciuitatibus, quibus nomen est, Cōstātia, non est quod
pluribus differam: Patet enim, Constantiam in Cypro
esse, ciuitatem quidem primariā, & metropolim regni: pa-
tet item alterā esse in Gallia, hoc nomine, cui sedes est Epi-

scopalis, subdita tamen Archiepiscopatu Rothomagensi, Tum & patet, tertiam haberi in hispania, de qua, habetur in Plinio, libro tertio, capite primo. Quin & Arabia atque Syria vrbes habent, huiusce nominis, sed plura hæc nihil ad rem, satis est enim, si scitur, Constantiam, in qua actum est Concilium, de quo hîc agitur, oppidum esse in Germania, celeberrimum, cui etiam sedes inest pontificia, & episcopalis: in hac igitur Germaniæ Constantia, maximis de causis, congregati sunt patres, vt publica totiusque orbis Christiani peragerent comitia, hanc enim rem vrgebant multa, quæ tunc contigerant in ecclesia dei, de quibus, in generali concilio erat decidendum, transigendumque: certè id vnum potissimum patres accersebat, inuitabatque ad habendum concilium, quo, schisma aut dissidium trium Paparum, vel tolleretur cessaretque, vel ad concordiam reduceretur, Etenim, contigerat schisma illud, vel pontificum diuisio, maximo sanè Reipublicæ detrimento, cui, oportebat finem imponi, obturbabat enim omnia, & publicam pacem flagitiose interpellabat. Aderant omni ex parte factiosi homines, suum quisque tuebatur pontificem: vrgebat primum Balthazar Cosa, suisque clientelis innitebatur: hunc oppugnabat Angelus Corrarius, suffultus item maximo suorum fauore: vtrumque demum expellere nitēbatur Petrus à Luna, qui tres maxima tum cardinalium suggillatione pertinacique contentione (pace horum ecclesiæ hominum, sit dictum) per diuersa suffragia, in pontificatum obrepserant, tandem salubri remedio, in hocce concilio generali, huic malo prospectum est, pronuntiatumque, in duodecimo concilii consensu, vt ipse Balthazar Cosa, qui postquam pontificatum iniit, dictus est Ioannes vigesimus tertius, pontificatu pelleretur, nec ad talem vnquam dignitatem, per vlla electionis suffragia, acciri posset. tantumdem tunc, de Angelo Corrario sancitum est, qui dum rerum in ecclesia potiretur, nomen sumpserat Gregorii duodecimi. Nec minus, aut mitius actum cum Petro à Luna, a quo statim, vt in id magnum

sacerdotium assumptus est, ascitum fuerat nomen Benedicti decimi tertij. omnes quidem ij tres, maximo religionis bono, gradu suo per concilium moti sunt, meritoque quidem, nam magnas turbas excitarant, prodiderantque ex eorum nefaria concertatione, ambituque & scelerata nundinatione, in ecclesia Dei, factiones, rixæ, atroces minæ, impetus, insultus, impressio, vti videre est apud Platinam, in vitis Pontificum: tandem adueniente concilij huiusce decima quarta sessione, cum Carolus de Malatestis prodisset, proposuissetque in concilio, se mandati nomine, pro Gregorio duodecimo, Pontificatum eiurare, resignareque, Gregoriumque ipsum dixisset, hanc eiurationem publico bono condonare, quod publicum bonum, priuato suo bono, preferendum esse duceret, tanta publicè lætitia exorta est, vti omnium antè malorum obliti tum patres, tum oblitus populus, omnibus lætitiis incesserent, manusque sustollerent & gratias Deo agerent, qui ad suum gregem respexisset: itaque magno tunc omnium plausu, atque gaudio, in eadē vrbe Constantia, electus est in Pontificem Martinus quintus, abrogato tribus aliis sacramento, & spiritali imperio, sed dictum tamē, in gratiam & honorem Gregorij, qui, tum laudabili dimissionis consilio, famæ suæ prospexerat, maculæque veteris industriæ, & ambitus eluerat: vti acta, per Gregorium duodecimū, omnia cōprobarētur, cōfirmarētur, quæ quidē acta, fuissent ab eo canonicè cōcinnata, ad diē vsq; abdicatiōis, cessionisq; quā de pōtificatu spōtè fecerat, tum & eadē sessione, vel cōfessu, additū, vti ignominiosum de nunquā altiùs scādēdo decretū, aduersus Gregorium perlatū: de quo decreto egimus suprā, nō quidē in totū circūduceretur, vel tolleretur, sed tamen tēperamēto leniretur, eamq; interpretationē acciperet, vti quatenus fuerat cautū, vti ipse Gregorius, ad pōtificatū vllō electiōis suffragio, ne postea adscisceretur, id diceretur tū cautū fuisse ad euitādū schisma, & turbā, accersendāq; publicā cōcordiā, nō autē ppter vllū ipsius Gregorij vitium: quā vitium, ad regēdū hūc augustū, p̄cipēq; in

ecclesia magistratū, redderet eum alioqui, minus idoneum, aut non capacem, accommodatum que, tanto, tamque potēti sacerdotio: in eodem item confessu, pontificia corona coronatus est p̄dictus Martinus quintus, maximo omnium plausu, suscepit que excelsa pontificatus insignia, atque ibidem multa alia decreta fuere, constituta que pro Reipublicæ Christianæ bono, Et quod non est omittendum, eodem in cōcilio, damnatae sunt h̄ereses multae, sublatae que, & extirpatę. atque imprimis duae, quae deprauarant, miserabilem in modū decus ecclesiæ, labem que maximam iuxerāt, nempe ea, quam protulerat Ioannes Vuesclenus, & altera quaedam, quam seuerat maximo semētis Christianæ exitio, Ioannes huz. Porrò ex instituto ordine, enarranda sunt mihi nonnulla illius Constantiensis concilij canonum capita, maximè ea, quae ad rem nostram faciunt: sunt autem huiusmodi.

Ex quadragesima tertia illius
Concilij sessione,

Vniones, ecclesiasticarumque rerum vel sacerdotiorum denominationes, inclusionesque, nepe quum p̄fecturę duę, sacerdotia duo, in vnum corpus incurrūt, coalescunt & vnā cōflātur: Quae quidē vniones, cōflationesque, ab obitu Gregorij vndecimi, coeperint, factęque fuerint, & cōcessę, quia de hisce, non potest p̄scribi certa lex, quę certo modo concludatur, contineaturque certis finibus, nec item mode rata vlla boni regula, vti tamē satisfiat queribundis eorum petitionibus, quorum eas nō fuisse factas, plurimum interest, penitus, non tenent, in vniuersum, non consistūto. Quę itē vsquam sacris aliis de rebus factę sunt postea vniones, nisi hęc, maximis, probabilibus, verisque de causis, factę fuisse probentur, non stant, nea ratę sunt. Nō quidem, etiam si super hisce, Apostolicę sedis interuenit autoritas, ea admiserit pontificium suffragium,

Quin omnes, iustitia duce, auspice equitate,

Reuocantor,

Retractantor,

Ad nihilum recidunt:

De ratione ecclesiasticarum rerum

fructus percipiendi, sic item fuit latum, Fructus fanorum, & templorum, ecclesiarum redditus, & prouentus cœnobiorum, aliorumque sacerdotiorum, sacrata vectigalia, dum hęc ipsa omnia, vacant possessore, & amittunt p̄fectos, ad eos pertinent, ad eos redeunt, obueniunt, ad quos pertinere, redire, obuenire, voluerit, ius, statutum, priuilegium, consuetudo: cui iuri, statuto, priuilegio, mori, hęc disponenda, prouidenda, dispensanda, relinquuntor, Neque fisco (quicquam horum apostolico) neque pontifici vlli, addicuntor, applicantor, adponuntor.

De symonia, & ambitu nefario, Sic etiam p̄scriptum:

Symoniaco, scelestoque cōmercio, & nūdinatione, ordinati ab ordinū iure, administratione, vsu, ipso iure submouentor, Sacerdotalis functionis nihil habent:

Ita sanxit Concilium, edixit, iussit. Qui verò, per electionis, postulationis, confirmationis, aut aliū cuiusuis ecclesiasticę constitutionis suffragium, eadem mala via conflatum, ad sacrata cuiuscunque generis beneficia, magistratus, officia, peruenere, erepere, non recipiuntor,

Voto suo frustrantor,

Suffragia sic facta cadunt,

Electio sic concinnata concidit

Postulatio nihil prorsus valet,

Nihil iuris, per isthęc queritor,

Nihil quicquam emolumentum cuiquam sic comparator,

Non fructus, non vsus, non possessionis commoditas:

Quod si quicquam horum, isti qui sic nefariè, res sacras ambiuere, perceperint, abstulerint: vti iniquè percepta, vti male ablata, vti abrepta perperam, restituuntor,

Reponuntor,

Vtque labis foedē obnoxij, hoc restitutionis iure tenētor:
Tum, & qui stipem, hac de causa dedere, & qui stipem hac
de causa accepere, re nummaria, nundinantes diuina iura,
Per flagitium ambiētes sacrata bona, vt primū id fecerint
illico, ipso iure, à sacris exterminantor,

Abdicantor,

Interdicuntor,

Nec eis profit, hac in re, dignitas pontificia,

Non eos poenae eximat cardinalatus honor,

Omnis homo, quisque is sit, hac lege tenetor.

De decumis sacris, & aliis oneribus, vectigaliumque
& redituum obuentioibus.

Quod bene vertat, ac foelix, faustūque sit Reipublicae Chri-
stianae (inquit) hac in synodo, Papa Martinus, iubemus, Ro-
gamus, praecipimus, obseruentur exacte leges, teneantur ac-
curate iura, quibus legibus, iuribusque sic cautum. Inferio-
res sacri magistratus omnes, quique post Papam, in quo-
uis gradu sedent, in ecclesia decumas ne imperanto,

Tributa, vectigalia, numos non imponūto, cogūto, edicuntor
Nullo onere, fanum vllum, sacerdotem vllum, hominem ex
clero vllum, pergrauanto,

Quin, nec à Romano Pontifice, generaliter toti clero, isthęc
tributa, hæ vectigalium, collationum, indictionum pensita-
tiones, vnquam sciscuntor, iniunguntor, irrogantor,
Nisi vrgens adsit causa, & euident, quæ id suadeat, Reipu-
blicæ vtilitas,

Idque fiat, de consensu publico Cardinalium, & Pontificū
sententia, consensione, subscriptione, tum & concilio, qui
omnes, principes pontificij, & senatores ecclesiae, vti cōmo-
de poterunt accersiri: Conuocentur in Concilium, ibique,
hac de re, sententiam rogentur suam,

Tum nominatim iubemus, vti nullo in regno, nullauē in
prouincia, libera sit huiusmodi, aut alia quæuis, in sacra, sa-
crofque homines extra ordinē indictio: imperatiuaque tri-
buti cōfectio, incōsultis quidē illius regni, illiusq; prouincie

Antistitibus, praesulibus, episcopis, & ipsorum maiore par-
te, hanc in rem, suffragationem suam non adferente. Quæ
tamen, si concurrant omnia & Antistites tributum id, colla-
tionem uē censeant edicenda: tum volumus, & praecipimus,
quod iniunctum est, atque irrogatum tributi, decumarum,
indictionis nomine, id ipsum, per ecclesiasticas personas, cū
apostolicæ autoritatis suffragio, duntaxat, exigatur, conqui-
ratur, cogatur.

Rubrica altera.

De vita, & moribus, & honestate sacri cleri homi-
num, tumque de eorumdem magnis quibusdam ele-
ctionibus,

Cap. 27.

Ad reliquam sacri cleri corruptelam, id quoque accessit
vitij, morisque deprauati: eò impudentiæ ventum est, eò fla-
gitij processum, vt Antistites, praesules, pontifices, sacerdo-
tes, & reliquæ sacri ordinis, & clericalis sacratæ personæ,
in vestitu, in incessu, in epulari accubatione, ratione sint de-
formata, potissimumque in publico, & frequenti hominum
congressu: itaque omni condecienti forma sprete, modestia-
que valere iussa, omni, hac in re, tum honestate, tum mode-
rati animi abiecta ratione, luxu turpi diffluunt, futili orna-
tu delectantur, prophanis hominibus, & irreligiosis sese af-
similantes, eorumque vestiēdi rationem, foedè imitantes sto-
lidam cupiditatem suam, & libidinis, pompæque ardorem
atque deprauati intus animi, malè tectam celatamque mali-
ciam, hac praecipuè obsceni habitus deformatione, maximè
testantes: idque ipsum plurimi eorum, relicto religionis pu-
dore, in dies faciunt. sic quidem grauitè & accurate propo-
situm relatumque in concilio illo: Dehiunc ita rogatum ius-
sum, Ita ergo iubemus, sancimus, edicimus, ex sacrosancti au-
toritate concilij, Hasque leges, in hunc modum proferimus
rogamus, promulgamus, vel iam latas potius, renouamus,
Sacratæ conditionis, sacratæ sortis, sacri cleri, nullus om-
nino homo, prophanorum more, & specie laicorum, vesti-
tor, incedito, neu voluptati tali indulgeto, Nullus indecentē
habitum induitor. Omnis, hac in re, abusio,

Omnis vana redundantia, sumptus, luxus, aboletor, abscinditor, Abito,
 Faceſſat obſcenus mos,
 Faceſſat turpis conſuetudo: Porrò, autem quod hîc iubetur, accuratione, diligentiaque ſedula obſeruator, tenetor, non infringitor,

At auditum eſt, quibusdam in prouincijs, quosdam & quidem religione alligatos homines, tum & (quod magis eſt execrandum) monaſticę vitę addictos, ac etiannum (quòd minimè tolerandum) Antiftites quosdam, Præſules, Pontifices, in veſtiendi ratione, pudoris omnis, atque, verecundię clauſtra excedere, & manicatos, cum longis lacinijs à cubito uſquè, in longum dependentibus, in publicum prodire, incedere, ob ambulare: magnum ſumptum, magnum luxû, & profligatum, redundantiam, in hac vana veſtitus pompa, oſtentare: veſtes item conciſas, fiſſas, & in lateribus, lumbiſque haud decenter inciſas, variis cum pellibus, pretioſis vitrâ veſtis oras, limboſque ſuperfluè protenſis, ſeſe induere, & in omni inciſarum, eo turpi modo, veſtium genere, ſuperfluere. *Quin* (vti auditur) eos ſic veſtitos, non vereri, ſuper induta rica, alba, ſuperpoſitoque ſupparo clericali & amictu lineo, ſacerdotum reliquoque eccleſiaſtico ornatu, ad cultum ſacrum, faciendamque rem diuinam accommodato ſeſe coram populo, ad altaria ſummi dei ſiſtentes, ibi ſacris operari, ibi rem diuinam facientibus aſeſſe, Id propterea, edicimus hac rogatione, hocque modo præcipimus, mandamus,

Nulla perſona ſacra deinceps, hos enarratos habitus, deſumito, induito deſerto,

Hęc planè veſtiaria, ſumptuoſa ab eccleſia abeunto, expelluntor, abiguntor,

Hęc inhibentor, interdicuntor,

Hunc turpem morem, uſumque, obſceni & deformis veſtitus, clerus omnis deponito, abhorreto,

Qui ſecùs fecerit, vtî canonum infractor, contemptor, ruptor

ptor, punitor, multator, pœnas dato,
 Idque ſpeciali & peculiari lege adiungimus, hunc in modum præcipientes, iubentes mandantes,
 Beneficiarij quiuis, præfecti, aut alio quouis in eccleſia, ſacro fungentes officio, ſi quicquam horum in ſe admiferint,
 Si hanc habitus deformitatem, obſcœnitatemque induerint & ſic indecenter induti, in templis, diuino interfuerint ſacro, atque horarijs, tali cum habitu impudenter aſtiterint officiis: Quoties id fecerint, toties menſem vnum, annonæ parte ſua, portioneque rata, ab eccleſiaſtico prouentu, quotidiano, ſacroque lucro obuiente, multantor fruſtrantor conciduntor: Hique fructus, & emolumenta quibus per mēſem homines illi excluduntor, in ſarta tecta fani illius, quo in ſano, ſacris miniſterijs ij funguntor.
 Impenduntor, addicuntor, applicantor.

*EX TERTIO CONCILIO APVD
 Turonum Urbem celebrato, Caroli Magni
 tempore. Cap. 28.*

Ex Canone ſecundo.

Epiſcopi, præſules, pôtifices, lectioni diuinæ operã dâto, Scripturam ſacram, nocte, die, verſantor,
 Ibi aſidui ſuntor, tum ſolertes, & peruigiles,
 Ibi, animum applicantor,
 Ibi, intimo pectore conſiſtuntor,
 Chriſti Ieſu euangelia, diui Pauli epiſtoſas, non leguntor modò, ſed & memoria, quo ad eius fieri poterit, complectuntor ediscuntor, tenentor. doctorum item viroꝝ ſacras lucubrationes, Sanctorum patrum, in hæſce literas ſacras, commentationes, crebrò in manibus habentor,
 Crebrò illuc oculos coniciuntor,
 Summâque religione, & fide, tum hæc, tum reliqua canonica volumina tractantor, luſtrantor, docentor, edocentor.

Ex Canone tertio.

Pastorale beati pontificis Gregorij, volumen, quo, pastores
 sacri, de regendo grege suo, sua praecepta docentur, ad ea eru-
 diuntur: Tum & canones sacros, pastor quisque pontificius
 discito, nihil horum ignorato, ad vnguem scito,
 Ibi denique, inspicere, tanquam in speculum, quid sui sit of-
 ficij, quid suae functionis,

Quid suorum morum, quid sibi sit insuescendum,

Vndè vita exploranda,

Exemplum sumendum,

Iubetor, mandator, praecipitor. Ex quarto Canone.

Episcopus quiuis, praeful quiuis, Curio quiuis, curatus sacer-
 dos regendo addictus gregi, ex sancta, sanctorum hominum
 predicatione, ex diuino diuinorum hominum praeconio,
 ex accurata veterum patrum lectione,

Quid sibi, in cura commisi gregis, sit agendum, cognoscito

Quid designandum, quid meditandum,

Sacra item praedicatione, Sacro praeconio.

Sacra concione, ouiarum suam, agenda, dicenda, cogitanda,
 vitanda, fugienda, declinanda, doceto, erudito,

Tum & pastor ipse, quae benè docet, praedicat, euulgat, pri-
 mum ea ipsa facito,

Opera probatae vitae, sancti mores, praeconio, colloctioni,
 concioni, respondent: nam Christus, primum coepit facere
 & postea docere, vti habetur in euangelij.

Ex canone quinto.

Episcopus vllus, conuiuio ne indulgeto, Neu frequens esto
 epulari in accubatione, Parco victu, moderato sumptu con-
 tentus esto, Vt seruetur verbum domini, dicentis, sua in scri-
 ptura, videte, & attendite, ne crapula, & ingurgitatione ag-
 grauentur pectora vestra, ne in ebrietatem, & vinolentiam
 sese effundant. Quin, dum conuiuantur Antistites, dum epu-
 lis quotidianis accumbunt, prandent, coenant, adfit liber, le-
 gatur euangelium: Et non congerronum, parasitorum, bla-
 teronum, foedis & obscenis vocibus, mensa perstrepet, reso-
 net, condiatur.

Ex Canone Sexto.

Episcopus, praeful, Antistes, peregrinos & pauperes in con-
 uiuium adhibeto, Horum consuetudine delectator, Horum
 vsu, & frequentia, non corporali modo, sed & spiritali epu-
 lo, reficitor, recreator, exhilarator.

Ex vndecimo Canone.

Episcopo cuique, adhibitis eam ad rem, sacerdotibus, diaco-
 nisque, qui in sua degunt sacra provincia, thesauros eccle-
 siae, sacra bona, & pecuniam in vsu pia familiae inopis, ple-
 bis, & pauperum virorum eiusdem sacrae provinciae, ero-
 gare, distribuere, largiri, vt horum quisque indigerit, sicuti
 fert canonica institutio: permissum esto.

Ex 13. Canone.

Episcopus omnis parociam suam, atque dioecesim, diligen-
 ter collustrato,
 Omnia introspicito, Omnia perscrutator, Dato imprimis,
 operam, nec ubi presbyter alienus, Vllus ex aliena, in hanc,
 cui idem episcopus praest, migret iniussus provinciam, ibi-
 que non munitus tessera vlla commendatitia, impetra-
 taque ab episcopo suo, migrandi venia, sacris ne operetur,
 prouideto, Quod multis olim in locis, contigisse, quam ve-
 rum, tam iniquum est, & ecclesiasticae rerum dispositioni ac
 politicae aduersissimum.

Ex Concilio Lateranensi acto sub tempora, quibus,
 pontificatum summum gerebat, Alexander tertius.

Cap. 29.

Cum ageremus annu, a Christi seruatoris natali, octogesimu
 supra millesimum, & centesimum, praesideretque, & eccle-
 siastico potiretur imperio, Alexander papa tertius, iamque
 annum vicesimum sui imperij exegisset, indicta sunt, men-
 se Martio, secunda illius mensis die, atque indictione vice-
 sima quinta, pro rebus publicis, sacra comitia atque

in basilica, Constantiniana nomine, presidente predicto pontifice, & ducentis octoginta assistentibus episcopis, celebratum fuit, hisce in comitiis, peractumque lateranense concilium tertium: quo in concilio, quæ hinc nunc narrabuntur, scita fuere.

Atque primum, in Canone, qui primus fuit illius Concilij, ita decretum, itaque sancitum.

Dum in conclavi sacrato, habentur de substituendo deligendoque nouo pontifice, inter Cardinales comitia, neque hi cardinales, in eundem vnum planè consentiunt, quin aliquatulum discordant inter sese, si aliquis tum vir vitæ probatæ, à duabus partibus eorundem patrum purpuratorum & senatorum ecclesiæ tulerit suffragia, à tertia verò sit exclusus, quæ vel illū nolit admitti, vel aliū cupiat ordinari, nihil illi, Tertia illa pars, ad consequendum pontificatum, officito, nihil obturbato, nihil, aliorum suffragia decutito, quin is ipse pontifex habetor, sacrator, renuntiator, coronator, quæ constat, in punctorum ratione, & numero, duabus partibus superiorem fuisse. Quod si tertia illa pars, de aliquo alio fecerit præiudicium, in eumque consenserit, ac sua accommodarit suffragia, præiudicium illud ad nihilum redigitor. Quod si, qui solum partis illius tertiæ, punctorum numerum obtinuit, sese pontificem ausit appellare, sese pro Romano episcopo gerere, sibi confideter, ob tertiæ partis suffragia, hanc dignitatem arrogare: Tum is, tum qui pro eo puncta tulere suffragationisque & vocum fecere prærogationem, ni assistant, at perseuerent, eumque vel recipiant, vel obstinate ducant recipiendum, interdictionis censuræ subiiciuntor, atq; cardinalatu, roseiq; galeri & senatorij muneris sacro honore mulctator: Tū, & tātō odio proscribitor, vt ipso, proscriptionis, & ab ecclesia abdicationis tēpore, nullus, omnino eos homo, viatico prosequi audeat, Nullus quicquā eis auxilij impartiri, Nullus eos aditu, Nullus eos congressu, Nullus eos confortio, dignator, omnes eos defugiunto, nihil cōmercij cōmunicāto, hoc dū excepto nēpe

si ad extrema noscantur descendisse, atque in summo, & supremo malorum omnium consistere, a maximāque rerum, a ca. licet de vitā ex. de electione, premi tum necessitate, tum difficultate: Iam verò quicumq; minùs quàm duarum partium, tulerit suffragia, Pōtifex nō esto, Apostolatus dignitatē non sumito, hac sola punctorū paucitate fretus, nihil prorsus in Pontificatu, iuris sibi desumito, excluditor, abarcetor, Nisi postea cōcordiæ gratia, plura, & quot eam in re opus sunt, accesserit suffragia: quod si facit secus, si temerè in cathedram Apostoli inuadit, irrepit, & non se demissè, malè sperato hoc honore, vti par est, abdicat, non, de se factæ paucorum prærogatiuæ, præiudicationi uè renunciat, prædicta interdictionis censura, ignominiosè constringitor, proscribitor, deuouetor. Et hæc quidem, in sola Pontificatus summi electione, obseruantor, tenentor, vsurpantor: Quia verò ad hanc Pontificis creationem nos traxit sermonis nostri ratio, non erit fortasse abs re, ista quæ seuuntur adiciere, quæ ex actis Lugdunensis cōcilij, Gregoro decimo Pontificatum agente decerpimus, in eandemque ratione, ac quæ supra enarrauimus in concilio Lateranensi acta, cadunt.

*EX ACTIS LVGDVNENSIS
Concilij, decimo Gregorio, pontificatum
gerente. Cap. 30.*

ADmonet ergo me locus, qui in Pōtificiam, superiori ex cōcilio, summi, Augustique sacerdotij, Romani electionem incidit, vti qui mos hodie, ex satis antiqua, & recepta præscriptione, ea in electione, creationeq; obseruetur, prolixius aperiam, Scitur igitur ex historiis, anno domini millesimo, supra ducentesimū, sexagesimū octauum, ante diem quartum calēd. Decembr. Clemente quarto, Pontifice Maximo, ex hac vita abeunte, cardinales, qui tum erant xij. solum numero, in

creando nouo Papa, adeò diffensisse, contendisseque, & in diuersas partes ductos fuisse, ut triennium prope totum, durarit ea discordia, fueritque Pontificium interregnum. Nam sæpe, eam ob rem acciti, in vnumque locum congregati, non potuerunt concordari animo, in eundem Pontificem consentire, dum sibi quisque id honoris ambiens, non concedit alteri: Porro in tractando hoc negotio, non, ut nunc fit, tunc ibatur in conclaue, sed quotidie, bene mane, Romæ quidem, si ibi res agebatur, ad diui Petri, aut Lateranensis, alium uero in excelsum locum: Sin alibi, ad principem ædem illius oppidi, in quod oppidum, inciderat electio, pergebatur, atque ibi tractabatur negotium.

Acciderat autem, ut Viterbij tum essent cardinales, (nam ea in urbe prædictus Clemens, diem suum obierat) qui cardinales demum, post longam acrimamque contentionem, à Viterbiensi populo coacti, propemodum quum fieri, haud posset (adeò ambitione mala, ^b obsecrati erant animi) uti vni ex sese, huic honorem summum tribuerent, Ad calendas Septembris, Anno domini 1271. renuntiauerunt summum Pontificem Theobaldum, Vicecomitem Placentinum, archidiaconum Leodicensem, virum quidem à rectitudine animi, morumque sanctitate, orbi toti præclare commendatum: neque tamen tum cardinalem, neque agentem in Italia: at in ciuitate Hierusalem, commorantem, additum, inibi Christi obsequio. qui Theobaldus intellecto electionis decreto, à transmarina habitatione, in Italiam euocatus,

Viterbium consequenti anno, se recepit, ibique consecratus, dicatus, coronatus: altero post anno, accepto prius Gregorij decimi nomine, Lugdunum, patres conuocat, decernitque ibi concilium, quo in concilio, habitis comitiis, de sententia, caterorum ecclesiæ procerum, multas leges condidit: multaque canonum capita conscripsit, edixit, promulgauit, tum super generali reformatione totius sacri cleri, & Christiani populi, morumque emendatione, tum maximè super Pontificia creatione electioneque.

Nunc igitur, pro iniecta materia, mihi recedere animus est, quas super habendis, ea de re, hoc est, electione Pontificia, comitiis, is Gregorius tunc leges rogauerit: Patres porro, sciuerint, edixerint.

Hæ igitur sic habent,

Mortuo Pontifice, ^a pro creando successore, ubi ille decessit, ibi comitium aptum idoneumque construitor,

Quod si id ruri ceciderit, assideatur que tum agresti in villa, pago, vico, ubi commodè nequeat haberi comitium: ad proximam ciuitatem, propinquum uero oppidum, eiusce rei gratia, itor, demigrator,

Mortuo ergo Pontifice, decem antea dies, quam pro eligendo successore, fiant vlla comitia, abeunto,

Decem illis diebus Nouendiale sacrum, pro mortuo Pontifice, à cardinalibus presentibus celebrator, peragitor.

Decimo postea statim die, facta ante re diuina, spiritusque sancti peracto solenni missæ sacro, comitia pro creando nouo Pontifice, si ita videtur, resque exigat, habentor,

Cardinalium, quauis de causa absentium, nulla ferendi suffragij ratio habetor, Eorum suffragatio pro nihilo ducitor, Eligendi ius non habentor, neque per procuratorem, neque per scripta, literas, aut missam tabellam,

Eisdem tamen absentes, & non modo hos, verum, & cuiuscumque ordinis, & cuiusvis conditionis, & Christiani, Catholicique generis homines, in Romanum Pontificem, deligi fas licitumque esto, idque ab antiquo more obseruatum.

Nouendiali, pro demortuo Pontifice peracto, missæ solenne sacrum agitor de spiritu sancto, cardinales assistito, Cardinalis vnus sacrum facito, preces sancto item spiritui funduntor,

Hiscæ peractis, Cardinalium senatus, vnum in locum euocator, Senatus ibi habetor, ibique, donec negotio finis imponetur, Cardinales concluduntor,

^a Alia quædam, atque hæc aliis quidem verbis coniecta ferè sunt in tabellam quædam pontificiam, Romæ impressa de prompta omnia, ex Lugdunensi concilio isto, Tu ibi vide.

^b Hinc Amadeus, postea sebusiorum & allobrogum dux, vir quidem viduus sed tamen neque sacerdotalis neque sacerdos summus electio nem defendebat, suam quæ causa præcipua fuit Basiliensis concilii ut patet ex historiis.

^b Videtur in historiis.

Locus ille, (quod conclaue appellatur) bene tutus, ab omni iniuria, fartus, tectus, omni ex parte circumclusus, munitus, benèque adseruatus esto,

In eo, pro numero cardinalium, cubacula construuntur, Cardinalis qui uis, famulos secum binos, aut tres, ad summum si ita usus exigit, & necessitas, ibi habeto, Famuli hi, in administrandis necessariis, suo quisque cardinali, operam danto, Nullus alius qui uis homo, quauis ex causa, illò ingreditor, illo admittitor:

Quidam tamen certi homines, quorum opera, & labore, id negotium indiget, ibidem, pro usu rei, recipiuntur, Qui re peracta, exeunt: Porro, hi certi homines designantur, Extra hosce, nulli alij, aditus intrò pateto, In conclauis nulle fenestras vitreas sunt, Nullus aer, nullum lumen, eò penetrato, Dies, atque noctes, vruntur carei, Conclauis portæ diligenter clauduntur, Sedulo custodiuntur: hodie itaque, obstructis omnibus portis aliis, vnicus tantum eò est aditus, Custodiæ, primæ hæ sunt, nimirum, milites, prætoriani, Alteræ, nobiles Romani,

Tertiæ, principum oratores, si qui tunc adsint, ob negotium legationum diuersarum, à principibus quisque suis illò missi: At proximum conclauis locum, qui aderunt Episcopi, occupant. Horum Episcoporum munus esto,

Conclauis imprimis fideliter custodire, cauere, prouidere, ne quid clam, intro inferatur, neu quis homo traducatur, neu res vlla, neu nuntius vllus importetur, aut quiduis aliud asportetur, quod possit liberè, æquæque suffragiorum lationi, obstare, officere, interpellationem, aut rem oram vllam adferre,

Episcopi isti, in eo diligenter obseruando, toti sunt, & ad inopinata casuum omnia prospiciunt, perscrutantur singula quidè, seu cibi sint, seu res aliæ quæuis, intro importandæ,

Dili-

Diligenter itidem prouidento, ne quid incommodi, aut damni ferant cardinales, neu quid iniuriæ accipiant.

Ad omnesque eorum nutus, petitiones, obsequia, præsto sunt,

Cardinales, si longius, producant creationis negotium, si in pontifice renuntiando, diem ex die proferant, hos cogere, uti maturent, istis episcopis ius esto.

Prætoriana militum cohors, romanaque nobilitas, conclaue, omni ab impressione, terrore, impetu, metu, securum præstato, Ne quid detrimenti, ea in re, respublica patiatur, prouideto.

Cardinales, è conclauis, nisi creato pontifice, non decedunt, neu pedem quopiam antè efferunt, nisi vrget valetudo. Cardinali valetudinario, curata valetudine, in conclaue, si lubet regredi, permissum esto,

Nemini item alij, ex omni alia ministrorum cohorte, idem permittitor.

Quinimo, si quis horum, & conclauis semel, quacunque de causa pedem effert, illò non regreditor, neu recipitor.

In conclauis facellis si quæ fenestras sint,

Nam alibi, ne sint, cautum est, hæ quidem, eius altitudinis sunt, uti attingi nequeant.

Cardinalis, ceteris omnibus, in conclaue ingressis, nec dum tamen renuntiato pontifice, in conclaue appellens, intro mittitor, iusque, uti alij, habeto ferendi suffragii.

Non renuntiato, intra totum triduum, ab ingressu conclauis, pontifice, nec per legitimum suffragium creato, Episcopi, tum & Romani reguli, tum & ceteræ custodiæ, epulas cardinalibus minuunt, cibos subtrahunt, ferculum modo vnum, apponi permittunt. Istud pòl verò bene atque egregiè fuit sancitum, hoc quidem modo.

Hocce in comitatu sacro, tantique & tam augusti magistratus electione, absit ab omni suffragio, ambitus malus, absit largitio, prensatio, pollicitatio, numus omnis, omnisque polluta licentia: absint denique malæ artes, Nullius cardi-

Z

nalis, nullius suffragatoris. neque beneficio, neque re vlla alia, antè capitor animus. Postremò, libera, sancta, casta, omnisque affectus impuri expertia, suffragia sunt, Alioqui, quod factum fuerit, Non teneto, Corruito, Nullum esto.

Hec rogauit, decimus Gregorius, Lugdunensi in concilio: sanxere patres, Iussere, edixere. Itaque iuxta horum prescriptum, haud multi abiere dies: quum Aretij primum, vbi moritur idem Gregorius, sit Pontifex Maximus Innocentius huiusce nominis quintus: ex sodalium dominicanorum familia, cardinalis multo antè, in Episcopum Ostiensem assumptus, Anno domini 1276.

Nunc ad Lateranensis concilij acta, redeundum.

Ex primo Canone illius Concilij,

Quod attinet ad reliquas ecclesiasticas prescripturas, & dignitates, Romanae ecclesiae, Nullum in his, hac ex re, electionis scilicet Pontificiae, summiq; ecclesiae principatus, praedictum statuitur, Nullum hinc exemplum, hac in re, ad earum electiones trahitor,

At in illis ordinariae & canonicae suffragiorum ferendorum institutiones in usum reuocantur, in usuque permanente,

Observantur,

Custodiuntur: vt quaeque tum tulerit cuiusque ecclesiae approbata consuetudo, receptus, mosque rituum observandorum & caeremoniarum:

Quique ad eas, per maiorem saniorumque, ac prudentiorem partem eligentium, sit praefectus, accitus, is regulariter potior esto, is vincito, is praefecturam, dignitatemque, si quid in re aliqua alia, non sit peccatum, sine dubio obtineto, possideto, perfungitor.

Ex Canone, 3.

Nullus vnquam, ni tricesimum aetatis suae annum exegerit, in Episcopum eligitor,

Nullus, eo, antè id aetatis, suffragio electionis prouehitor,

conscendito, promouetur,^a

^a ea, cum in cunctis ext. de electione.

Nullus item homo, non natus ex legitimo connubio in id

honoris assumitor: Spurij, Nothi, & hi, quos iustae nuptiae non demonstrant, a gerendo Pontificatu secluduntor,

Illò non admittuntor,

Illò non perueniuntor,

Nullus item, quem vita Laudabilis.

Probatu mores,

Doctrina egregia,

Rerumque diuinarum scientia non commendat,

Id honoris assequitor,

Omnis qui talis non sit,

Hinc arcetor,

Hinc prohibetor,

Ita nobis visum, ita rogatum, sancitum, cautum,

Quod si quis, cui supradictae insint virtutes, nihilque adsit supradictorum vitiorum, quod electionem sit impediturum,

eligitur aliqua in sacra prouincia pontifex, confirmatusque, pontificatu fungitur: quae antea obtinebat ecclesiastica officia, praefectura, dignitates, & alia id genus sacerdotia, illico

ab electione, & pontificatus confirmatione, susceptaque rerum administratione, vel decurso temporis spatio, confir-

mationi ineunda, a canonibus praestituto, in causam vacui, in causam caduci, deciduntor, praefectum amisisse censentor:

Isq; Antistes, cui praedicta sacerdotia, collationis, vel alius cuiusuis canonici tituli iure, sunt beneficiaria, ea tum is, libere,

in quem valet hominem ecclesiasticum, conferto, erogato, Ea dispensato, collocato,

Pro arbitrio distribuito,

Ex causa vacationis, aliis largitor:

Inferiores praefecturas, quaeque dici possunt minorum gen-

tium, minorumque rerum: vt puta, decanatus, Archidiaconatus, Curionatus maximos, Atq; alia ministeria huiusce generis, quibus maxime inest tractanda animarum curatio, quin

nec paroccias ipsas, vel sana, curasque & curionatus pagorum, regendos quidem: quiuis vllus, si iam viginti quinque

aetatis suae annos non attigerit, suscipito,

Z ij

Ad nihil horum, antè id tempus, admittitor,
 Recipitor, Ordinator,
 Nec ad id quidem ipsum, adhuc satis est, eam, utique illum
 maturâ ætatem assequutum fuisse, ni ætati maturæ iunctum
 sit maturum quoque iudicium, huicque rei accommodatū.
 Eruditio probata, item
 Vita bona,
 Incorrupti mores:
 Eorumque omnium nomine, apud viros probatos, qui præ-
 ficitur, qui promouetur, bene audiat.
 Nullaque mala, profligata, aut læsæ existimationis nota, sit
 iniustus.
 Dum verò, ad id præfecturæ, & sacerdotii, promotus est, in-
 tra tēpora, per canones præfixa, sacris ordinibus alligator.
 Qui non fecerit, quique Archidiaconatum gerens, legiti-
 mo & præfinito temporis spatio, Diaconorum ordini se in-
 ferendum, ea de re admonitus, non curarit: qui porrò de-
 canus, qui curio, qui Parochus, qui curatus, aut aliud sacer-
 dotium, ex prædictis obtinens, intra constituta, & præfinita
 tempora, neglectis monitis, presbyter nō sit factus: abroga-
 tor officio, mulctator sacerdotio,
 Ministerij dignitate deiicitor,
 In cuius locum, alius aduocator, sufficitor, qui & velit, &
 possit, munus probè administrare suū, & in suscepto legiti-
 mē stare officio. ^b

Ex quinto capite illius item Concilij.

Episcopus, homines qui, quid omnino nō habent, vnde vi-
 uant, sacris ordinibus ne adicito,
 Diaconos, sacerdotes, ne efficito,
 Neu ordinato,
 Nullum quēuis, absque aliquo, patrimonij vel rei, qua vi-
 tam sustentet, titulo, temerè promoueto.
 Hoc tanto in ecclesia munere, pauperem, inopem, & men-
 dicum prorsus, ne donato, Vel si donat, si facit contra,
 Ordinato illi ipsi, Sacrato illi ipsi,

Promoto illi ipsi pauperi, de necessariis vitæ, alimentisque
 tantisper prospicito: Illa ipsa, tandiu ei præbeto, largitor, dū
 illum ipsum pauperem, aliquo in fano, aliqua in sacra æde,
 conuenientibus militiæ clericali stipendiis, auctorarit,
 Ornarit, donarit.
 Cætero qui, qui promotus,
 Ordinatus,
 Sacratus,
 Potest sibi, ex paterna substantia, ex paternis fortunis, atq;
 hereditate, victum, vestitum, alimonia, tum & reliqua, quæ
 exigit vitæ vsus, commodè prouidere, apponere.
 Episcopum, qui eum promouit,
 Sacrauit,
 Ordinauit,
 Hac de re sibi danda, ne appellato, ^a
 Negotium illi, non exhibeto,
 Super alimentis eum ne odiosè requirito.

^a ca. episco-
 pus ex, de pre-
 bend.

Ex capite septimo eiusdem Concilij

Stips nulla, numus nullus, pro hominibus ad Christianam
 fidem inducendis,
 Accipitor,
 Corraditor,
 Sacrata hæc opera, nullo ære locator, Nullus numus, nullū
 aurum, nulla prorsus pecunia, pro sacerdotibus instituendis
 vel pro his, qui nubunt, benedictione lustrandis, vel deni-
 que pro aliis ecclesiasticis sacramentis impertiendis,
 Exigitor,
 Cogitor,
 Corrogator.
 Hæc sanctissima officia,
 Nullo quæstu,
 Nulla auara forde,
 Nulla sordida nundinatione,

^b s. inferio-
 ra a dicto cap.
 cū in cunctis
 ex. de elect.

Rogatum,
Sancitum.

In omni sacra aede pontificia,

In omni primaria ciuitatum ecclesia, doctore cuidam, ludi magistro, institutori idoneo, qui illius ecclesie clericos, iuuetutemque pauperem gratuito erudiat, beneficium sacrum assignator, quo ex sacro beneficio, sese ipsum, tum is queat sustentare, sibi que competet, que usus vite requirit, prouidere, tum ad discendas literas, unicuique, ecclesiastica gratia, & benignitate, aditum patefacere: Neque verò, pro docendi, quouis in fano, literasque bonas diuulgandi, impetranda autoritate, aut quisquam numum dato, aut quisquam numum accipito, exigito, Neque consuetudinis cuiusuis obtentu, prætectuque, ab his qui sic docent, precium, stipendiumque queritor,

Corrogator,

Recipitor

Id enim sacrilegum est, id nefarium, id minimè tolerandum Tum nec item doctore cuius idoneo, postulata à superiore fani, aedisque sacrae antistite, docendi, prelegendique permissione, & venia: prælectione, doctrinaeque, que bona sit, euulgatione, interdicitur.

Qui contra hæc faxit,

Beneficio ecclesiastico exigitor, clero abalienator.

Ex capite decimo nono.

Quando quidem, nonnullis in regionibus inoleuit, res sitque ea morum corruptio, uti rectores prouinciarum consules, domini, & reliqui, qui magistratum publicum gerunt, habentque potestatem in populum, Tum & qui regnum aut potentiam magnam videntur obtinere, tot ecclesiis facris, aedibus diuinis imponant onera, tot tantaque, sacratis personis vel tributa, vel indictiones, vel numerorum, reliquarumque rerum, aut operarum pensationes imperent, ut iniquus

quius cum eis agatur, quam sit olim actum sub Pharaone, principe tum impio, tum legis diuine, & experte, & repugnante: qui Pharaon, omni tamen seruitute, sacerdotes, eorumque bona, res patrimonialia exempta esse voluit, & relinqui liberatum eis, aliqua de publico subsidia ministrari: isti verò contra, immenso onere, vectigali, negotio, mandato, premunt fana que dei sunt, duram adiiciunt imponumque fanorum administris prouinciam, ruunt, agunt, rapiunt, tundunt, prosternunt. Quicquid eos premit, Quicquid eos onerat, in ecclesias feruè reiciunt: Nihil eis sanctum est, Nihil religiosum, Nihil sacrum: prophanantur, temerantur per eos omnia, affliguntur sacrae persone, dei que cultui addicta, concuciantur macipia, id que aded, ut quod olim deplorauit Ieremias, illis, eueniat, illis nunc adfit, ad illa planè nunc pertinere videatur: id igitur, quoniam multis in locis fit, super eò ita sanciri visum est, edi, promulgari, Qui magistratus, quæ potestates, hæc, quæ narrata sunt, in sacratum clerum commiserint, sacratos homines concusserint, onere, canone, indictione, seruitio, extraordinario nummo, presserint, contuderint, leserint, perculerint, anathema sunt: Si tamen usus rerum quandoque exigit, si vrget necessitas, Si postulant, que superuenere, Reipublicæ, negotia, quibus negotiis, laicorum facultates satis esse nequeant: Atque episcopus, tum & clerus omnis, faciendum esse duxerit, uti publicæ vel necessitati, vel vtilitati, ab ecclesiis subueniatur, de consilio episcopi, & omnis cleri, subsidia pro publico bono ab ecclesiis tum postulantur, Ecclesieque, quatenus episcopo & omni clero sit visum, subsidia pro publico bono eroganto,

Conferunto,

Dependunto.

Ceteroqui, extra id ipsum, eo quidem pacto, quo hic modò est positum, Nulli magistratui, Nulli potestati, id licet, permittorque.

Consul vllus, rector vllus ecclesiam vllam, fanum, aut eadem sacram, fasce vllò, nummario, procuratione, actu, seruitio

mandato, per se ipsum deinceps ne prægrauato,
Opprimo,
Prærodito.

Quod si facit, quod si audet, & monitus non desistit, tum ipse, tum qui ei suffragatur, fertque, hac in re mala, suppetias, Animaduersionem pontificiam, proscriptionem diram, subiisse, hoc ipso facto, certum habeto: se deuotum, se maledicto obstrictum, se sacrorum communicatione exclusum, plañe scito: Quo execrabili maledicto,
Non liberator:
Cui communicationi non restitutor,
Non expiator,
Non absoluitor.

Donec, his clericis, quos læsit, quibus damnũ intulit, sit per eum, abũde satisfactum, refarcta iniuria, repensum damnum, præstitum, persolutumque omne incommodum,

Rubrica 3.

Ex Capite eiusdem Lateranensis Cõcilij, sub Rubrica, quę de simonia, inscripta est Cap. 31.

Ex primo Rubricę capite.

Episcopi, præfules, Antistites, à quibus in eorũ sacrata puñcia puñciales sacrata, & ciuilia accipiũt iudicia, vices suas, in ea iurisdictione, pro litibus terminandis, exercenda, sub annuo pretio, ne deleganto, id sacratum imperium mancipi vlli ne locanto, Per stipem, eam rem, ne demandanto, Nihil ex ea delegatione, nummorum corradunto, * Absit pecunia, absit sacrilega nundinatio.

e canone
precipimus
xxii. quęst. ii.

Ex quarto Canone.

Episcopus ab ecclesia, quam sacrat, dicat, religione religat, moderatam sumptus procurationem, tum nihil præterea quicquam aliud, auferre, accipere, potis esto, Nihil nummorum extorquere,

Nihil penitus corradere, Solis pro victu impendiis, quãdiu consecrationi dat operam, contentus esto.

Ex Canone sexto.

Aedes sacra, nec minister ędis sacrę, in pontificali visitationis officio, nullo incommodo, onere nullo, iactura rei suę nulla, afficiuntor, in nihilo aggrauantor, in nihilo molestiã ea de re, patiuntor.

Ex Canone septimo.

Pontifices, tum præfules, Antistites, nullo nummo, canonis indictione, tributo nullo, nulla vectigalis pensitatione, presbyteros, sacratumque clerum, grauanto: nihil quicquam tale, eis indicunto, nihil iniuste ea in re, faciunto, eos odiosẽ nõ tractanto, eos malis modis non accipiunto, Tyrannidem, imperium seuum, intolerandum, durum, in eos ne exercẽto, Neu, non adhibito, non conuocato, non rogato, capitularis comitii concilio, eos vlla abrogationis ne quidem temporarię irrogatione, in officio, functioneque mulctanto, Eos, vlla suspensionis censura ne profliganto: neu vexanto Neu, ipsorum sana, interdictioni ecclesiasticę, non appellato eiusdem capitularis comitij iudicio, subiũciunto: Nihil omnino tale, sine magna causa, agunto, Citra bonam rationem, nihil huiuscemodi prorsus aggrediuntor, Homines sacrati cleri, duas ecclesias, quę sint primarię, quę sint principes matres, duasuẽ parocias, Curionatus binos, curamue duplicem animarum ne habento, Fani vnus, ędis vnus functio, templi vnus accuratio, ipsis satis esto: cũ vna sacrata talium sacerdotiorum statio, cum ad viuendum, tum ad sacra tractandum, possit eis atque debeat sufficere, Nullus omnino, indicta causa, reque apud tribunal non adprimẽ tum agitata, tum appensa, iudiciaria item lege, & ferie non benẽ obseruata, animaduersione põtificia, quę à sacris abdicat, mulctator.

Ex Lateranensi Cõcilio, ad diui Ioannis Lateranensis, Romę celebrato, sub Innocentio tertio, Anno Christi. 1218. Cap. 32.

De castigatione scelerum, actorum que ultra
præscripta, quæ in genere sunt scelerum & peccato-
rum.

Antistes ecclesiarum, præfecti fanorum magni, præposi-
tisque summi, castigandis subditorum vitiis, attendunto,
Res peruersè constitutas, in ordinem, ac statum decorû re-
stituunto,

Corruptos clericorum mores, nota censoria emendan-
to,

Atque in idipsum, imprimis euigilanto,

Prudentiam, & accuratam diligentiam, eam in rem adhi-
bento,

Rei omni deformi, modum constituunto, formamque im-
ponunto: Supremum enim tribunal, in die supremi iudicij,
quæ subditi, perperam admiserint, peccarint horum (si qui-
dè adfuit negligètia mala) ab ipsis, vel poenâ vel rationè de-
poscet: Sanguis quidem, ab his, hocce in tribunali, magno,
commissi gregis, qui perierit, requiretur: Noxiè malè admi-
nistratæ villicationis exigètur, quæ manibus deniquè ipforû
sunt commissa, ab eorundem manibus, iustè repetentur.

Ac ne iuri, quod in his cohercendis maleficiis, corrigendis,
emendandis, moribusque reformandis pro tribunali, dixe-
rint, eludatur, frustratiõ inducatur, iudicatum proteletur, fu-
cus denique sententiis ipforum offundatur, hoc sancimus,
pacto: Quodcumque quidem iudicarint, ipsi decreuerint,
reformatint, huius ipsius, causaque, & nomine, lege agitor,
ad exequutionem perducitor, iudicata effectum, statim ha-
bento, decreta re ipsa sancuntur, tum assequutione finis sui
tum nulla, cum ad finem suum protelatione. Omnino, nul-
la lex municipalis, nulla consuetudo, nulla prouocatio,

Nulla intercessio, iudicati, edicti, sanciti, autoritatè impedi-
to, Tempus ne eximito, Moram rei exequutioni tradendæ
ne facito, Denique nihil omnino, sententiæ promptam exe-
quutionem interpellato: Volumus enim eos, hacce in mo-
rum reformatione, castigatione, emendatione, liberas iudi-
cij habenas habere, quò libentiùs, atque accuratiùs, tum &
efficaciùs, in id incumbant: Si tamen suo in iudicio, delin-
quant, errent, excedant moderata, modum nõ teneant, quæ-
quæ obseruanda sunt prætermittant: id ipsum, in quo hac in
re, cõmiserint animaduertitor, Id ipsum ab hac sanctiõe ex-
cipitor, Id ipsum suâ legem habeto, peculiarem, suõque iu-
ri obnoxium esto. Quod si canonici sodales, cathedralis cu-
iusdam ecclesiæ deliquerint, consueueritque capitulare co-
mitium illius sacratæ adis in ipforum noxias, ex antiqua cõ-
suetudine animaduertere, ipsos plectere, ipsos multare: ca-
pitulare comitium (vt fert illius Ecclesiæ vetus consuetu-
do) ipsos ad iussum Episcopi, qui id petat, requirâtque, ple-
ctito, castigato, Et ad id faciendum, episcopus legitimum iu-
stümque tempus præscribito:

Præscriptum accuratè obseruator:

Ni fiat, Episcopus tunc statim, sublata intercessione, sub-
motaque omni contradictione, Pontificia censura fontes
coerceto:

Nihil remittito, Sacris eos interdicito.

Ceterùm, si sodales illi refractarij, & sua in malitia flagitio-
se perseuerantes, citra causam manifestam & iustam, à sacris
conficiendis, horariisque preceationibus absistant:

Idque potissimùm faciant, in contemptum contumeliãque
episcopi: Tum, si lubet, episcopus ipse, in eadè sacratæ adè,
sacris liberè operator, aduocatis in id ministerij quos fuerit
visum, modò sint idonei: eoque pacto, rem diuinam nihilò
secius facito, missas celebrato, celebrandásque iubeto.

Tum & Metropolitanus Antistes, ad querelam, iustamque
causam ipsius episcopi, accedito: Et appensa agnitaque ve-
ritate, contumaces hosce homines, veluti iudex à nobis hoc

est ab ecclesia delegatus, ita coerceto, multato, ecclesiastica diræ proscriptiõis césura, ita seuerè annotato, Vti huiusmodi flagitia, posthac vnquam ne audeant admittere.

Ex Capite nono.

Quandoquidem, plarisque, in regionibus, vna in ciuitate, vnaque in diocesi, ex diuersis populis, coadunatus, agit diuersus grex hominum, qui vel coloni sunt, vel inquilini, vtunturque vario linguarum sermone, ac varios obseruât in religione, atque ceremoniis ritus, morésque viuendi. vñ tamen Christú colunt, in vnius Christi, hominis atque Dei, cruci affixi, verba iurarunt, cetero qui tum & catholicæ ecclesiæ constitutioni parent: ita super hac re cautum, fancitum, decretum esto.

Pontifices, Antistites, Episcopi, quibus in locis id contigerit, in eisdem, sedulò prouident: Nè horum alicui, secundum ritus, linguamque ipsius, diuinum desit officium, vsufque ministerij sacri. Ergo idoneos homines, doctos, linguarum, & diuersorum morum peritos, huic rei ibi deleganto, Præficiunto, Demandanto.

Qui, secundum diuersitatem rituum, & linguarum, vnicuique horum oppidanorum, rem diuinam faciât, sacris operentur, ecclesiastica sacramenta administrent, doceant, prædicent Euangelium domini, Erudiant, verbo, opere, exemplo, aditum in cœlum patefaciant: & boni prudentisque pastoris, fungantur officio: Id volumus, edicimus, & imperamus, districtissimè quidem ipsum.

Ex eodem Capite.

Vna, eadè que in ciuitate, vnaque, & eadem in diocesi, bini, vel plures, vel diuersi Pontifices nè constituuntor: Id enim indecens est, non minus, ac si vni corpori, plura, diuersa que inessent capita.

Ex decimo Capite.

Porrò, cum sæpè accidat, episcopos vel occupatione anxia

impediri, vel aduersa corporis valetudine detineri, quominus suum, sacro in ministerio, faciant officium, (ne dicatur quod est, quod nec, fortasse (pro dolor) est non verum, ponaturque ignorantia scilicet, aut vulgares alias occupationes frequentissimè huic rei, hoc est, faciundo officio, obstare, quæ tamen res excusationem nullam accipit, nec in hisce viris, est deinceps villo pacto, toleranda,) hoc super omni, hîc posito impedimento, ita edicitur, præcipitur, mandatur. Episcopi, Pontifices, Antistites, qui per seipsos, administrare sacra Dei nequeunt populo, iustis de causis impediti, vel ad tantum perfungendum ministerium, nequeunt ipsi per sese sufficere, prædicare, docere, legere, de superiore loco ad cultum Dei, adhortari populum: homines ad id secum fungendum officium idoneos, hisce rebus deleganto.

Viros doctos, potentes sermone & opere, huic secum muneris obeundo, & maximè prædicationi, tum & prælectioni diuinarum scripturarum, & habendis ad populum sacris concionibus, verbisque de immensa erga nos Dei bonitate faciendis, Præficiunto, Adlegunto:

Hi verò præfecti, adlecti, delegati, Episcoporum vicem gnauiter supplento.

Negotium ecclesiasticæ procurationis, sibi commissum, sedulò, accuratè que geruto: plebem, populúmque, ciues, peregrinos, tum sermone, tum exemplo, ad diuinum amorem accendunto, Probè instituunto, Scientia cœlesti imbuunto.

Cap. 33.

DE DIGNITATE ET

honore Patriarcharum.

Rubrica 5.

PAtriarcharum, qui (verbum expressum verbo) idem sonant, ac patrú príces, magniq; Christiana in ecclesia pperes, vetus, primaq; institutio, vt quorúdã fert opinio: accepta refertur Clemèti, Anacleto, pntificibus: atq; ea in sentètia est

Isidorus, magnus noster, conciliorum enarrator: qui quidem Isidorus, in recensendis actis, decretisque Italorum pontificum, ait inter cetera, patriarchas ab eis fuisse primum prolatos, infitosque, & adscriptos christianae oeconomiae.^a

a ca. provin-
ciae xcix, dist.

b ca. nulli &
dica provin-
ciae xcix, dist.

Itaque, in constitutis Anacletianis, posita est ab eo episcoporum, presbyterorumque, & sacerdotum, vel discretio, vel distinctio: b eaque, ad exemplum Christi, ipsiusque primigeniae institutionis, hunc in modum, relata, vti, quemadmodum ille primum sibi adsciuit apostolos qui fuere duodecim numero, tanquam conscripti ac primi patres, senatoresque maiorum gentium. postea demum discipulos accersuit: ita eadem forma, eademque relatione, ecclesia, cuius fundamentum omne, omnisque institutio, imago, substantia, forma, ad Christum ipsum refertur, suos in primis haberet episcopos, nempe, maiorum gentium, senatores, & conscriptos patres, qui vice fungerentur apostolorum: dein ac secundo loco, suos, sibi accerserit, presbyteros, & sacerdotes, qui magnam illam, & primitiuam, discipulorum Christi cohortem sacram, repraesentarent, illorumque obirent functiones, & munera, ac essent in Christiana republica, ecclesiasticoque senatu, quasi quidam minorum gentium senatores sacri, vel potius vicani decuriones: proin factum est, vti maiores illi senatores, scilicet episcopi, & pontifices nullibi ponerentur neque usquam conscriberentur nisi oppidis in magnis, magnisque & primariis ciuitatibus: c quarum ciuitatum, ad aliquot usque fines, prouinciaeque terminos, protenderetur ac circumscriberetur iurisdictio: in eaque iurisditione, episcopus ius sacrum diceret, tum plebi, tumque clero toti, ac populo: ipse vero, episcopus pontificiam sedem suam, in oppido principe, vrbisque territorii primaria collocaret, ibi quidem moraretur, ibi sacra obiret, ibique, de superiore loco gregem suum, faciendam, discendam, ex doctrina euangelica doceret: Ne scilicet, si in agris moram traheret atque inibi ipsius conscriberetur, figereturque sacrum solium, non eam haberet maiestatem, ac honestatem

e ca. provin-
ciae xcix, dist.

statem, ornamentumque, ac decorem, quem requirit pontificalis dignitas. quin potius, ob humilem habitationem, vilesceret, abiretque tandem in contemptum, magnum ipsius & diuinum ministerium: vti mores hominum semper in peiora ruunt. Et sane quidem, vrbs magna, nescio quid habet, sublimioris dignitatis, honoriisque splendidioris: porro honor, & dignitas, doctrinam alit, redditque actionem, & dictionem honorati hominis, tum efficaciorum, tum magis, ac magis, apud omnes persuasibilem. Quocirca & Christus ipse, in vrbe Hierusalém, magno in templo, in frequenti confessione scribarum & doctorum, qui legis erant, gentisque Iudaicae proceres: tum & alibi in frequenti hominum celebritate doctrinam suam, Euangelicamque praedicationem, & publicè confirmavit: quem postea sequuti morem, Iacobus Hierosolymis: Petrus in Antiochia primum, dein Romae: Paulus Athenis, ac vbique, clarissimis in oppidis: alij deinceps, Apostoli, aliis in vrbibus, vti eos vocabat spiritus domini, sedes suas constituerunt Euangelicae praedicationis. Igitur, aequum parque fuit, vti qui, in eorum locum successere Episcopi, ad easdemque partes aggregati fuere Christianae functionis, ad illorum quoque regulam, & exemplum, celebrioribus in oppidis collocarentur, atque ibi, clauum figerent, sacrae religionis. At alteri, scilicet Presbyteri, & sacerdotes, vt pote rerum minorum sacri homines, & inferiores ac succenturiati ministri, qui pro discipulis erant substituti, non item pro Apostolis, vicatim, contra, perque pagos, castella, villas, & rura, fuere dispositi, vt ibi, suo fungerentur munere: vrbes vero magnas, atque principes, maioribus suis, nempe pontificibus, gubernandas, colendasque, relinquerent. Itemque additum, & praescriptum, vti auctoritatem suam potestatemque exercendi, suo quisque in vico, suoque in assignato castello, vel vrbe minore, sacri ministerij, a suo quisque Episcopo, Praefule vel Antistite, tanquam a maiore potestate, presbyteri illi acciperent, singulique, singulis vicis, aut vrbibus minoribus, & obscurioribus, prout

ipsis esset visum Episcopis, præficeretur, atque adlegeretur. Sic enim, & discipuli, à Christo primum, dehinc ab Apostolis, diuersos diuersarum regionum in pagos, castella, vicos, ad ferendum Christianismum, publicandumque verbum domini, & reliqua diuine functionis, sacra obeunda missi, fuere: ipsis quidem Apostolis, magna loca, ciuitatesque nobiliores, ad id diuinum negotium agitandum obeuntibus, ut quæ, maior erat eorum functio, maiorque potestas: maiori etiam in vrbe claresceret, serueturque, uti in omni publica societate fieri debet, æqua iustaque distributio: scilicet maiores, pro tributa sibi magna spiritus sancti gratia, maiora uti capefferent, minores autem ad minora modò, pro impertito item sibi spiritus sancti dono, iuxta quidem, suarum virium modulum, aspirarent: atque ita, plus talentorum seruo daretur operosiori, ad foenerandum peculium domini: minori verò villico, & institori, forsitan debiliori, minus ite pecunie, eam in re committeretur: iuxta exemplum patrisfamilias euangelici. Sicque hac ex æqua politia est utique, factum, ut in imensum breui creuerit diuina nostras & Christiana religio: à qua politia, institutioneq;, & imitatione, minimè fuit recedendum: Sicuti nec est factum, uti apparet ex supra positis. Porro episcoporum ordo, vnus, atque idem est, nam sub eo, Pontifices omnes comprehenduntur, perinde ac, sub ordine senatorio, senatores omnes, quaquam horum quidam, sublimiorum habeant dignitatem: suntque, ij, quos patriarchas, vel primates diximus, ab eo ipso Clemete & Anacleto, fuisse constitutos, tanquam, in potioribus, maioribusque, ciuitatibus, ius sacrum dicentes: quorumque imperium, latius præderetur, primaque esset, ac princeps auctoritas: ^d Nam & in senatu, qui primi sententiam rogantur: principes, senatus appellatur: quauis omnes, senatorius ordo complectatur: si licet humana illa ciuilia, cum hisce sacris, saltè quo ad nomen & rerum ordinem, præbatum quidem valde, comparare. Quorum, patriarcharum, vel uti alij appellat primatum sedes: suam cuique, idem pontifex Anacletus in urbibus celebrioribus disposuit: eamque, distinxit honore, & gradu: primas scilicet partes Romanæ fedi, attribuens: secundas Alexandrinæ, post Antiochenæ, ac deinceps reliquis, sicuti est à nobis hic paulò post fu-

d cano. nullo.
li. & cano. i.
xcix. dist.

e cano. sacro
sancto. xxii.
dist.

sius explicatum. At verò historia tripartita, saliter hisce de rebus differit & patriarcharum institutionem refert, ad oecumenicum Concilium Bizantinum, actum in vrbe, Constantinopoli, Anno christi 333. Quo in concilio, ait eiusdem auctor historiae, tum & patriarcharum ordinem constitutum, ac eo, quo supra dictum est, modo, discretum: tum & episcopo Bizantino, patriarchatus honorem primum, attributum fuisse iussumque, uti a Romano pontifice, secundus esset: cæterique, ipsi Bizantino, in sacro, & ecclesiastico imperio, post Romanum, parerent, ipse porro cæteros antestaretur: nam is nouam Romanam incolebat, dicta enim bizantium, habitaque Roma altera: tum & suis episcopis, suas, cuique assignatas fuisse, pontificias prouincias: tum & sancitum, & cautum, ut quandoque in quaque pontificia prouincia, aliquid noui negotii, in religione, vel religionis reique publicæ administratione emergeret, id ipsum, prouinciali concilio terminaretur, suoque iure, ac sententia, tum & lege sanciretur. Porro, quidam alij, hanc patriarcharum, episcoporumque, tum constitutionem, tum discretionem, aliò referunt, nempe ad romanorum gentiumque religionem, quo in numero est Polidorus, inquit, & illinc, Petrum, exemplum huiusce sacratæ oeconomie desumpsisse: & ad formam, nescio quorum flaminum, atque archiflaminum, quos ibi recenset, omnem ordinationem nostratum Antistitum, factam fuisse: ridiculum sanè illud atque ineptum in eo, quod ait, assertoribus quidem (quos nescio an fat verè hac in re citat) Innocentio, & Clemente, diuum Petrum inde, hoc est, a gentibus, earumque religione mutuatum fuisse speciem, modum, gradum, & functionem, nostratum sacerdotum, nostratumque diuinarum ceremoniarum, quum satis constet, Petrum ipsum, omnes hosce gentium mores, ab horruisse, improbasse planèque ab hisce, oculos atque animum auertisse, ^h tantum abest, ut ad eorum regulam, mores & instituta, nostram voluerit ecclesiam informari: potuerit quidem posteriores, nonnulla, in administratione republica, ciuilibusque, iudiciis, aut etiã religionis

f historia tri
partita, lib.
cap. xii.

g polidorus
virgil, libro
iiii, cap. ix, de
inuento, rer,

h august, li.
de ciuitate
dei,

politia, à Romanis ipsis, quorum optima erat Respublica, ciuilibus de sumptibus: quale fuit illud, quod, modò, de appellationis Episcoporum ordinisque distinctione, diximus. At Petrum ex ea gentium colluuiione, hoc est, impia sanè & prophana religione, quicquam, in nostrum, Iesu Christi, vniusque Dei, cultum, transtulisse, in hisce maximè quæ interiora religionis respiciunt, aut quicquã excerpisse, neque id porrò credendum est: neque Clementem, Gregoriumq; , aut Innocentium quos ille, hanc in rem testes adhibet, sic accepisse, verisimile existimandum: quod si auctor ille Polydorus, vir alioqui eruditissimus: Augustini diui patris scripta, aliorumque probatissimorum auctorum, vt pote, Theodoriti, Tertulliani, Iustini martyris, Eusebij, Orosijq; , vel diligentius euoluisset vel verbis ipsorum, & sententiæ accuratius attendisset, multa quidem, quæ in inuentione nostratium diuinarum ceremoniarum, effudit, plerasque earum, gentium ineptæ religioni, acceptas referens, maiori iudicio protulisset. Quod idcirco, hîc volui, obiter adpositum, vt in lectione illius operis, de inuentione rerum, in hisce, quæ ad ceremoniarum diuinarum nostratum originem pertinent: synceriores esse falem adhibendum, lector admoneretur.

EX LATERANENSI CONCILIO, sub Innocentio tertio celebrato, Anno Christi 1215. Cap. 34.

Ex Canone quinto.

DE sententia patrum: concilioque vniuersi sacri Senatus, ita fuit sancitum edictum iussum, post Romanam sacram sedem, quæ volente, adiuuanteq; domino, principatum in orbe Christiano, atque in piorum ecclesia obtinet, omnemq; aliam ordinariam potestatem, longè antecedit, vt pote, quæ mater sit, princeps, dux, magistra, vniuersorum hominum, qui Christo nomen dederunt, in illiusque religione firma fide iurarunt. Alterum proximumque locum Constantinopolitanus patriarchatus occupato, Possideto:

Sibi que, in perpetuum habeto.

Hunc reliqui patriarchatus, eò deinceps ordine, ea que ferie proximè consequuntur: Alexandrinus nempe, ab eo, hoc est, à Bizantino, Secundus, prodito.

Antiocheno, tertia sedes tribuitur.

Hierosolymitanus, quartum postremumque sacrum Augustale habeto.

Vnicuique locus suus conseruator, Vnicuique, sua, vt præscriptus est ordo, dignitas tribuitur.

Vnusquisq; horum Antistes, patriarchatusq; præfectus, pallium (pontificalis potestatis absolutum, summumque insignem) à Romano pontifice, desumit,

Huic Romano pontifici, sese Antistes ille autorato,

In Romana sede, sacramento dicito,

In illius acta, consultaque, iureiurando adigitor, Supplicem fidem, Romani pontificis summi, obseruantie, atque obedientie ascriptam, solemniter agnoscito.

Hoc acto, suis item ipse deditis, Antistitibus, episcopis, pontificibus, suæ iurisdictioni atque prouinciæ obnoxiiis, quos suffraganeos appellamus, pallium liberè tribuito: ipsos quidem, in professionis canonicæ verba, legisque pontificie custodiam, suo nomine, patriarcha ille, iureiurando adigito Ecclesiæ porrò romanæ nomine, ab ipsis subditis suis, fidelitatis, & obedientiæ, mandatorumque obseruantie sponsionem, ille item accipito.

Tum & quisquis sit ille, ex his quatuor supra positis patriarchis, dominicæ crucis, signum, quacumque inciderit, quacumque viam, aut iter fecerit, ante se deferri iubeto.

Romæ tamen, vel vbi est summus pontifex, aut ipsius legatus his insignibus vtens, hac Augusta, crucis dominicæ gestatione, patriarcha ille supersedeto.

Porrò, in omni ipsorum Patriarcharum prouincia, Iurisdictione, territorio, ad eos in forensi causa, cum opus, vsusque exigit, prouocator: Si tamen apostolica sedes romana, appellatur, quacumque in causa, eò appellatio, reuoluitur,

Remittitor.

Nempè, huic vni romano tribunali, tanquam principi, augustoque honos defertor,
Ita, de vniuersi concilij sentètia, & approbatione, sancimus, iubemus, edicimus.

Rubrica 6.

*DE METROPOLITANORVM
ordinatione, officio, magistratu, munere, & institutione.*

Cap. 35.

NVnc commodè verba mihi facienda sunt, de Archiepiscoporum ordinatione, officio, magistratu, munere, & institutione, atque omnia differenda, quæ ad eam rem pertinent: tum hoc loco, atque ordine, (Nam ea res id exigat) exponenda ea quæ in œcumenicis, hac de re conciliis, acta fuerint, nec aliquid, in hac materia memoratu dignum prætermittere, mihi decretum est. Quoniam tamen, quum de episcopis loquuti sumus, vrbium situs, positionesque, in quibus indicta peractaque memorantur concilia, apposuimus, de ea re, nullum quidem his in proximè sequètibz quatuor aut quinque conciliis amplius à nobis verbum fiet, nisi si quid incurrat, quod hac in re mihi supra non sit tactum, ne scilicet bis idem in connexo coniunctoque sermone, perstrepet.

Rubrica. 7.

Ex Concilio Arelatenfi secundo, de his quæ dignitatem respiciunt archiepiscoporum.

Cap. 36.

Episcopus, metropolitano, antistite suo, hoc est, archiepiscopo, non auctore, neque suffragatore, neque illius ad episcopatum promotionis, conscio, episcopatu præfectus, episcopus non censetur, Eo sacro nomine non appellatur, Neque in ea functione permaneto.

Nulli itaque eum sacrum magistratum, citra auctoritatem dicti metropolitani, gerere fas esto,

Istud ipsum fuerat etiã Nicæna sinodo cautum, & rogatum, canone sexto: Et postea, Anthiocæno, sub Iulio papa, celebrato concilio, renouatum: canone illius concilij decimo nono.

Et adhuc renouatum, concilio Laodiceno, canone duodecimo, & concilio Carthaginensi secundo, canone duodecimo, & concilio Laodicensi, canone duodecimo: de quo in canone, Episcopum non oportet, 61. distinct.

Ex Concilio Anthiocæno, Cap. 37.

Episcopi, metropolitanum, præsidem suum, totius provincie curam, summamque recepisse, exploratum habento. Illi, veluti antistiti magno, præfectoque, in honore, provinciales episcopi, concedunto. Ille, provincialibus episcopis, antestator, omnes anteito: cunctis, ibi, Ante habetor.

Ex Concilio Agathensi, canon, 38. Cap. 38.

Si provincie pontifices, literis Antistitis provincie primarij, metropoleosque præfecti, aliquid euocentur, nempè, aut ad alicuius pontificis, vel ordinationem, vel consecrationem: Aut ad synodum celebrandam, vel habenda pro religione, comitia, inuitentur: euocationi, inuitationi, mandato, continuo parento: Statim via se dedunto, Protectionem non differunto, Non protelanto.

Ad diem præstitutum, indictum, constitutum, ni obstet grauis corporis infirmitas, Ni principis, qui contrarium mandet, interpellent iussa, imperium, auctoritas: se exhibento, se representanto, Se ad superioris Antistitis mandatum, sistunto & quidem maturè.

Ni faciant, Ni adsint in tempore,

Ni præipientis præsulis imperio, ad diem, obsequatur Charitate fratrum excluduntor, Sacra communione abdicantor,

Ea poena, ad synodum vsque, proximè post subsequeturã,
Premuntor, Castigantor.

Ex Concilio Chalcedonensi, Cap 39.

Ex. 12. Canone.

In vna, eademque prouincia, bini Antistites metropolitani,
ne constituuntor.

Ita decreuit, statuit, edixit, synodus sancta, cuius decretum,
Ne quisquam violato, Neu labefactato, Neu trásgreditor.

Ex Concilio Chalcedonensi,

Ex 25. Canone.

Quandoquidem, ex metropolitanis antistitibus, sunt qui-
dem, qui de grege sibi commisso, parum solliciti, neque il-
lius, vti par est, curam habentes, in facienda episcoporum
ordinatione, diem ex die ducunt: eamque, in lógius tempus,
quàm ferre possit ouile Christi, egens interim pastore pro-
ferunt: decreto patrum, super eo, in ista synodo, sic est sanc-
tum, Intra trimestre spacium, ordinatio episcoporum pe-
ragitor.

Ni obstet necessitas, resque dura & inexcusabilis, maius té-
pus exigat, cogatque ordinationem differri, tunc eum quã-
tum necesse est, tantumdem temporis nec eo amplius, Illa
modò extrahitor, dies prorogator,

Temporis spatium producitor, vt quidem requirit negotij
necessitas: Qui hunc canonem, non obseruarit, damnatorio
Ecclesiæ iudicio subiicitor.

Vti illa statuerit, ita plectitor,
Castigator.

Interea, interque moras, prouetus omnes, orbata sacrae ædis
apud œconomicum eiusdem sedis hominem, deponuntor,
Illius fidei commituntor

Demandantor.

Ex Se-

EX SECVNDO CONCILIO AV-¹⁰¹
relianensi. Cap. 40.

Ex Canone 2.

Metropolitani omnes, quotannis concilium prouinciale co-
gunt: Illò, per ciuitates, collegas item prouinciale suos, cõ-
uocantor,

Illis de rebus prouinciæ, quæ suæ sunt functionis, in commu-
ne consultantor.

Illuc idem fuit postea renouatum, Concilio Aurelianensi ter-
tio, canone illius concilij primo.

Ex canone septimo.

In consecrando, ordinandoque Metropolitano
quouis Episcopo. At hinc interpellor ob
negotium, alias absolue-

* tur canon. **

EX CONCILIO LATERA-
nensi, sub tempora, quibus pontificatum summum gere-
bat Alexander tertius, celebrato. Cap. 41.

Ex capite quarto.

Archiepiscopi, sacram suam regionem obeuntes: parœcias,
suis perlustrantes oculis, nimium sumpti, parochis prouin-
cialibus, ne imponuntor, neu faciuntor.

Modum custodiuntor, prouinciarum opes appenduntor:

Vt sua cuiusque ædis tulerit abundantia, facultates, bona:

Vtque postularit distantæ, & diuersatis ratio, ita in ratione
nummariã ipsa deducitor: Eoque modo, pótifices magni, his
in rebus, se geruntor. Nihilominus tamen, ad quadraginta
equos, alendos, si ita videtur, ad summum quinquaginta, nõ
quidem amplius: erogationes, impendia, atque iusta visita-
tionis sportularia, si lubet accipiuto, porrò ne tráscéduto.

Cc

Cardinales, vicanos, non amplius, vel vicanos quinque, pro eo visitationis, & recognitionis prouinciarum honorario, equos ne excedunto, Episcopi quidem vicanos, vel tricanos, pro eadem re, ne transgrediuntor.

Archidiaconi, Curiones maximi, quinque vel septem ne amplius, habento.

Diaconi, ad id delegati visitationis officium, duobus equis contenti sunt. Maiorem comitatum, prouincialium, impensis ne adiiciunto: sed supra scriptus in omni horum antistitum ordine modus seruatur.

Canes venatorios, prædatrices aues, hi omnes, dum proficiscuntur, prouincias recognituri secum ne ducunto.

Nihil porro ultra præscriptum taxationis modum, exigunto, adpetunto.

Seque, eo ita in munere, ea in functione, præstanto, gerunto, Vti non quæ sua sunt, sed quæ ad Christum pertinent, noscantur accuratè quærere: Vti non more hominum indulgere genio, & voluptati, non pompæ, non ambitioni, non futili magnificentiæ, non porro quæstui operam dare: sed eos constet, suum tantum, in ecclesia dei, facere officium, suo gnauiter fungi sacro magistratu, suam pro virili ouariam præscere.

Quare, vectigal, tributum, onus nummarium, suis subditis, & dedititiis, ne his quidem, in quos, libera est indictio, Episcopus vllus ne imperato, Extra ordinem quidem

Eos nulla stipis exactione, nullo stipendio aggrauato,*

Id edicimus, id prohibemus: qui secus fecerit, qui eo audaciæ animique impotentia eruperit, huic graue malum districte minamur: Et tamen, quia superueniunt sæpè negotia, quæ necessariò sunt obeunda, vel haud queunt iuste prætermitti, ne quidem agi, sinè pecunia: tum sanè, aliquid honesti subsidij, stipisque moderatæ, episcopus quiuis, benignè, & adhibito charitatis, ac beneuolentiæ fauore, ita demum à suis postulato, rogato, petito.

Si id, vt fiat, vrget euidens causa, suadetque publica & hõ-

nesta ratio: id eum ipsum, toleramus, patimur, concedimus, hunc quidem duntaxat in necessarium scilicet, vrgentèq; casum. Porro, quod dictum est, de præscripta illa nummorum erogatione, à prouincialibus, ob visitationem, representanda, quæ hoc in legis capite, permittitur, eiusque accipiundæ, fit facultas & gratia, ibi demum locum habeto,

Vbi, magni per amplique fuerint ecclesiæ prouentus, vbi, sana opibus abundant, & glebæ vberè, suppetitque reddituum facultas. Tum vbi, parochi, Curiones, Populus, sacerdotes agunt facillè, bene habent, & opulenta possident latifundia. At verò contrà, pauperioribus in locis, vbi visitatur facultatum tenuitas, populus tum & clerus agunt in angusto, abundantia non suppetit: Ibi quidem, supra positum nummorum præscriptum, supraque positus impositionis modus coercetor, ad æquam mensuram reducitur, quæque sit minor, & pro augustiis, tenuitateque pauperiorum: Itaque ea tum teneatur modificatio, Vti propter accessum potentiorum, incommodo qui infimi sunt, ne afficiatur, Turba immodica ne grauentur:

Neu ob talè antistitum prærogationem, qui magno hactenus antistites, vti consueuere, dum viam faciunt, equitio, magno quidem famulitio, magna que pompa reliqui comitatus, & magno quidem pascere, hac in re, sibi ipsi putet permiffam, abutendi magnam licentiam: Neu ob talem visitationem prouinciales, oppidani, vicani, pauperes, plebs, populus, ordoque reliquus sacerdotum quibus omnibus, copiæ sunt tenuiores, coactèque in angustum, magna sibi obici impedia, immensos sibi, obrepè sumptus querantur & doleant: vtrunque, tam à charitate, Christiana, alienum, quam minimè tolerandum, & hac edicti perpetui sacra sanctione, in omne tempus planè vetandum.

Archidiaconi, Curiones maximi, diaconique non multam æris irrogationem, presbyteris & reliquo clero imponuto, eis nihil immoderatum iniungunto, Canone, indictione, immodicoque nummario onere, ipsos ne diuexanto, Id vnum caueto, Id ne audento:

Edicimus, præcipimus, mandamus: ne uè fiat, districtè interminamur,

Rubrica 8.

De presbyterorum, diaconorum, & hypodiconorum, cæterorumque clericorum functione, & munere.

Sequitur Synodus œcumenica, celeberrima quidem, actaque Nicææ, in comitiis ibi habitis, pro tractanda quibusdam in negotiis sacra Republica: quæ comitia, septimum in ordine, œcumenicum concilium peperere.

Cap. 42.

Dum Leo, huiusce nominis tertius, rerum Romani imperij potiretur, oborta est mala quædam secta, malaque & inepta quorundam hominum opinio, quæ diuorum imagines, atque adeò, ipsius Christi nostri, simulachrum sanctum, abhorrebat, explodebat, & ab omni sacra eade, ab omni templo, ab omni que diuino & dicato loco, procul abigebat: denique non volebat, uispiam, ob oculos hominum, rem talem poni: atque temerè admonebat christianos, conabaturque persuadere, id facere, hoc est, imagines, piorum hominum, habere, colere, obseruare, impium esse: & a paganis mo-
gentiumque ritu, id omne pendere: ^a quia dicebat, præcepto dei, in tabulis Moïsis, omne id huiusmodi, populo dei, interdictum esse. Non facies, (inquiebant isti) sculptile quicquam: quasi verò ea lex domini, ita esset accipienda, atque ita interpretanda, & non adhibendus modus sanus, adhibendaque prudens intellectio: dixit quidem deus, non facies sculptile, sed id dixit Iudæis, quos sciebat, ad idolatriam propensos, quorumque animum nouerat, & ingenium, tum mobile, inconstansque, tum cultui impuriori, deorumque futilium assertioni, plus quo, plusque satis additum, & inclinatum, uti apparuit, cum ex multis rebus, tum ex tauro, quem conflant, quemque adorabant,

a. blond, 10.
pla, in adria-
no, Entro, lib
21.

pròque Deo summo propè habebant: At in nobis, quid simile? quasi quisquã sit, hoc in nostro populo adeò, demès, adeoque rerum imperitus, ut picturam, modò, statuam uè æneam, aut marmoream, ac non diuinum illud numen, ad cuius expressionem, ea imago adducta est: sanctamque, sancti illius Diui, quam illa refert, memoriam, sanctosque manes, sanctamque animã, honore, & cultu, prosequatur: præterea, res est, qua, vulgus ignarum, hoc habens representationum genus, fungitur vice scripturæ, hisce pascitur, hisce ad pietatem incitatur, hisce comouetur animus, mens, oculus: denique isthæc talium rerum effigies, representatio, sculptura, quædam est magna, uiuãque rerum, pro religione præclare gestarum, commemoratio: quæ intuentes afficit, eosque, ad imitationem excitat, & conuertit. Sed hac de re: atque de ista horum hominum, hæresi, & ineptia, plura dicere superfedo: Nam præter quam quod, res ipsa, per se patet, plenæ etiam sunt, talium argumentorum, taliumque locorum, sanctorum patrum commentationes, quibus satis confutatur, isthæc, hominum, imagines improbantium, vana excogitatio, futilisque commetum: qui tamen homines, tam fatuum tunc nacti, fuere Imperatorem, tamque insulsum, nempe huc Leonem tertium, ut is, non solum, illorum persuasionem, suo suffulciet suffragio, omni que sit prosequutus fauore: verum etiã, contra sentientes, magnis cominationibus, magna que poenarum sanctione incesserit, proponens sic in edicto: Qui homo imagines receperit, coluerit, admiserit, In eum, Cæsarea lex, iudex, magistratus, animaduertito, huc punito; huc coerceto. Tum sic ite, imagines omnes, simulachra omnia, sculptile quicquid, ab ecclesia, eiicitor, à templis remouetor: nec in fanis, nec alibi, uispiam, ullum locum habeto. Cui inepto edicto, atque adeò flagitioso cum resistere conaretur, seseque illi opponeret, Gregorij secundi, Præfulis Romani sancta auctoritas, egregia admonitio, æquissimamque preces, ad Imperatorem, magna cum instantia, fuisse: p'us tamen ualuit, apud Cæsarem accepta semel, & imbuta mala opinio,

quam religiosissimi Pótificis, pia, prudénsque exhortatio: ita, vt neque rogationibus, neque admonitioni vlli, locum, is malus homo, reliquerit, neque à suo incepto malo, voluerit vnquam desistere: quin magis, ac magis, in imagines, earumque cultores perseueravit, pro suo magno imperio, sequere, debacchari, insurgere, easque omni conatu, omni que animo explodere, exagitare: Cuius furoré, obstinatamque dementiam animaduertens Pontifex, quem precibus admonitionibusque, nequiuerat flectere, conatus est minis & terrore, ad sanam mentem reuocare, ne tantum malum, tantaque labe in Ecclesia radices latius ageret: itaque illi imperium, pro sua sacra potestate, abrogauit, subditosque, illius obedientiae, foro, & curiae, penitus exemit, adserens eos in libertatem, ac tandem iurisiurandi, quod in imperatoris nomen, conceperant, fecit gratiam: omni que eos nexu, omni sacramento, omni postremo, obligatione planè soluit: pro in factum, vti relicto, sua cum obstinatione, hoc iniquo imperatore, postque putata illius inepta, & ridicula religione, ad Carolum, sit deuentum ^b in ipsiusque, ad gubernaculum Occidentalis Imperij, accersiti, verba, magna omnium fidelium consensione, iuratum. Attamen, cum iniquus ille Leo, diem suum sua in hæresi obiisset, successorem habuit, hæredemque, tum Orientalis Imperij, tum hæreseos, quendam, scilicet Constantinum, qui, quandiu vixit, hac in secta permansit: Eo demum extincto ad idem Imperium cum venisset Leo quartus, Irènemque optimam foeminam, sibi conubio iunxisset, ex eaque genuisset Constantinum, ac tandem naturæ concessisset: euenit, vti Irène vidua, vnà cum filio orphano, Rempublicam Orientalem, sibi à coniuge, patreque relictam, communibus regendam auspiciis, capessere: tumque primùm sopiri coepit, mala lues, malaque persuasio, de abolendis imaginibus, oborta. Sopita est porrò hùc in modum, vti quidam referunt: Adrianus, primus hoc nomine, eo tempore, nempè, Irène, & Constantino filio, imperatibus Byzanti, Romanum tenuit Pontificatum: mo-

^b Gratianus
ca. adrianus.
lxiii. dist.
raul. emil.
in Caro.

tusque egregia animi inductione, ad Irènem, & Constantinum, non solùm literas dedit, quibus, eos ad imaginum restitutionem, quas aboleuerant antecedentes Byzantini Imperatores, pie adhortaretur: verùm etiam, quò, res, maius pondus, maioremque celebritatem haberet, tum, & maiori auctoritate suffulciretur, ad eos, in id negotij, illustres viros duos, allegauit: nimirum Petrum Cardinalem, & alterum Petrum Abbatem, Antistitemque sanctæ Sabeæ: qui viri, vt erant in Rempublicâ, atque in puriorem religionem, bene animati, summâque tenebantur, erga Deum pietate, effecerunt, apud pios item Imperatores Irènem & Constantinum, vti hac super re, indicerentur comitia, congregareturque generalis Christianorum patrum conuentus: atque ibi, ex æquitate, & iustitia, tum & secundum præcepta syncerioris religionis, synceriorisque Apostolorum præceptionis, & doctrinæ, negotium decideretur. Id quod factum, inque Nicæa ciuitate, conuenerunt patres: atque ibi, post multa, vltro, citroque disputata, quod bonum, foelixque, toti Christianæ Reipublice esset, imagines restituerunt, deque eo, legem sanxerunt, iusserunt, edixerunt. Alij porrò aliter referunt, quod tamen in eandem, super imaginum cultu, recidit sententiam: tantum in historia, reique gestæ narratione aliquid immutatur: quod tamen cedit semper in in gloriâ, optimorum Imperatorum Irènes & Constantini, & nihil tamen detrahitur de bono nomine, laudisque testificatione, religiosissimi Adriani, Pontificis: refertur enim, ex literis Nicolai Papæ, scriptis, ad Michaellem Imperatorem, fuisse Irènem & Constantinum, qui prius hac de re, Pontificem admonuerint: eumque ad hanc quæstionem, pro bono Ecclesiæ in generali concilio terminandam, definiendamque, mittendumque eo nomine, ad id Concilium celebrandum, legatos, excitarint: vnde accidit, vti de communi Imperatorum, & Pontificis, sententia, indicta sit, atque peracta, hæc altera synodus, Nicæna: œcumenica quidem, & generalis, habitaque super arduo,

magnoque religionis negotio : qua in synodo adfiteri tercentum, sexaginta septem, Antistites & Pontifices, anno domini, septingentesimo, nonagesimo tertio : ibique, quod supra positum est, videlicet, de habendis in honore, cultuque tum Dei, tum diuorum imaginibus, factum est generale senatusconsultum, per scriptaque auctoritas, quæ in hunc usque diem, à piis hominibus pie sancteque obseruatur. Hæc sunt, quæ super hac hæresi, imaginum oppugnatrice, superque lege, earumdem imaginum, in pium usum, reuocatrice, quia hæc potissima causa fuit, celebrandæ huiusce secundæ Nicenæ congregationis, hinc secundum propositi ordinis rationem, adscriptimus: Reliqua hanc ad rem, qui scire volet, historias tum & conciliorum collectanea, ubi fusè omnia enarrantur, adito, Igitur, hac de re, sic ut sequitur, est cautum.

EX ACTIS CONCILII

Nicani.

Cap. 43.

Venerandas, populi omnes, imagines venerator, coluto, honorator, Qui non fecerit, anathema esto, Qui simulachra Deorum, ludibrio vlllo affecerit, qui illis sit obloquutus, qui illuserit, ab Ecclesia deiicitor: Qui blasphemia, qui peruerso maledicto, probroso, sacrilego, in Dei diuorumque sacras effigies, se obstrixerit, proscribitor, execrationi subiicitor: Qui non docent, qui non prædicant, qui ex animo non promulgant, hortanturque populum, diuorum omnium, qui Deo placere, & in cœlum sunt relati, statuas, monumenta, signa venerationi habèda, & cultu omni prosequenda : anathema sunt, abdicantur, abalienantur, sacris omnibus interduntur.

Ex Actis Decretisque, sexto loco sancitis, & promulgatis in dicto Nicæno Concilio, Qui, ut præcepere Apostolicè, tum & patrum traditiones, de Deo in trinitate vno, hoc est, de patre, filio, & spiritu san-

sancto non rectè senserit, hoc est, numen vnum, vna in Trinitate, diuinitate, natura, substantia, vno consistens in consilio, voluntate, & consensu, non sit confessus non crediderit, hæsitauerit, vacillarit: Qui actionem illius, vnius in trinitate numinis, virtutem, dominationem, potentiam vnicam esse, non dixerit, prædicarit: Qui monarchiam in cœlo non receperit, asseuerarit, affirmarit: Qui, in hoc articulo Christianismi capite, vel paulum modò titubarit: Qui tres personas, seu hypostas, vna in substantia nõ adorarit, coluerit, anathema esto, aqua, & igni interdicitor.

Ex Canone secundo, qui habetur in præscripta & consignata autoritate sexta, eiusdem sacri concilij Nicani.

Qui, eiusdem sancti numinis, & Dei patris, vnum filium, esse verbum, mentem, sapientiam, consilium summi Dei, sermonem patris, tum & immensas æterni animi, æternæ mentis, summi numinis & diuitias † & delicias cœlestes, de quo nimirum dixerit, ^d ipsa summi patris summa veritas. Tu es filius ille meus dilectus, in te complacitum est mihi: non crediderit, non omni cum asseueratione affirmauerit.

Qui dominum nostrum, Iesum Christum, ab æternitate, nõ factum quidem, sed ex patre genitum esse, idque secundum diuinitatem, at nouissimis in temporibus scilicet gratiæ, ob salutem humani generis, è cœlo descendisse, corpus, humanitatemque superinduxisse, & assumpfisse, nempe à spiritu sancto conceptum, ex Maria natum virgine, corporatum, carne reatum, hominem verò factum, (omnia fanè supra humani captum ingenij,) at diuina tribuente gratia, afflantèque spiritu sancto non crediderit, non asseuerarit, non omni in præconio, cõcionèque publicarit, ediderit, confirmarit, non menti suæ penitus indiderit, non animo suorum radicatus inseuerit, anathema esto, proscribitor, diris cõfigitor.

Ex Canone tertio, eiusdem autoritatis, sexto loco, in eodem concilio, præscriptæ,

Qui, Christum optimum, maximum, nõ profitetur esse Deum: qui, eum nõ dicit Emanuel : qui, huc esse veritatem, quam se-

Dd

† Vocat diu-
Hieronymus
filium delicias
patris: dicit lo-
quitur de
Christo no-
stro domino
iesu.
d Matth. iij.
vii. Marci. i.
ix, Luc. ix. iij

quatur, quã teneat, cui se addicat, nõ fatetur: abnegat, abnuit. Qui, Deiparem virginem, hunc, secundum carnem peperisse: ipsumque in aluo Marię, à Deo conceptum fuisse, non dixerit: Qui, eum, verbum esse summi Dei, diuinum quidem & genitum à patre consubstantialē, nullo conclusum principio, nullo circūscriptum fine, non censuerit, iudicauerit: programmate diro, execrabili: maledicito, configitor.

Ex quinto Canone eiusdem Concilij.

Qui, Christum, optimum, maximum, propria confectum carne, proprio cõclusum corpore, eumque & verum Deum, & verum esse hominem, non sit confessus: à coetu, concilioque piorum abigitor, Ethnicus esto, ad gētes rescribitor.

Ex sexto Canone.

Qui, in Christo, vno vero Deo, vnoque vero homine, naturas duas, voluntates duas, actiones duas, diuinam scilicet & humanam, vnica quidem & indiuidua communicatione, haud confusa, haud dispertienda, non receperit, non admiserit: Qui, in trinitate personas confuderit, substantiam separarit: Qui, in symboli Apostolici verba non iurarit: nihilque addendum, nihilque minuendum, non affirmarit:

Qui, sacrosanctas patrum, hac de re, sanctiones, menti non affixerit, non tenuerit: à sancta magnaque matre, à communi omnium pia parente Ecclesia, abdicator, excommunicator, proscribitor.

Ex octauo Canone.

Qui, eternam verbi, mētisque & fermōis Dei figurã, ad folium concretionē carnis, & corporis, ineptē, atque impiē retulerit: Qui diuinã Christi effigiē, sola naturæ humanæ assumptione, circūscripserit, sola terrena materia, colore, forma, obduxerit, delinauerit, adumbrarit, Nõ item ipsum, perspicaci intelligētia, ex intimo sensu animi, ad summi patris sedētem dexteram, oculis mētis sit intuitus, Nõ item ipsum, supra solis radios, supra solis fulgorē, splendescētē lucētēque animaduernerit, visu collustrarit, Non item ipsum, in aureo folio, iuxta patrē cõsidētē (cui coeli sunt, tronus, & sedes: scabellum autē, terrā:) supra oēm potestātē constitutū. Cui pa-

rent virtutes, dominationes, & angelorū chorus, firmissimē nõ crediderit, animo nõ cõceperit, & penitus cõprehēderit: Qui Christum denique, optimū maximū, in maiestate diuine glorię nõ adorarit, & eundē hominē verē factū nõ asseruerit: Vltimo, & abominādo dirę proscriptionis exemplo obstringitor: ad impios relegator.

Ex Canone decimo quinto.

Qui Mariã semper virginē, nõ sit cõfessus: Qui eadē, proprio, veroque; atque, ipsius sanctimonię debito, nomine nõ appellarit: Qui eadē supra oēm creatã speciē, supra omnē creatã naturã, vel quę videtur, vel quę nõ videtur, nõ collocarit: Qui eã denique, nõ inuocarit, nõ implorarit, piē vota nõ fecerit, vt potē, quę apud Christū Deū, quę peperit, possit omnia: abominatus, abstentus esto, sacrorum vsu omni, & Ecclesię consortio, interdicator, prohibitor.

† abstentus
verbi beati
Cipriani pro
excommunicato.

Ex Canone decimo septimo.

Si quis, diuos oēs, in cœlestiūque, numerū relatos sctōs, quotquot ab initio creati mūdi, ad hęc vsque, fuerit tēpora: siue legē antecesserit, quales fuere patriarchę ferē oēs: siue sub lege vixerit, vt pote, heroes illi summi & clarissimi, p̄cerēsque, quę leguntur in bibliis: siue etiã tēpore cõcessē, à Deo salutaris gratiæ, iter hoīes sint versati: Venerādos omni cultu, omni honore, omni oratiōe p̄sequēdos, nõ duxerit: animã, corpusque corū, nepe olim hominū, quę nūc vtique diui, summi Dei fruūtur præsentiã: Qui, pro hoīe quouis, deū sumū orāt, liberē patrociniatur, interpellat, vti ecclesiastica receptū est traditio ne, non sit reueritus: Non eos sibi summa, sinceraque fide, in auxilium adsciuerit: furis, maniisque deuouector, maledicto diro constringitor, arcetor ab ecclesia.

Ex Canone decimo octauo.

Si quis, de resurrectione mortuorū, vti par est, & piū, nõ crediderit: Si quis hoīes oēs, ad tribunal summi dei aliquādo nõ sistēdos esse duxerit: vt ibi, rationē factorū suorū, corā deo, p̄bet, reddatque. Vt iudiciū, p̄bet feret vnus cuiusque, tū meritū, tū actio, æqua iudicis appēsã læcē, sumāque, remuneratiōis æquitate be-

nignitate, misericordia, atque clemētia accipiāt: Mali quēdē, in
 ęternū pœnis plectātur, boni verō ex sūma Dei gratia, be-
 neficio, & ope, in ęternū, lætitia fruātur, gaudio cumulētur:
 His quidē gaudiis, in esca, & potu, haudquaquā cōsistētibus
 (neque enim est regnū Dei potatio, esitatio, crapula, sed in
 Deo ipso oblectatio, quies, voluptasq; animi, & trāquillitas
 rerū, pax atq; charitas.) Verūm his quidē lętitiis, (ut inquit
 Apostolus), in iustitia, dilectiōe, spirituali exultatione, pla-
 nē positis: Si quis inquā, hęc ipsa nō receperit, firmiter non
 fit complexus, mētique nō infēuerit: spirituali cęsurę sub-
 iicitor, execranda animaduerfione coercetor, in ęternum,
 ni resipiscat, damnator.

EX CONCILIO LAODICENSI Ca. 44.

Laodiceę, sub annū à natiuitate domini, trecētesimū sexa-
 gesimū quartū, vel etiam sexagesimū octauū (nam utrūq;
 narratur^a) indicitur publicus conuentus, vti de rebus, quę
 ad vniuersos pertinerēt, in cōmune cōsultaretur: Est autem
 Laodicea quia de ea, supra nō est (quod meminerim) dictū,
 Sirię vrbs nobilis, ad Lycū fluuiū vti scribit Plinius. † quam
 etiam memorat Ptolomæus. ^b Est & alia eiusedē nominis, ad
 mōtē Libanū, in vtra autē, id sit actū, nec pręsentis est opere,
 discutere, nec magnoperē querēdū cęseo. Clara interim res
 est, Laodiceę, vtrubi tādē sit factū, cōisse trigēta duos primo-
 res homines, atq; ibidē, quinquaginta nouem canones pro-
 mulgasse, quorū pręcipuus autor, dicitur Antistes Theodo-
 sius: de qua coitione, & cōcilio, meminit Gratianus. ^c Cele-
 bratur autem, sub exitu annorū Papę Liberij, vel sub initiū
 pontificatus Damasi, post mortē Iouiani Imperatoris, nam
 sub vtro fuerit, & id quidem ambigitur: sed ea de re, vide-
 rint historici, ego nō induxi animum, ista minutiūs, scrupu-
 losiūsque, in pręsentia disquirere, sed (quod ad rem perti-
 net) in eo cōcilio, sanciantur, quę nunc narrabo capita, sa-
 cerdotali ordini, qui iam crescebat in amplum: modum, vi-
 uendique legem pręscribentia: tum diaconorum, & hypo-
 diaconorū munia, functionesque statuentia: quę sic habēt.

^a Isidorus. i.
to. concil.

^b Plinius ca.
xxix. lib. v.

^b Ptol. lib.
v cap. xiiii.

^c ca. sexta sy
nodus prima
annotatio.
vers. sexta
Laodicensis
xvi. dist.

Canone primū quinto.

Sacerdotes pecuniam suam, sub nulla mercedē foeneranto.
 Eam, promercalem, ne habento. Qui altissimis Iesu Chri-
 sti altaribus, ministerij gratia, admouentur, vsuras ne acci-
 piunto, lucrum turpe ne liguriunto, lucrum vile ne ca-
 ptanto: a fœdo gentium quęstu, auersum animum gerūto. ^d

^d d cano. non
licet xlvj. dist.

Decimo tertio dein Canone.

Populari turbæ, electio hominum, ad sacerdotum gradum
 & sacerdotij pręfecturam promouendorum, ne attribui-
 tor, Imperitum vulgus, indocta plebs, incers populus^e hac in
 re tanta, suffragiorum iure excluditor.

^e ca. non est
permittendū
lxiii. dist.

Vigesimo dein Canone.

Diaconi, coram presbyteris, ne sedento: honorem illis, suū
 reddunto nempe maioribus: minores ipsi, stanto ante eos:
 Obsequuntor: Si dixerint, sedento: Si surgere iubent, surgū-
 to, iussa capeffunto: Diaconi item, apud hipodiaconos, cęte-
 rosque inferioris cleri homines, in honore suntor, ^f Ab eis

^f ca. nō oportet
xciii. dist.

Ex vigesimo primo illius Concilij capite.

Hipodiacono, sacrarium, diuinumque repositorium, introi-
 re, licentia ne dator, Vasa is domini, ne attingito, Sacrosan-
 ctam hostiam ne contingito, Sanctissimum ciborium, ^g Ca-
 licem que purissimum & dedicatum ne attrectato.

^g ca. nō oportet
xxiii. dist.

Vigesimo quarto dein Canone.

Omni sacerdotum, & clericorū generi, à supremo vsque gra-
 du ad infimum, re protenta, taberna meritoria, ni exigat ne-
 cessitas, interdictum esto. ^h

^h ca. nō oportet
xliiii. dist.

Ex vigesimo quinto illius Concilij Canone.

Hipodiaconis qui & subdiaconi appellantur benedicere, be-
 nedictionemque, in ecclesia tribuere, ius neesto. ⁱ
 Hic porrò, vnum monēdus est lector, idque obiter (quia in
 conciliis, sacrifque literis sæpè fit mentio, de benedictionis
 nomine, multique, vim illius, & explicationem non satis af-
 sequuntur) nihil aliud esse, benedicere, quàm fauere, sacra-
 re, iuuare, fortunare: vti in encomio concordie, cum à pro-

ⁱ ca. nō oportet
secundo
xciii. dist.

pheta, ita dicitur, Mandauit dominus benedictionem, sic accipiendum, ac si diceret, concordet iuuat deus, fortunat eorum consilia, & actiones sanctas facit purasque & innoxias: & hoc scitur, ex Hieronimo, & aliis diuine scripturę auctoribus, qui hunc psalmum interpretantur.

Ex quadagesimo primo illius
Concilij Canone.

Clericis, ministrisque ecclesię, & qui functionis causa, astant ad altaria, peregrę proficisci, peregręque abesse, citra iussum vel permissum episcopi, liberum ne esto. ^k

^k ca. nō oportet de consecra. dist. viii.

Ex Quinquagesimo quinto Canone.

Clerici, & qui subeunt ecclesiasticum ministerium, ludicra rei ne assistunt, scęne spectacula declinanto, A nuptiis, & epulo, quod, res huiusce generis inferunt priusquam hæ inducantur, edantur, exhibeantur, recedunt: de męsa, temporius surgunt, ad sua se recipiunt,

^l ca. nō oportet ministros de consecra. dist. viii.

Personę, decoris, officij, recordantur. ^l

Ista omnia fuere postea concilio Agathensi renouata, & articulus sancita, in canone illius concilij 39. de quo, per Gratia, in ca. presbyteri 34. distinct.

EX CONCILIO TERTIO CARTHAGINIENSI. Cap. 45.

Ex nono Canone illius concilij.

Clericus, actione ad tribunal pontificium ciuilitate intentata si causam curet, vel conetur, ad prophanum forum ciuileque transcribi, eripique iudici sacro, ita multator.

Porrò autem, pleraque ad similem causam pertinentia, fuere postea sancita, in Concilio Agathensi Canone illius Concilij octauo, repetita per Gratia: in ca. placuit 21. quest. 5.

Vincens ibi, quod rem transtulit, victus esto: damnatus censefator. Auferens in prophano iudicio, quod petebat, illud perdit: Victus autem in eodem foro, quo se ultro recepit, iudicio statò, ita vt huic clerico homini, ciuile illud forum, ad quod se ultro à sacro recepit, in damnum semper cedito, in emolumentum verò numquam. Clericus, cui crimino-

se causa est inscripta, si se petierit, curaueritque legibus ciuilibus dedi, ac eximi potestati, seu postea prophano vel principali iudicio damnetur, seu absoluator: pro damnato habetor, exautorator, deponitor.

Tessera sacra, verticis sacri & delibati, submouetor: tonsura sacro excluditor: Nimum enim de ecclesia malę sentit, malęque existimat, qui derelicto illius auxilio, ad prophana & ciuilia aut regia pręsidia confugit, velut, à suo imperatore ad alienum desciscens: ob id, ecclesiastici iuris beneficio indignus iudicandus.

^a ca. placuit xi. quest. i.

Ex Canone illius Concilij vigesimo quinto.

Clerici, mulierum domos, nisi superiorum, Antistitumque suorum iussu, ne adeunto, Foeminarum coetus, ne frequentato. Illò, ne introeunto: Illinc se remouento. ^b

Ex Canone decimo quinto.

^b clerici lxxi dist.

Sacerdotes, diaconi, ceterique homines sacri cleri, cognitionem ne exercento, hoc est procuratores mercenarij, in iudiciis, ne sunto. Proconium ne faciunt, neu procones rerum humanarum, & ciuilium dicuntor. Conductores, mancipes, redemptores numquam sunto, nulli vulgari ministerio, se mancipant, nulli inhonesto negotio, se addicunt, nulla re turpi, victum sibi parant. Ab omni fordido opere, ab omni questu illiberali, manus, oculos, corpus, mentem, abstinēto. De ratione istius Canonis, non faciam longius: En hec tibi tu quidē qui militię dei inscriptus es, qui in Christi optimi maximi stipendium, nomen dedisti? Quid tibi cum arte deformi? Quid cum foedo lucro commercij? Quid rei, cū prophano negotio? rerumque vsu mundanarum?

^c ca. placuit xxi. quest. iii.

Ex concilio quarto Carthaginensi, Canon tertius.

In ordinando presbytero, ista potissimum obseruato, Episcopus eum benedictione lustrato, dicato, manum sustollito, manum super caput eius, eleuato, illic, sursum teneto, Omnes, tum qui astant presbyteri, accedunt, promouendum circumstant: Iuxta pontificis sublimen manum, manus suas etiam admouento,

proferunto: attollunto, Eas illic, supra caput ordinandi sacerdotis, etiam sustinento. ^a

a ca. presbyter cū ordinatur xxiii, dist.

Ex Quarto Canone.

Cum diaconus, in ordinem suum recipitur, solus episcopus qui benedictione illum lustrat, dicat, supra caput eius manū apponito, attollito, adhibeto, Reliqui, qui adfunt presbyteri, hoc munere vacanto:

Nec enim presbyterio insignitur, sed accingitur ministerio, Non quidem sacerdos sacratur, sed mancipium simplex sacrae rei addicetur. ^b

b ca. diaconus xxiii, dist.

Canon Quintus.

Hypodiaconus qui & appellatur subdiaconus ordini suo adscribendus, impositione manuum non lustratur, dicitur: sed hæc, habeto:

Patenam sacram, eamque vacuum, per manus episcopi accipito: Per eandem, calicem vacuum sumito, vrceolum cum aqua, mappam, peniculum, mantile, ab Archidiacono desumito. ^c

c ca. subdiaconus xxiii, dist.

Canon Sextus.

Accolitus ineundo muneri suo ita accingitor, Ab episcopo primū, quid sui sit officij, quomodo eò fungi debeat, docetor, instruitor, admonetor, Ab Archidiacono, demū ceteroferarius autorator, dicator, hoc est, ministerio ferendæ caræ tedæ, incendendi carci lychni, adolendi altaria, casta face, dicator, addicitor, deuouetor, Ab eiusdem manu, candelabrum, candelamque carcam accipito, Luminarium curam sibi demadatā, hac tessera discito, Illa, cum sacrum fiet accedito, illa accurato, illa solenni supplicatione, ad diuorum templa, & puluinaria portato:

Vrceolum, & eum vacuum, ab eodē Curione maximo, hoc est, Archidiacono sumito. ^d

d ca. acolitus xxiii, dist.

Ex Canone septimo.

Exorcista dicandus, hæc præcepta sequitor: Adiuratorium libellum in deo & Christo domino nostro manu episcopi, capito: Episcopus, libellum tradens, hæc ei verba dicito, Accipe,

Accipe, Lege, Memoriam commēda: Energumenis, qui caco dæmone tenentur, manus imponere, tibi ius esto: demones fugandi, malos genios exturbandi, satellites diaboli, laruas, & furias arcendi, impræcatione, obsecratione, & per deum viuum, Christumque opt, max, ^e adiuratione, tum & ieiunio potestatem habeto.

e ca. exorcista xxiii, dist.

Ex Octauo Canone.

Lector, cum ministerio dicatur ab episcopo, primū corā populo cōmendator: de illius fide, probitate, vita, moribus, ingenio, episcopus ad populū verba facito, iudicium ferto, sententiam dicito, Spectante Christiana plebe, codicem, cuius in ecclesia legendi munus iniungitur, ei tradito: Cum eo ita agito, hunc sermonē illi cædito, Minister dei, officio nūc accingere, librum domini nunc accipe, verbi dei lector sis, Particeps futurus eorum, quæ obueniunt ministris dei, & nunciatoribus verbi dei, & prædicatoribus domini, si modò rectè munus administras tuum, si ex fide, vsuque Reipublicæ, quod curæ tuæ suscipis, perfungere. ^f

f ca. lector xxiii, dist.

Ex Canone 9.

Ostarius, ministerio sacro adscribendus, ab Archidiacono primū, ad omne officij sui munus instruitor.

Quomodo in domo, in quam recipitur, versari debeat, admonetor: Quid suscipit curæ suæ, edocetor.

Tum demum, ad petitionem, & hortatum Archidiaconi, ab Episcopo, clauēs, illi ecclesiæ traduntor, hæc verba adiiciuntor, ab Episcopo proferuntor, Hęc, tu minister dei, quæ sub his clauibus reconduntur, quasi rationem coram domino functionis tuæ redditurus, ita, ac par est, tractato:

Ita, vti condecet, administrato: ita, vt equum est, te in his gerito. ^g

g ca. ostiarius xxiii, dist.

Ex Canone decimo.

Psalmistā, psalmodum, canticorumque, versuum & responsum, recitator, vel cantor, solo presbyteri iussu, muneri suo addicitor,

Ee

Ab eo solo, functionem suscipito: Episcopi autoritas, vel presentia, hac in re necessaria ne esto.

Nulla ab eo, licentia, si ita videtur, deponitor.

Presbyter, cum illum ministerio dicat, hæc ei solum verba inculcato, Quod ore cantas, syncera mente vt credas, videto, Quod mente credis, quod firmiter animo persuasum habes, id, re ipsa, facias, operam dato. ^h

^h ca. psalmi
sta xxiii, dist.

Ex 36. Canone.

Presbyteri, sanorum rectores & templorum prefecti, non à quoque, promiscuè episcopo, sed à suo, chrisma petunto.

Ad petendum, clericum vllum, minorisque ordinis & classis hominem ne mittunto.

Ipsimet, vel coram petunto.

Vel eam petendi prouinciam, editimo, sacrorumque custodi sacerdoti deleganto. Alteruter horum ante diei paschalis solenne festum, id vnctionis sacre mysterium, ab episcopo, petitum ito. ⁱ

ⁱ ca. presbyteri
xiii, dist.

Ex 37. Canone.

Diaconi, presbyterorum, non modò episcoporum, se ministros esse agnoscunto: Vtriusque horum obsequio, se, ministerij sacri causa æque addictos esse, sciunto. ^k

^k ca. diaconi
xiii, dist.

Ex Canone 39.

Diaconus, quouis loco, si lubet presbytero, sedeto. Maioris gradu, maioris honore, maioris ministerio, imperium ne detrectato, ^l Diaconus, tantisper solum dū libamenta feruntur ad aras, dum oblata repræsentantur ad altaria, dum munus offertur deo, albam induitor.

^l ca. diaconus
xiii, dist.

In conuentu sacerdotum, rogatus loquitor, interrogatus respondeto, cetero qui, fileto. ^m Clericus, professionem instituti sui vestitus condementia, mediocritate cultus, moderatione incessus, ostendito, testator, probato.

^m dicto. cap.
diaconus s. ite
diaconus.

ⁿ ca. clericus
professione
xlii, distinct.

Vestitu magnifico, sumptuoso calceatu, fumos honorum, ne quærato. ⁿ

Ex 48. Canone.

Clericus, victum sibi, commodo agriculturæ, aut alio artificio honesto, parato: Interim functionis cleri recordator, officio numquam excidito, munus suum ne deferito, ne negligito, ne ignauiter tractato. ^o Clerici, foedam & illiberalem adulationem sese induentes, assentatores, parasiti facti, ordine suo pelluntor. ^p Clerici, conuitiatores, scurræ, mersarum affectæ, cum aculeo & maledicto, faceti risu captatores, classe sacra exiguntor, ordine suo pelluntor, exterminator, dimouentor, ^q

^o ca. clericus
victum & ca
clericus quilibet
xci, dist.
^p ca. clericus
qui xlii, dist.

^q ca. clericus
maledicus &
ca. clericum.
xlii, dist.

EX CONCILIO CARTHAGINIENSI. Cap. 46.

IN Carthagine ciuitate, Aurelio episcopatum illic gerente sub ea propemodum tempora quibus Romæ Anastasius ecclesiæ Romanæ præerat, adfuere septuaginta tres pontifices, & quæ sequuntur legum capita, sciuer, sanxere.

Primo Canone ista edixere.

Nemini, clericum inuitum in iudicium ciuile, ad dicendum testimonium, aduocare fas esto. Nullus illi, hac de causa, die dicitur ingratis, Nullus eum in forum trahito, antestator. Hoc prohibitorio interdico, is potissimum qui causæ iudex est tenetor, eo obstrigitor, illud ne prætergreditor: In sūma, nulla generaliter ecclesiastica persona, ad ferendum testimonium cōpellitor, Nulli negotium ob id, exhibetor, Nullus sacrati cleri homo, quouis honore potitus, si iudicio episcoporum, ob crimen, sit damnatus, ab ecclesiis, ne quidem iis, quibus præfuit, defenditor, sustinetor, suscipitor, protegitor,

Nullus item talis, ab vlllo quouis alio homine, in fidem recipitor, subleuator, erigitor:

Si secus fiat, qui id fecerit, pecunia multator,

Damnum graue contrahito,

Existimatione leditor, Macula afficitor.

Eeij

b ca. si quis
cuilibet ho
noris. xxi.
quest. v

Ab hac poena si aduersus canonem itur, nulla ætas, nullus sexus, excipitor, nulla imbecillæ naturæ, nec fatis prouidæ mentis, ratio habetor. ^b Nulli relicta præcipua cura, relicto præcipui fani ministerio, relicta peculiari cathedra, ad aliam ecclesiam, in dioecesi sitam, se conferre ius esto, Vnusquisque suæ adhereto, suam administrato, suam prosequitor, suam ornato: Rem propriam, diutiùs ac par est, ne negligito, Illius consuetudinem, frequentationem, vsum, diutiùs ne intermittito, diutiùs ne deserito, A propria sede ne longiùs abito, ne remouetor. ^c

e ca. placuit
vii. quest. i.

EX CONCILIO TOLETANO.

Cap. 47.

DIaconi si integra sint vita, castaque, etiam si vxores habent, ad ministerium nihilo seciùs promouentor Qui tamen ex eis, cum vxoribus incontinenter vixerint, presbyterij honore ne cumulantor, ad tantum gradum ne euadunto, Ob incontinentiam, sacerdotali fastigio indigni iudicantor. Lector in ecclesia, si mulierem ducat viduatam viris prioribus, gradu in suo semper consistito, altiùs numquam ascendito: In omne vitæ tempus, lector minor, permaneto.

Ex Canone Quarto.

Hypodiaconus vxore defuncta, si aliam sibi denuò adsciscit iungitque matrimonio, gradu suo submouetor, ordine pelitor, officij functione, cui fuerat inscriptus, exigitor: Ad ostiarios, lectoresuè reicitor, illic perpetuo subsistito: Quod si tertio id faciat, tertioque nuptus fiat, sacra hostiæ communionem, biennium totum abstinetor. Deinde per pœnitentiam, ecclesiæ matri reconciliatus, ad mensam quidem Christi, at inter laicos recipitor: à sacrosancto panis ministerio ne arcetor, Cum sacro tamen ordine nihil ampliùs iuris habeto,

Prophanæ fortis homo merus esto.

Ex quinto Canone.

Presbyter, diaconus, hypodiaconus & quiuis alius eius generis hominum, qui sacro clero adscribuntur, si quidem habitat in ciuitate aut loco vbi sit templum, vel dicata rei diuinæ ecclesia, si quotidiano sacrificio non interfit, pro clerico ne habetor, expers sui ministerii iudicator: Si tamen, hac de re, ab episcopo admonitus, obiurgatus, castigatus, non resipuerit, maiori tum multator poena.

Ex Canone septimo.

Si cuiusuis clerici vxor peccet, clerico illius marito, in eam anidmauertendi ius esto: Eam domo concludendi, arcta custodia adseruandi, constringendi, colligandi, potestatem is accipito: eam plectere, pœnitentiam illi irrogare, salutari corpus eius ieiunio macerare potest, Eam tamē ad necem ne adigito, Illi mortem ne infligito, Eam inedia ne conficito, Eam tormento, dolore, fame ad extrema, supremaque, ne compellito, Nihil illi mortiferum inferendi, ius habeto: Ab ea tamen distrahitur, Ab ea nullam familiarem operam exigito, cum ea, nullum consuetudinis vsum habeto. Quod si fortè hi, quibus hæc contingunt, quibusque necesse est, vxoribus propter earum peccatum secludi, sint clerici pauperes, nec habeant seruos aut famulos, quorū vtantur in rebus necessariis, famulatu: mutuò tunc se adiuuato, mutuò alter alteri suam operam impenduto, id inter se, amoris causa, & charitatis gratia, clerici præstanto, ^a ne ad vxorem, malam & flagitiosam, ob necessariam, domus, reique familiaris operam habeant confugere.

a ca. placuit
vt si. xxxi,
quest. ii

EX CONCILIO AGA-

thenfi.

Cap. 48.

Si clericus quiuis, quod districtus sit, vel negotiis exagitatus, ab officio ecclesiastici iudicii discedit cõfugitque opem implorans, ad iudicem ciuilem, atque ab eo iuuatur, prote-

Ec iij

ditur, defensionis preposterę solatio sustetatur, tñ adiutor, tñ adiutus, ecclesiastica cõmunionē depelluntor. ^b Id, & pleraq; alia huiusce Canonis capita fuerat antea Carthaginensi in concilio tertio constituta, & in latissimos protensa fines, sicuti videre est, in Canone nono illius concilij. ^c

Ex quarto illius concilij Canone.

Clerici, quę parentes eorum vel obtulerunt Ecclesię, vel donarunt, vel testamento reliquerunt, si auertant, si incipiant, si maligne auferant, à parente ecclesia abdicantor, Si verò, quę ipsimet donauere, vel tēplis aut cœnobiis erogauere, contulere, prębuere, eripiunt, amoliuntur, asportant, velut pauperum crudeles interfectores, eadem, qua nunc dictum est pœna, plectuntor.

^d Vtrobique, nisi ablata prius restituant, matri sanctę ne restituantor. ^d

Ex Canone illius concilij. 17.

Clericus ante tricenum suę ætatis annum, presbyterij gradum ne contingito, sacerdotem ne agito.

Clericus verò ante vicesimum quintum ætatis annum diaconatus ordini ne inscribitor. ^e

^e Quod attinet ad presbyterum, ante dictum tempus, hoc est, ante triginta annorum ætatem, non ordinandum: id, quidem fuerat iam multo antè tempore rogatum, edictumque, nempe in concilio Nœocęsariensi, quod antecessit tempora Nicęni conuentus: eoq; id ipsum eadem penè sententia scitur perscriptum, atque nouissimis temporibus, Concilio Arelateni tertio, Canone primo renouatum, & non solum quantum ad presbyteros, verum etiam diaconorum ordinem, simili lege concilium illud conclusit, & concilio Aurelianensi tertio idem repetitum est:

Ex Canone. 26.

Clericus, quisquis is sit, qui tabulas, instrumenta, literarum autoritates, publicasque pręscriptiones, quibus possessiones, ecclesię proventus, vectigalia, continentur, indicantur, confirmantur, vel quoduis aliud ipsius ius innititur, sup-

primere, suppilare, vel oculere sit ausus: aut cum id tale in potestate habeat, illud nolit in vsum ecclesię concedere, vel ea aduersariis ecclesię tradat: si quid illa, istorum penuria, defectuq; damni patitur, quodcunque eo nomine sit passa, illi ex propriis facultatibus clericus is rependito: illi, ex propria substantia, tantũdem pręstato: illi, tantũdem ob iacturam reponito, Tum is sacra mensa arcetor, à piorum cultu exigitor, à Republica extorris esto. ^e

Ex Canone illius concilij quinto.

Episcopus, Presbyter, Diaconus, si capitale quoduis crimen in se admittit, vt pote, si literas corrumpit, adulterauit, falsauit, si testimonium falsum dixit, & in summa, si se crimini capitali, quacunque de causa alligauit, sic punitor:

Primũ, exautorator, degradator, officij honore, dignitateque depellitor, in monasterium dein detruditor, cœnobia arcẽ concluditor:

Ibi, peculiarem pœnam luito, veluti carcere conclusus: ibi reliquum vitę tempus ducito:

Cibumque dominici corporis, cum laicis, hominibus sumito. ^f

EX ARAVSICANO CONCILIO.

Cap. 49.

ARausio vrbs, nunc, Arausina dicta, principatus est nobilissimus: Et olim fuit ciuitas Secundanorum, vel vt volunt alii, Sextanorum, Septimanorumque, & id genus legionis militum, à quibus cognominabantur vrbes, eis, donatę, de qua re multa, Vadianus apud Pomponium Mellam: illic ergo Theodosio & Cyro Consulibus, sexto idus Nouembris, Leone huiusce nominis primo, Apostolicę sedi pręfecto, in conuentu habito, coactoq; à septedecim Episcopis, viginti nouem Canonum capita, conscripta, sancita, ac ædita memorantur.

^e ca. si quis clericus, xii. quęst. ii.

^f ca. si episcopus aut presbyter. l. dist.

Ex primo Canone.

Quorum ministeriū est, baptizare, purifico fidei rore perfundere, initiali sacramento, in verba Christi adigere, hi sine chrismate, quoquam gentium, pedem ne efferunt.

Sine oleo sacro, quo (ecclesie instituto) sunt inungendi, qui per aquam, & spiritum, Deo summo adoptantur, alicubi ne comparento: sine hac nota, qua placuit per mandatum domini, Christianæ rei primis, & summis proceribus, in lustrali

a ca. nullus,
de consecra.
dist. iiii.

li piscina baptismi, uti tradiderat nobis Iesus Christus, mersos obfignari, nullum in locum progrediuntur.

Ex Canone quinto.

Qui in ecclesiam, ut ad sacram aram, confugerint, hi iurisdictioni, forouè, aut tribunali, ne traditor, loci sanctitatis prefidio proteguntur, loci honore, loci reuerentia tuti sunt,

b ca. eos qui
lxxxvii. dist.

locus, pro eis, iudicio & magistratui intercedito.^b

EX VENETO CONCILIO.

Cap. 50.

Venetis tandè coiere patres, ut de Republica inirent concilium, atque ibi, quæ sequuntur edicta, pro re nostra conscribere: Sunt quidem Venetiæ, sub ditione Venetorum, qui populi sunt Italiæ, Troiana stirpe orti, ut autor est Cato:^a quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari apposita, & omnis ora, circum sinum maris, post Istriam, vsque ad ostia Padi, eo nomine appellatur, de hac quidem ciuitate insigni, quæ anno à natali Christi, quinquagesimo quarto, supra quadringentesimum, cõdita fuit: quo anno, Attila rex Hunnorum aquilam euertit, hinc plura adicere, nõ decreui: tum quia satis nota est, totoque orbe, ob præclare gesta celebrata, neque noua descriptione indiget: tum etiam, quia id extra nostrum institutum est, qui animum duntaxat induxerimus, de quaque ciuitate aut regione, vbi cõgregati sunt patres, religionis fanciendæ gratia, paucis admonere, nõ etiam illarum laudes, situm, aut descriptionem pluribus verbis profici:

a Cato in li
bro originū.

qui de quibus omnibus, ad humanitatis autores, qui hac de re, ex professo scripsere, me refero: sat est, si quandoque in transitu ut sæpe dixi locorum illorum descriptionem breuem adfero, rudemque posituram: igitur ut ad rem progrediamur, illic quæ hic inferuntur, narrantur conscripta, & sunt huiusmodi.

Ex Canone xi.

Presbyteris, diaconis, hypodiaconis, totique hominum sacro generi, vel inferiori, vel superiori, cui nuptiis colligari, vxorique iungi, nunc interdictum est: Nuptias item alienas per voluptatē aut luxum adeundi, licentia ne esto: hi tales, in nuptiali epulo, conuiuas magnificos ne agunto, huiusmodi conuiuia sumptuosa ne ineunto, Illa declinanto, Auertunto, Missa faciunto:

Curita? quippè quia, obscenis canticis, amatoris dictis, procaci motu corporis, lasciuo risu, perstreant ut plurimum hi conuictus, hi coetus, hæ hylares, lautæque epulæ: ducuntur ibi choreæ, iaciuntur petulanter scommata, saltatur, garritur, gesticulantur passim homines, in lætitiā effunditur vterque sexus, his ab omnibus rebus, oportet sacratum ministrum dei, tum manus tum oculos, tum corpus omne, tum mentem ipsam, abstinere: ne tali obtutu, tali verborum auditione, veluti contagione quadam, totus polluatur, coinquinetur.^b

Ex Canone 12.

Cleri sacri quiuis homo, iudæos neque conuiuio excipito, neque ab his excipitor,

(Istud idem fuit concilio Epamiensi repetitum canone xv.)

Nec inuitatus etiam ad eorum conuiuia accedito, Epulum quodque talè, cum talibus deuitato: Nimirum superstiosi illi homines & impuri, cibos queis cum gratiarum actione vescuntur indifferenter Christiani, tanquam immundos, noxiosque animo, reiciunt, fastidiunt, abs se ablegant: Piaculum igitur magnum, ne has certè

b ca. presbyteri
diacones
xxxiii,
dist.

grande, & sacrilegij non abfimile, cum hac inani recutitorum hominum illuue, cum his miseris verpis, quicquam commercij habere, eorum cibos cum nostris miscere.

Etenim (vt horum hominum scelesti est supersticio) quæ nobis ad victum alimētumque permittit Apostolus, damnant, improbant, polluta censent: non mirum ergo, si eos quoque pollutos esse, eorumque reiicienda conuiuia par est, existimare:

Alioqui fieret, vt tum clerici, tum nos quoque Christiani omnes, infra Iudæorum nationem, ponendi essemus, si nos in eorum epulum adducti conuiuæ, quæ illi nobis apponerent, promiscuè (sicuti Christiana institutio nullum quod commodè vescum sit, arcet edulium) fumeremus:

Hi contrà in nostris oculis, quæ illis ad mensam offerremus, repudiarent, reiicerent, auerfarentur. Ista fuit igitur huiusce sanctionis ratio, quæ quidem sanctio fuerat antea totidem sanè verbis in Agathensi Concilio constituta: canone illius Concilij 40. Nec hîc additum quicquam, quin potius videri potest edictum hoc prohibitorum, isto Concilio diminutum, & ad solos clericos, de quibus mentionem facit, planè relatum, non item ad laicos, quos præterit: qui tamen laici, in illo altero Agathensi conuentu, hac eadem prohibitoria edictione fuerant disertè inclusi, illaq; ad omnes Christianos homines, æquè ibi protendebatur. ^e

Ex Canone 13.

Clerici, sobriè viuunt, ebrietati ne indulgēto, illam, omnium vitiorum fomitem, & alimonium esse ducunt,

Qui enim potest esse mentis suæ compos, Qui liberas corporis sui habenas habere,

Qui firmo sanoq; iudicio? qui sepultus vino, ebrietate impeditus, huc & illuc præceps fertur, proprio sensu auellitur, omnibus rationibus fit deuius, nulla enim pars, recti in eo animi, suum probè officium facit: meritò, hoc item Canone, in eos tales homines, qui sacris dediti, bachanal exercēt, seque mero ingurgitant, ita statutum.

Clericus quifquis ebrius sit deprehensus, ebrietatēque ac vinolentiam probatur exercuisse, triginta dies, à mensa sacra extorris esto, aut corpore pœnam luito.

Et hæc quidem pœnalis sanctio, noua nō est, antè enim eam edixerat Agathensis cōuētus, ita vt huc nihil (quod ad hoc pertinet) recens sit allatum, sed vçtera tātum repetita & renouata, quātum equidē sentio: sed quoniam, cum acta præscriptaque illius Agathensis concilij recensuimus, istud ipsum omiseramus, hîc nunc duximus cōmodè interuiciēdū. ^{d d ca. antè omnia, xxxv. dist.}

Ex Canone 16.

Ista fuerūt antea, cōcilio Aurelianēsi renouata. Canone 32. Quicumque sacratu homo, sacrisque addictus, Augurali scientiæ, se dederit, ex auspicio, futura præsignauerit, fortium aut vaticinationum prædictioni, operam dederit, coniecturas diuinationum captarit, vel conficō religionis nomine, ad vaticinia quæcunque, animum applicarit, aut ex quauis alia scriptura humana se res futuras prænoscere aut prædicare diuulgarit, iactarit, promiserit, artēq; in ea re, velut ex professo, institerit: sacro clero deiicitor, ab ecclēsia exterminator, externus, alienigena, nihil ad Christum tinens iudicator.

Quæ hîc dicuntur, quæq; hoc Canone continentur, præceperat, iam olim antea atq; præiudicarat Agathensis patrū congregatio, Canone quadragesimo secundo, ^e sed quia à ^e ca. aliquāti me tūc aliqua ex parte omiſſa vt puto fuere, cum percurrerentur illa conuentus scita, idcirco commodè hîc resumpta adscripsimus. ^{xxvi. quæst.}

EX ROMANO CONCILIO

sub Hylario summo pontifice, celebrato.

Cap. 51.

ANTE decimū quintū diē Calēdas Decēbris, Hylario pontificatū sumū, Flauio verò. Basilico & Herminero cōsulatū obtinētib; ad Basilicā beatę Marię, p celebrādo alio romano cōcilio, cui præfuit ipse Hilarius romanus pōtifex,

e ca. omnes deinceps, xxviii. quæstione, i.

concietur religiosi proceres, atque illic, quæ visum est, pro Republica, in concilium attulere, & quinque sacrorum Canonum capitibus, diuulgauere: ex quibus, ista ad propositum nostrum, huc transcribimus.

Ex Canone secundo.

Ista fuerunt Concilio Aurelianensi tertio, repetita Canone 6.

Qui non virginem, puellam uè illibatam, uxorem duxerit, sed vel viduam, virumque expertam sibi adiunxerit, is ne sacris initiatur, ne ad hoc munus sacerdotale aspiret, ne illic irrepat, opera diligenter dator, cauetor, prospicitor: Item, qui mortua uxore, aliam contra præceptum Apostoli assumpserit, ad sacrum ordinem, aditum ne habeto, illò ne intromittitor, illinc planè arcetor, cispelitor, submo-

^a ca. curadū
xxxiii. dist.

uetor. ^a

Ex Canone 3.

Expertes, literarum, rudes & incij, membroque in aliquo per quod cōficitur, ostenditurque à sacerdote corpus Dei, passim euidenter pauperiem, discerpti, direpti, fracti, mutilati, ore informes, horrorem facie & aspectu inferentes, sacerdotali ordini ne inseruntor, Sacerdotes summi Christi ne efficiuntor, talem, tantumque gradum affectare ne audento:

Quod si affectant, si ambiunt, si efflagitant, repulsam patiuntor: Quod si horum quenquam, quiuis Antistes ordinat, dicat, sacrat: quod fecit ipse temerè, quod attentauit perperam, quod ausus est, non legitimo iure donare, Ipsemet dissoluito, diluito, diuellito:

^b ca. pœnitē
tes. lv. dist.

Ipsemet factū suū cōscindere agitor, cōpellitor, vrgetor. ^b

Ex Canone quinto.

Sacerdotū plerique, dum sibi vidēt summam adesse, supremamque vitæ diē, successores sibi in ministerio diligere, eosque nominatim designare solēt, ut scilicet non expectetur, legitima optatio, legitimū suffragiū, legitima conquisitio, sed defūcti, prerogatiua electio, præoccupatio, gratia, fauor

pro populi habeatur assensu, Quod quàm sit graue, quàm, iniquū videte, & quod optimum sit hac in re factu, sancitu, promulgatu, facitote, sancita promulgatote:

Ita in eo conuentu relatum, ad patres, ita rogatum, ita propositum: Sic dein tum responsū, sic ab omnibus acclamatum, sic communi sententia, æqua voce, æquo suffragio, ab vniuersitate pronūciatum:

Hæ defunctorum prærogatiue tolluntor, his præsumptionibus, his anticipatis delectibus, locus ne dator: Eę gratificationes, eę præoccupatæ optationes ab ecclesia procul ablegantor: Quæ dei sunt, ab homine ne tribuuntor. ^c

^c ca. plerique
sacerdotes
Aiii. quæst. i.

EX CONCILIO SECVNDO

Aurelianensi Cap. 52.

Ex Canone 15.

Qui clericus literas ignorat, vel baptismi tribuendi, stilum nescit, aut sacram formulam: is nec presbyter, nec diaconus efficitor.

Ex Canone 4.

Qui clericus, sacerdotium sibi scelestæ nundinatione, per ambitum pararit: sacerdotio sic quæsito, deiicitor, mouetor, malusque, ac impius iudicator.

Ex Canone 9.

Nullus ex clero, nisi id sibi nominatim, suus indulget episcopus, cum prophanis hominibus & laicis habitato.

Neuius habeto vsus, quotidianique commercij:

Quod si facit, sacra communione depellitor.

AVRELIANENSI IN SINODO

tertia, Canone sexto illius synodi ita scriptum fuit.

Cap. 53.

Clericorum functiones hæ sunt: Clericorum mores hi, is decor viuendi præscribitor:

Qui rasura sacra insignitum caput habent, ea in ciuitate, atque dioecesi, in qua, ab episcopo suo, sacro illo tonsu sunt donati, permanento, vitam agunto,

Sacerdotes, diaconi, hypodiaconi, idem faciunt: omnes hi, alio ne vagantur, abeunt: Territorio à suo, ne se subducunt, abripiunt: Qui horum, facit contra, qui horum quauis ex causa, vel quâlibet ob occasionem, erronem, fugitiuum, emanforem, vagum, egerit, Qui horum, aliena in loca, se receperit, in hisque moram sibi trahendam duxerit: à quouis sacerdote, & à quouis sacro homine, sacra communione arcetor, abigitor: nullus eum ad altaria recipito, omnes congressum eius refugiunt:

Qui tamen id, cum permissione sui episcopi fecerit, Qui literas huiusce, itandi veniæ, testificatrices, ab Antistite suo detulerit: ea ipsi itio fraudi ne esto, nihilque supradictæ mul-
te, huiusce ambulationis gratia, subito.

Ex Canone septimo.

De adulteriis clericorum, honoratoris insigniorisque notæ, tale iudicium dicitur: Qui horum adulterium admissum a se sit confessus, ab officio exautorator, abrogator: Dein sacra communione retenta, in monasterium velut in carcerem, tenebrasque abripitor, conuictor, ibi vitam finito, illic nunquam educitor.^a Ex Canone octauo.

^a ca. si quis clericus lxxxii distinct.

Qui clericus furti admisi sit damnatus, confessus, aut falsi conuictus: Quoniam hæ sunt capitales noxiæ: communione sacramentorum non ablata, degradator, ordine deiictor: De periurio verò ita iudicator, Qui clericus, in causis, quæ iureiurando terminantur, peierarit, sitque post iurandum, ab eo interpositum, conuictus periurii, ad vsque biennium, sacrorum communicatione pellitor.

Ex Canone vigesimo.

Qui clericus, se malè ab episcopo suo accipi tractarique putarit, Qui clericus coercionem Antistitis sui, iniustam, iniquam, duramque putarit, Ad synodum, vetusto more, iureque antiquæ consuetudinis, confugito, illò in ius ambulato,

ibi, ad iudicem, in ius adito, ibi, ex postulationem suam facito, inferito, Ex Canone 20. illius Concilij.

Qui subdiaconus est, quique excelsiori supra subdiaconatû sacro ordini est insertus, is vxorem ne ducito: Si duxit, huic ne se commisceto eam, etiam si in illius manum ipsa conuenit, ne atrectato, ne tangito, ne cum ea accubato: Si id faciat, ab officio, sicuti volunt postulantque priorum conciliorum scita, motus, exautoratus, laica communione contentus esto, ab aliis sacris abstineto, submouetor, depellitor, Quod si eum, in ea re vxoria, libidinosè, aut molliter restitantiem, suus ad sacratum officium admiserit, receperitque episcopus, feceritque id consultò, tres continentes menses, à propria officij functione intercluditor, interpellator, abrogator. Ex septimo illius Concilij Canone.

Clerici, qui cum antea nulli se alligassent vxorio consortio benedictione officij suscepta, ad matrimoniû adiecerint animû, sibi que illud duxerint contrahendû, postquam ordinationi sacre se curarunt addicendos, cû ipsis, ipsi mulieribus, quas in coniuges accepere, sacrorû cõmunicatione deiiciuntor, ab ecclesia & ministerio repelluntor, diris programmatis defiguntor: Si tamen ad sacrosanctum ordinis ministerium, inuiti quidem & reclamantes, iidem sunt promoti, vel potius protusi, ab officij quidè functione deponuntor, Cæterû à cõmunionem ne arcentor, neu prohibetor, neu eiiciuntor: Sed qui episcopus, eos inuitos ordinarit, sacris addixerit is suæ poenæ audaciæ & temeritatis ita luito: annû totû, piaculâ multæ obstrictus, sordidatusq;, missæ sacrum, poenitentiæ ergò, ne facito. ^a Ex vndecimo illius concilij Canone.

Clerici, si occasione quauis, causaq;, ministeriû cui se semel adfixere, ac spõte sua addixere, intermittât, detrectetq;, officiû susceptû vltro, à reliquorû clericorû cõsortio decidûto, sacra clerici, canonica vitæ, vsû ne habetor, ex eo albo expunguntor: Nò eis, ad excusationem prosit, vllû cuiuscûq; personæ patrociniû, non fauor, non merita: Tum, ex ecclesiasticis prouentibus, atque canonibus, nihil omnino stipendij, nihil omnino muneris, nihil planè beneficij accipiuntor,

^a ca. episcopus qui inuitum. lxxiii. dist.

Nullo canonum auxilio iuuant.

*EX QUARTO AVRELIANEN-
si concilio sic statutum. Cap. 54.*

Ex Canone 13.

Qui iudex, clericos cuius infertos collegio, cuius infitos Reipublice sacrae corpori, altaribus quidem macipatos, alioque alicuius inscriptos ecclesiae, ad publica prophanaque transfuderit munera, publicis, ciuilibusque addixerit obediendis actionibus, is a sacerdote admonitus, si quod perperam egit, non emendat, pacem se ecclesiae inturbare scito: Pacemque ideo ecclesiae secum non esse agnoscito.

Ex Canone 15.

Qui sacro tinctus lauacro, qui lustrali baptismatis perfusus aqua: Cum antea idolatra esset, ad idolothyta, eaque sumenda, quae malis immolantur daemonebus, veluti ad vomitum canis redierit, si quidem a sacerdote reprehensus admonitusque non resipiscit, a communione is catholica, pro tanti emendatione sceleris, pro tanti expiatione sacrilegij, aliquandiu remouetur, certum in tempus, sacramentis abstinere iubetur.

Ex Canone decimo octauo.

Qui clericus, de bonis ecclesiae, de iure possessionum sacrarum, aliquid utendum, fruendum acceperit, illudque quacumque de causa distraxerit abalienarit, Quod is fecit, ne consistito, infirmator, conscinditor.

Episcopo vero potestas esto, pro sua prudentia decernendi quonam pacto, pro conseruando, retinendoque iure ecclesiae, rem illam distractam abalienatamque cum aliis clericis communicet, ad eorum usum eam referat, importet, transfudat

Ex Canone vigesimo primo.

Qui ad aras necessitate compulsus, confugerit,
Qui ad ecclesiae sacrique templi septa, vitandi quod impendebat mali causa se receperit, is, si a quoquam, vel vi, vel dolo, vel sollicitatione, illinc euellatur, Qui eum illinc euulsit, abstraxit

abstraxit, dolo fraudeque; abduxit, uti hostis ecclesiae, uti pduellis, uti contempitor iuris sacri a limine ipsius ecclesiae, arcetor, abigitor, Quoad usque; episcopali castigatione piacularis poenae pro tanto scelere luerit, condignamque egerit poenitentiam, atque interim is qui ab altaribus est abductus, altaribus quamprimum restitutor.

*EX SECVNDO TVRONENSI
concilio. Cap. 55.*

Ex Canone tertio.

Sacro sanctum corpus domini, non quidem alicui in armario, cistauae, sed sacrosancto in ciborio, sacrosancta in custodia ad sacrosanctum altarium puluinar, sacrosancto sub crucis titulo, reponitor asseruator, custoditor.

Ex Canone quarto.

Laici ad altaria, dum sacra celebrantur ne admouentor, Cum clericis, illic ne commiscantur: Eo, neque dum aguntur peruigilia, neque dum solemne missae sacrum, solemnicum apparatus fit, ipsi adeunt, seorsum quidem stant, seorsum consistunt. Pars uero templi, a cellis ad altaria usque perducta, clericis occinentibus, & cantica domini musicis modis excipientibus, trabeatis, choreutis subadiuuus, sacerdotibus, cedito, dator relinquitor. Sed tamen, ad participandum cum laicis Eucharistiae sacrum, tum & ad preces ab ipsis, deo fundendas, adyta domus dei, penetralia aedis sanctae patere ipsis iubentur, haec ipsa, tum, ipsis ne clauduntur, in haec ipsa, harum rerum de causa, liberè ipsi ingrediuntur.

*IN CONCILIO HABITO PRIMUM
lutetiae, circiter tempora Pelagii papae, huiusce nominis primi, ita fuit sancitum. Cap. 56.*

Sed tamen, ut haec obiter dicantur, pro instituto obiter dicendorum more, Lutetia Parisiorum est metropolis, cuius meminere Plinius libro quarto, naturalis historiae, capite 18. tum & Strabo geographiae libro quarto,

Ibi igitur, circa ea tempora, quibus romanum pontificatum gerebat primus Gelasius, a seditibus patribus numero quindecim, honore cunctis episcopali decoratis, atque in commune de Republica Christiana statuque ecclesie consultantibus, rogata fuere, prolataque nouem Canonum capita, ex quibus, quæ ad rem nostram faciunt, hæc sunt decerpta:

Ex Canone quarto sic perscriptum.

Nemo, illicito alligator coniugio, Nemo aduersus præceptum domini, uxorem, quam non decet, ducito. Harum in numero, à quarum nuptiis est abstinendum, hæc inter cæteras sunt: fratris filia, nouerca, aut ea quam Patruus viduam reliquit, tum & vxoris sue foror, & quam olim duxit Auunculus, nurus quoque, matertera, amita, priuigna etiam, atq; ea, quæ ex priuigna nata est: harum omnium connubia, vitantor, has quiuis omnes nuptias, segregatas à se habeto.

Ex Canone sexto, sic.

Nemo omnino homo, alienas res auctoritate duntaxat sibi regia adscribito, ad quas ius non habet, neu addicito, Alienas res, à regis potestate & maiestate, postulare sibi addici: nullus audeto. Nullus viduam, filiamuè alterius hominis, citra parentum, cognatorum, propinquorum consensu, aut rapere, deducereque, aut eam sibi, regis beneficio, per nuptias adiungi petere, aggreditor, nemo id sibi licere putato, nemo tantum facinus cogitato: Qui id facit, ab ecclesia pellitor, sacramentorum vsu deicitor. Ex Canone 22.

Qui migrant ex hac vita, à deo optimo maximo, ad æternitatem vocati, hi, cum solo psalmodum & psallentium aliarumque orationum piarum recitatione, ad sepulchrum deferuntor: Eiulationem homines nullam, eam ob rem faciunt, ne lugèto: (vide hac de re, legem 12. tabularum quæ describitur à Cicerone in libro de legibus: multa que hanc in rem pulchra, adfert atque alia, quorum nonnulla in re alia, quia scita sunt digna & ad rem faciunt, hinc postea attexètur) Hoc enim gentes faciunt: nobis autem qui Christi legem suscepimus, fat habetor: in spe resurrectionis Christianorum,

corporibus interim atque animis, diuinorum obsequium impendere canticorum, id sanè abundè esto: in oratione pia emigrantibus ex hoc terrarum orbis domicilio parentari, piaque eo modo celebrare exequias, christianum esto: nam & iubet id Apostolus, vetatuè, ne defunctos ululando lugeamus, neu à nobis, ad Christi eternam domum abeuntes, fœmineo, gentiumuè eiulatu, prosequamur. Ex 23. Canone. Inoleuit fœdus mos, erupit irreligiosa cõsuetudo, vti plebs populusque solenni sanctorum festo die, choræas ducat, lasciuis saltationibus indulgeat, noctem omnem, potationi, conuiuuiis, epulis, obscenoque ludo, tribuat traducatque: cantiones turpes, malasque occinat, religiosorumque obstrepat officio, non Christiano, sed fœdo modo, sicque ductis peruigiliis, corpus animamque fœdis oblectationibus cõtaminet: Et quod rei diuinæ faciundæ precationibus piis deofundendis sacrato, attendendo officio, impendendum erat, id ipsum omne in re ludicra, vana, futili impendatur: Quod rogamus, edicimus, promulgamus: mos ille fœdus, turpis ea consuetudo faceat, aboleatur, extirpetur, obsolescat. nulla morem illum prouincia teneto, gens nulla, populus nullus hunc sequitor, hunc habeto. in summa exploditor, abrogator, pellitor.

Hec quæ sequuntur, adduntur ex Cicerone, in libro de legibus, quæ magnum ad hanc rem, adferunt ornamentum, & ad diuinum cultum purè obeundum incitant spectantque omnia ad ciuiles mores.

Huic vltimæ Cõcilij sanctioni, penè similis erat lex duodecim tabularum, quæ ita ferebat. in ciuili puroque diuini cultus sacro faciundo, Sacra solènia castè obeũto ad diuos adeunto, pietatè adhibèto, opes & res ludicras amouèto, feriis lusiones, iurgia amouèto, easque ferias, in famulis, operibus patris habèto, Ludis publicis, popularè lætitiã, in diuorum cultu, cantu & tibiis moderato, eaque cù solo diuini honore iniuguto, Idque fiat, sinè curriculo, & sine lasciuia certatiõne, motiõne turpi corporum, stipèque nullã, sacerdos nullus, hisce iustis diebus cogito

Qui secus faxit, deus ipse vindex erit: reliqua hanc ad rem videnda sunt, apud Ciceronem, in libro secundo de legibus atque perpendendum, quanta fuerit legis duodecim tabularum, hac in re, religionis obseruatio, quam sancta, casta, moderata: cui obseruationi ferme conformis est, supra positus Canon, qui eo magis est obseruandus, quò plus ad veriorum rem verissimi dei religionem attinet, quum duodecima illa gentium tabula, tametsi hac in re, sanctitatè magnam, puraque indicèbat: tamen fundamento falso subnixam, diuorum nescio quorum fictam, commentitiamque, gloriam & inuilem pietatem nihilque boni allaturam respiceret.

EX QUARTO TOLETANO CONCILIO Cap. 57.

Ex Canone 26.

Qui parocciis præponuntur, presbyteri, diaconi uè, Qui horum, in fanis, ædibus sacris, templisque summi dei, & factorum constituuntur, hi antea institutum suum, viuendique modum coram episcopo profitentur, sacramentoque dicto, Atque professionem uitæ suæ, sic auctorant, videlicet, se castè, se purè, se sanctè uicturos, timorem, cultumque dei præ oculis semper habituros: Rei diuinæ operam pro uirium suarum modulo gnauiter impensuros: Atque ita fiet, ut eo professionis sacramento obstricti diligentius in disciplina susceptæ, promissique instituti contineantur officio. ^a

Ex Canone 30.

Quidam sacerdotes, non memores instituti sui & obstrictæ tranquillæque viuendi rationis, causas capitales tractabant, de causis capitalibus iudicium ferebant, ob demandatam ipsis generaliter omni de re, à principe, cognoscendi, tum & sine speciali exceptione rei criminalis, & sanguinis uel fusi uel fundèdi prouinciã, id ne posthac fiat, hæ ne deinceps generales causæ ab homine addicto sacris, ita suscipiantur, iubetur, edicatur, interdicitur, Ni principes, prius iurent, sese capitalis, sanguinisq; supplicij animaduersionè, hac generali in causa, sacerdoti delegata, indulgètia, atq; peculiari uenia re-

^a ca. quoniã presbyter xxviii. dist.

missuros, Quod si qui horum hominum, princeps uel sacerdos, aduer sum isthæc, quippiã egerit, tætarit, sit molitus, reus sanguinis fusi, apud Christum iudicem summum defertor: ^b

Ex 17. Canone.

Presbyteri nonnulli, & Sacerdotes Dei, in faciunda re diuina, sacrisque obeundis, sese præposterè gerentes, ita agunt, maximè in celebranda missa: dominicã quidem orationem primùm dicunt, hac dicta, cum sacrosancto statim corpore Christi communicant, dehinc communicatione peracta & absoluta, benedictionem spargunt in populum: quod ne deinceps fiat, iubetur, edicatur, prohibetur, mandatur: sed is ordo tenetur, seruatur:

Sacerdos primùm dominicam orationè dicito, dehinc benedictione populum lustrato, ^c dicato, tum demum corpus sumito, plebique, clero, & populo præbeto, hoc item ordine, modoque, & more, uti Leuitæ nempe, & sacerdotes, ad altaria, sacrosanctum id corpus sumant, reliquis uerò clerus in choro, populus uerò extra chorum, septique interioris repagula.

^b ca. sepe principes. xxiii. quast. viii.

^c Iustrandi uerbum in hac significatiõe familiare est Di. Cipriano & Eusebio emisenõ atque aliis:

EX SEPTIMO NICAENO CONCILIO. Cap. 58.

Ex Canone, primis Actis Decretisque illius Concilij, constituto.

Qui presbyter, pœnitentem hominem, confessum conuersumque & traductum Deo, non expiarit, ^f absolutus uerit, ad pœnitentiamque admiserit, à sacris abito, excidito. Qui peccatorem, peccata confitentem, & ad salubrem reductum uiam, non lustrarit absolutione, nõ benedictione donarit, sed secus fecerit, gradu pellitor, deponitor: Etenim Christo is facit iniuriam, Christumque optimum maximum, uel maximè offendit, qui coelo, de respiciente homine, plurimùm gaudenti, gaudium illud, lætitiãque peruersè inuidet, interturbat, interpellat.

^f expiare hoc uerbo utitur hac in re beati. Hieronymus & Augustinus atque etiam uiror Lactantius.

Gg iij

Ex eiusdem Concilij Actis primis Decretisque.

Qui sacratæ conditionis homines, addictique & adscripti sacramento clero, vniuersali & pio Cōcilio assensere, acta illius approbauere, seque illi fideli & pio zelo obstrinxere, obliuiscere, hi & nunc, & postea, edictum hoc accipiunt, hac conscriptum sententia:

Nulli sacratus clerus episcopo, qui Episcopus à Canonum sacratæ obseruatione discesserit, à religione catholica, & vera defecerit, abierit, hanc contempserit pareto, obedito, illius potestati non subditor.

Ex Actis Decretisque, sexto loco sanctis, in eo Nicæno Concilio.

Qui ut præcepere Apostolicæ tum & patrum traditiones, de Deo in trinitate vno, hoc est, patre deo, filio deo, & spiritu sancto deo, neque tamé tribus Deis, aut Dominis, sed vno tantum Deo, & domino, non rectè senserit, perhibuerit: Qui hoc trinitatis numen, vna in diuinitate, natura, substantia, vno consistens in Concilio, voluntate, consensu, non sit confessus, non crediderit, hæsitauerit, vacillauerit:

Qui actioné illius in trinitate numinis, virtuté, dominationem, potétiam, vnicá esse non dixerit, prædicauerit: qui monarchiam non receperit, asseuerarit, affirmauerit. qui in hoc articulo Christianismi capite, vel paulummodo titubauerit: qui tres personas seu hypostasés, vna in diuina atque æterna essentia vel substantia non adorarit, non coluerit,

Qui denique, hanc numinis talis fidem clarámque persuasionem, firmiter, obnixè, constáter non habuerit: anathema esto, aqua & igni interdicitor.

Ex alijs Canonibus in hac synodo sancta, prolatis & promulgatis.

Omnis mollicies corporis, omnis redundás ornatus, omnis luxus superfluens à sacerdotali ordine, à sacerdotali modestia, longé abigitor, procul arcetor.

Ex alio Canone.

Deo omnia dicātor, Deo omnia adscribūtor, id est cōsecrā-

tor, addicūtor, At ppriè sui ipsius libidini humanæ, ppriè sui ipsius volūtati, mortali cōcupiscētia, voto carnis, desiderio malo, nihil quicquam, homo vllus, addicito, adicito, deuoueto: sed uti, primū est iussū, Ad Deū, Deique gratiā, & bonitatem immensam, omnem actioné suam, cum afflatu spiritus sancti, dirigito, conferto, intédito omnis homo.

Ex alio illius Concilij Canone.

Ad duas ecclesias, clericus vllus, ex ordinatiōe, ne deinceps promiscuè rescribitor: ad duo fana, ne accersitor ne ordinator, neu præficitor: id cauponari est, permiscere, turbare, id in ecclesia nundinari, id, rebus in sacris, facere mercaturam nefariam.

EX TERTIO CONCILIO

apud Turonum urbem celebrato.

Cap. 59.

Ex Canone octauo.

Sacerdos nullus secularibus choris & scenicis, prophanis lusionibus, nulli cuicumque rei ioculariæ quæ sit turpis aut foeda, præsentiam suam accommodato: hoc enim, cum inhonestum est, tum ne utiquam conducibile.

A venatione item ferarum & aucupio, superfedeto, abstineto, Auersum ab istiusmodi mentis aberrationibus, diuerticulis, & indecoris anfractibus, animum gerito.

Ex Canone xij.

Episcopi, sacerdotes, totusque expiatorum & cōfessorum, & sacratorū ordo, sedulò videto, perpendito, Quinam modus, in arrogada, hominibus peccata sua cōfitētibus, & pœnam admissorū sibi deposcētibus, ieiunij, precationū, obsecrationūq; aut peregrinationis lustrica † multa tenēdus sit, Quæ obseruāda moderatio, quod præscriptum sequēdum, quantum temporis inedię, quātum claustrali voto, quātū abstinentiæ, sit tribuēdum: vt ad mēsuram peccati, infligatur pœnitentia, pro noxiarumque modio, adferatur piamētum.

† Ita Dīuus Cyprianus.

Etenim sacerdotes nonnulli, hisce in rebus, perperam diiudicant, aberrantque tota via, neque modum habentes vllum, neque veterum præcepta sequentes: quod episcopi, præfules, pontifices, dum in publico sacratio congregantur, omnes, ad religionem tractandam palatio, sacerdotes, quidque ipsorum, ea in re sit officii admonento, edocento, Atque imprimis antiquorum patrum, ea in re, obseruatio legitur, inculcator, Tum & liber piamentorum, lustrationumque & confefsionum qui & pœnitentialis appellatur proponitor, euoluitor, memorię mandator.

Ex Canone decimo nono.

Presbyter quiuis, dum celebrat sacrum missæ, hoc imprimis animaduertito:

Vt ne peracto sacrificio, cum pueris, aut aliis indiscriminatim adstantibus ad altaria, personis, sparsim confusæque ac promiscuè, reque non benè appensa, dominicum corpus communicet, nam hoc scitum est ex Paulo. †

paulus, i, ad
corinth, cap,
ii.

Quicumque maioribus forsan noxiis alligatus, illud sumperit, sibi quidem damnationem, potius quàm remedium, aut salubrem medicinam desumpsit.

Ex trigesimo octauo Canone.

Sacerdotes fidelem christianumque populum admonento, Vt dum intrat in templum dei, dum se sistit, orationis ergo, ad pedem supremi conditoris, demissimè, summaque gestuum moderatione, atque temperantia, eò ingrediat, non perstrepat, non deambulet, nihil tumulti faciat: ibique, cum adest, obsecrationi det operam, non rixetur, non vanè susurret, non inani confabulatione, tempus conterat, Porro dum sacrosancto eucharistię misterio sacerdos operatur, dumque conficit corpus dei,

Videto, atque videto, populus omnis, qui adest, quique præsens est, non solum a verbis futilibus ociosisque, & à gestulatione indecora, verum etiam a peruersis cogitatis, mentem, oculos, corpus omne, planè vt abstineat.

Ex.

EX CONCILIO LATERANENSI, sub pontifice summo Alexandro tertio, peracto. Cap. 60.

Ex Capite vndecimo.

Clerici sacris initiati, siquidem rei veneræ addicti, castèque viuere nescij, mulierculas, quas in vxores forsan duxere, vel alio modo acceperunt, adhuc suis in cubilibus, suis in conclauibus, domi tenent (magna sanè ipsorum incontinentiæ nota & probro) cum eis familiariter versantur, cum eis vicitant, cum eis se incontinenter oblectant, eas porro, nunc demum, abiiciunt, dimittunt, amandant.

Si non faciunt, si huic monito non parent, si se in probrosa libidine haud continent, protinus ab officio deponunt, sacerdotio multantur, beneficio sacro priuantur.

Quicumque Sodomitano scelere tenetur, qui veneris præpostera sese alligat, qui in illicitum puerorum gregisque meritorij amorem insanit: ob quod crimen, euersæ sunt, & fulmine sacro absumptæ ciuitates quinque, igne penitus absorptæ, quem Deus in ipsas ea de causa iaculatus est:

Si qui ergo huiusce criminis sit compertus, siquidem ex sacratio est clero, à sacratio clero ignominiosè extruditor, pellitor, degradator,

Vel ad expiandum crimen, agendamque pœnitentiam, in monasterium coniicitor, illò abditor, illuc concluditor:

Si laicus est, & secularis homo, ecclesiasticæ censuræ subditor, à piorum coetu abigitor, proscribitor.

Sacrarum virginum septa, monialium muratæ ædes, à clerico quouis, ne frequentantur,

Si qui horum, illuc sæpe adit, si citrà causam tum iustam, tum necessariam, ibi est frequens: vt absistat, ab episcopo monetur, à temeritate sua, & frequenti eum ad locum itione, verbis coercetur: si non absistit, si itioni suæ modum, finemque non imponit impudentiæ, multatur, tum sacerdotio, beneficio exigitor.

Hh

Ex 14. Capite Canonis.

Quia eò reffit libido, eò erupit ambitionis sacra fames, vt sacrata conditionis homines, (sicuti tenet publica fama) non duas modò aut tres, sed sex aut plures ecclesias regendas, possidendas temerè suscipiant: cum tamen binis administrandis, prouidendis, dispensandis, nequeant sufficere, operamque suam, duabus in stationibus accommodare, ibique quemadmodum tum opus, tum necesse est, inire vigilias, capeffere opus, docere, orare: idcirco Episcopos fratres nostros charissimos, monemus, tum & præcipimus, & mandamus, id vt emendent, id vt malum coerceant, auferant, tollantque planè ab Ecclesia hunc deprauatum morem: qui beneficiorum cumulum vni personæ hærentium, Canonibus cum primis aduersantem, in eam Ecclesiam flagitiosè inuexit, causamque dedit malorum omnium, tum & peculiariter effecit, vt clerici dissoluti, emanfores, officiique desertores, huc & illuc profiliât, & maximo animorum periculo, in functione suscepta, non sint assidui. Monemus inquam, tum & iubemus, accurent ipsi Episcopi & prouideant, vti clericus quiuis, vnico contentus sit fano, & vnica cura, nec cum eo recepto, sacerdotio aliud, veluti cū vxore pellicem, velit sibi possitque adiungere: Quin singuli singulis addicantur ecclesiis, quibus regendis, accurandisque & plebi, diuinis præceptis imbuendæ pares ipsi sua doctrina & morum probitate esse queant: Cæteri verò, qui ad id agendum haud sunt idonei, hinc procul arceantur, hoc munus nunquam illis iniungitor, hoc beneficium nunquam imperitis donator, ad illud solùm capeffendum munus, dignæ personæ, accersuntor, huic modò oneri, docti probique alligantor: Qui porrò aceruum beneficiorum fecerit, in vno tantùm consistito, reliqua deponito:

Ipse tum demum, inter ministros, capaces, sacrati officij, rerumque diuinarum peritos concinnè distribuuntor.

Quin & inauditur, & noscitur, laicos quosdam eò audaciæ processisse, in id temeritatis descēdisse, vt nulla habita Epi-

scoporum ratione, neglecto Præsulū sacratio imperio, posthabita ipsorum autoritate, clericos tum ecclesiis addicant; tum pro arbitrio amoueant, sacerdotia dispensent, possessiones diuini iuris distribuant, figant, refigant, quæ lubet in Ecclesia Dei, tum & fana, tum & fanorum possessores, sacros homines tributo, stipendio, vectigali, nummorum exactionibus, pèsitationibus aufint onerare, diuexare, percellere: Ea de causa, ita iubemus, qui prophani homines, laici, seculares quicquam horum fecerint, qui laici, in sacrata imperia, in ecclesiastica iura inuaserint, anathema sunt.

Qui clericus, qui sacerdos, laicorum autoritate, non adhibito Episcopi imperio, suffragio, aut iussu, nullo subnixus canonico titulo, fanum vllum regendum, tenendum, possidendum receperit, communionem excluditor, sacrorum vsu arceator: Quod si eo in malo obstinatè perstat, ordine submouetor, exautorator, ecclesiastico ministerio deponitor.

Tum verò, quoniã auditur item, laicos esse quosdam, qui per suã animi impotentiã, & effrenem dominandi libidinẽ ecclesiasticas personas, quin & ipsos episcopos, ad suũ violenter tribunal pertrahunt, suòque stare cogunt iudicio, qui deiceps id faxint, qui tam graue facinus posthac aggrediẽtur, diris deuouẽtor, Sacrorum vsu priorum cõsortio ne communicantor: Tum & super decumis, quas pphani, sibi & laici arripiunt, hunc in modũ sancimus: Qui pphani & seculares, decumas, magno animi suo cū periculo occupãtes, detinẽtes, in pphanos laicosque, quosuis alios hoies trãstulerit, eorũ hac in re, factum, nullo tenetor modo, irritũ casũque esto, Qui verò eas, quoquo pacto acceperit, & ecclesiẽ nõ reddiderit, sepulture honore priuator, nullẽ pro eo, à Christiano clero celebrantor exequiẽ.

Ex Canone 15.

Auditur itẽ, ex clero quosdam hoies dũ potiũtur sacerdotiis, dũ possessiones diuini iuris percipiũt, dũ fanũ quoduis dispensant, fana bona, emolumẽtaque ecclesiẽ q̄sita, aliis vsib⁹, & nõ fanorũ rei, improbè addicere, nõ in eum, in quẽ parta sunt, finẽ traducere, Quocirca hac super re, quẽ scitur antiquis ca-

Hh ij

nonibus prorsus inhibita, ita nunc statuimus, decernimus: Clerici quiuis, sacerdotio potentes, id posthac ne faciunto: bona Ecclesiae vt Canones edixere ita dispēsanto, ita distribuunto. in alienos vsus, in alienas personas ne ipsa traducunto: Quod si faciunt, & sacras possessiones quaecunq; illę tandem sint, alij cuius personę, vel ex testamento, vel ex quauis alia re, quę ab intestati causa proficiatur adierint, erogarint, donarint, siue hi intestatō decedant, siue condito testamento obeant, ecclesiarum, è quibus hæc sunt bona, indemnitati sic consulitor, caueter, prospicitor: Nempe ipsa bona, penes eas ecclesias, à quibus vel accepta fuere, vel de hisce arripiendis, atque illinc abalienandis, malè fuit cogitatum, perpetuò remanent, illuc redeunto, aliò quoquam ne transferantor, ne prophanantor, ne temerantor. Ex Canone. 16.

Quia omnibus in conciliis, quę vel Reipublicę vel ecclesiarum priuata de causa sciscuntur, æqui bonique suadet ratio, obseruaturque ferè omnibus in rebus, peruulgato more, vt quod maior pars cōsultorum, tum seruorum tum fratrum cōgregati coetus, concluderit, duxerit faciundum, id seruetur, teneatur, citra vllam moram agatur: idcirco volumus etiam vt quod hisce presentibus in conciliis, consultoribus paucioribus, tum doctrina, tum concilio inferioribus placuerit, nisi sententiam suam, firma iustaque hi probent ratione, ostendantque, ea ne consistat, in irritum abeat, idque sublato omni intercessionis, atq; appellationis iure.

Porrò semper obseruetur, quod maior & prudentior concilij pars, dictauerit, concinnarit, faciundum decreuerit.

Ex Capite secundo eiusdem

Concilij Lateranensis.

Sacerdos nullus, præfectus, minister, fanum nullum regendum, Ecclesiasticique officij procuracionem, vel vllam sacratam prouinciam sub annua stipis mercede accipito:

Ab sit pretij hac in re diuina, quæstus nefarius, absit ambitus, absit detestanda licitatio.

Rubrica. 9.

EX CAPITE IPSIVS LATERANENSIS Concilij, sub Rubrica, quę de decumis præstandis, pendendisque habetur. Cap. 61.

Existimabunt forsan nonnulli ex prima nonnullorum, qui sequuntur titulorum inspectione, me instituti mei oblitum, non satis bellè, à proposito aberrare, atque egredi huiusce libri, subiectam quam proposui, materiem: quę tota consistere videtur in ordinis decore, dignitate episcoporum, & id genus omne aliud, ecclesiasticarum personarum, quo in genere, secundæ nuptiæ, decumarum pensitationes, & alia quędam consequentia non esse videntur, vt pote leproforum tractatio, & id genus alia: sed ij si se paulum modo sustinuerint, perspicient ex accurata lectione enarratæ talium thematum materię, ipsa quidem si non in præcipua primaque & directa causa, functionis ordinisque esse episcoporum, attamen per consequentiam rerum, ad ipsos plane attingere: vt pote quorum thematū discussio in eorum iurisdictione, foroque cōtentioso atque functione, & cura posita esse censetur: quare nihil causę adferri potest cur hæc fuerit omitenda, igitur ad rem.

Ex Canone illius Concilij primo.

Decumę sacrę pro re prophana, & temporaria ne commutantor: Tale permutationis secularis commercium ab eis abesto.

Ex Canone illius Rubricę. 2.

De prouentu, vectigalique moletrinarum vel pistrinorum, piscationumque & foenificij, & lanicij & id genus rerum, decumę sacrę persoluuntor, dependuntor.

Ex tertio Canone eiusdem Rubricę.

De pirorum, atque apium, & reliqui omnis pomariorum & fructuarij generis, nucumque obuentione decimator,

H iij

Ex Canone. 4.

De animalium, & pecoris passione, agroque pascuo, Tum & de ipsorum foetu, decimator.

Rubrica. 10.

EX EODEM CONCILIO. IN CAPITE cui titulus est, de his qui post contracta connubia, vel sponsalia, sese alicui religioni & canobio addixerunt.

Cap. 62.

Ex capite primo illius Rubricę.

SI qui cum muliere iunxerit connubium, verbis solum in presentibus, hancque in rem etiam consensum, verum, iustumque, utraque ex nubentium parte, adhibitum esse constiterit. Alteri tamen, alterutro etiam nolente, modo non interuenerit connubialis lectus, vel congressus, aut vlla corporis cõpressio, in religione votum facere, in cœnobiarchæ & antistitis verba iurare, licitum esto: In alio, (vt potè spirituali seculo,) permanere ne prohibetur. Ex Capite. 2.

Qui vxore ducta, attacta, cõpressa, tradit se monasterio, vxori restitutor. destitutus autem, nempe ea mortua, in mundo hoc est, extra cœnobium, vitã si lubet, ducito: At nulli posthac vxorio commercio copulator. Ex Capite. iij.

Nec vir sine vxore, nec vxor sine viro monasticę vitę manipulator: ini alteruter tam sit senex, vti citra rei venereę malã suspicionem, possit etiam in mundano remanere seculo: nam tum Episcopus, Presul, Antistes, talem disertè voti professionem dissimulato, ad eam cõnueto, quasique ignorans & tacitus admittito. Ex Quinto Capite.

Qui religiosũ habitũ sese induit, monasticã vestem suscepit, necdũ tamẽ professionis voto, solèni more sese addixit, nec in verba iuravit Antistitis: si post modũ, mutata voluntate, vxorem ducit, ab ea tum discedere, & ad cœnobium redire ne cogitor. Ex Capite decimo.

Qui se simplici religionis voto obstringit, ad idque faciendum adhibetur illi metus, vxorem ducere ne prohibetur.

Rubrica. 11.

EX RUBRICA DE SPONSALIBUS, siue de matrimonio contracto vel contrahendo. Cap. 63.

Ex Capite primo, Canon.

QVI vxore iam ducta, aliam adsciscit, priore mortua, ab altera, si ea nolit, ne recedito, eam inuitam ne repudiato, Ne ex dolo fraudeque lucrum queratur.

Ex Capite tertio, Canon.

Si quis impubes, impuberem puellã sibi desponderit, priusquam vterque ad annos nobiles perueniat, à connubiali pacto ne recedito, id facere ne permittitor: Alio antè id tẽpus copulari coniugio, liberum neutri esto, Cum verò ambo nubilem ætatem attigerint, tum super eo, quod factum est, audiuntor, placet ne, an displicet sententiam suam expromunto, produnto: Ac de implendo coniugio, vterque ab hisce qui coniugium conciliarunt, & iureiurando astrixerunt, admonetor, interpellator, conuenitor.

Ex Capite Quinto.


Qui sub conditionis nomine, vxorem sibi despondit, si eam postea vult dimittere, connubialis spõsio tenetor: conditio verò frangitor, nulla illius ratio habetor: Ita volumus, iubemus, atque edicimus. Ex Capite. 6.

Qui liberis potest dare operam, qui eo iam est habitu corporis, vt filios ex sese creare queat, licet, ad pubertatem legibus præfinitam, non peruenerit, pubes tamen habetor, quo ad contrahendum matrimonium iudicator quidem, cõsetor.

Ex Capite Octauo.

Qui verbis hisce, coniugiũ mutuo iniere, Et ego te in meũ accipio, aut in meã: Si qui horũ, alij postea coniugio, sese ad dixerit, licet illud compressu, & toro firmarit, ab eo tamen auellitor, separator. Ex Capite nono.

Qui cuculum sumpsit, vestemque monachalem, necdum tamen professionis votum fecit, si vxorem postea ducit, ab ea ne diuellitor, si non lubet: Nec ad monasticum redire fanũ compellitor.



Ex capite 13.

Si qui vi vel metu, mulieris alicuius, alligatur coniugio, nec eam tamen tangit comprimique, si aliam postea in vxorem ducit, ad priorem regredi ne cogitor.

Ex capite 14.

Qui copulatus coniugio, alienam vxorem comprefserit, sit que compertus huiusce adulterii: Adulterium vxori, si ipsa quoque, eadem noxia tenetur, obicere ius ne habeto: Sed crimen cum crimine compensator, parque pari relatum ducitor: quo ad excludendum alterutrum ab accusatione, vel a pœna violati coniugii.

Ex canone 25.

Nemo copulatus connubio, vxori nuntium remittito, renuntiato, si casta est vxor: numquam repudium, nisi ob solam stupri causam, eamque ipsam manifestariam consistito: atque tum, qui repudiauit, quandiu viuit repudiata, cum nulla ipse alia congregitor: viuito cœlebs, A re venerea planè contineto.

Ex capite 26.

Quibus locis ob aliquam causam, interdictum est diuinis officiis, baptismi tamen sancta lauatio, qua Christiani lustrantur infantes, baptizantur, tum & morientium expiatio, cōfessio, absolutioque noxiarū, nec illis in locis nec alibi vſ quā, prohibentor, deferuntor, intermittuntor, Lustralis baptismi piscina nusquam clauditor: Ad baptisterium omni in terra, ciuitate, vico, pago, & quidem pontificio maledicto obstrictis, locus semper pateto.

Ex capite 30.

Qui cum muliere quadam, matrimonium contraxit, illud quidem solenni more, auspiciisque ecclesiæ, vt fit, absolutum, & celebratum, ac cum ea diutissimè vixit, ex eaque procreauit liberos: si postmodum, coniugii forsan pertēsus, ab ea cupit discedere, per speciem vitii, hisce in nuptiis interuenti, quod eam dicat suam consanguineam, & propinquitatis vitium accuset, eamque in quarto sibi cognationis gradu

du coniunctam asserat: Is ea in causa, ea in accusationis specie, eaque in assertionem, neque auditor, neque votum suum cōsequitor: Nisi adsint, alię personæ idoneę quidem, & nullius prauaricationis aut calumniæ suspectæ, quæ istud item coniugium, tanquam ob cognationem vitiosum, & accusare legitimè queant, & illud dissoluendum iudicio, velint persequi. Quod si is vir, eaque vxor, in eo, per spacium viginti, aut octodecim annorum tranquillè vixerint coniugio, nec de ipso, sit vnquam aut controuersum, dum vterque vixit, aut dubitatum, Cognati affinesque vel hæredes, alterutrius horum coniugum, qui sit mortuus, ab omni accusatoria, hac in re actione coniugij excluduntor: Nec super tali connubio controuersari valento.

Rubrica. 12. ex eodem concilio.

EX RVBRICA, DE TESTIBVS cogendis, aut non cogendis, Cap. 64.

Ex primo capite.

Qui ad dicendum testimonium vocatur, venito: si non venit, nolitque venire, ad veniendum compelliror, Tū & quod iudici, vocantique magistratui, non paret, cœercitor: multator.

Ex 2. Capite.

Testificatione semel prolata, factaque, tū euulgata, & apud iudices proposita editione inquisitionū, testes postea, ad iudicium ne producuntor, neu dantor, neu suppeditantor.

Ex Capite. 3.

Canonici sodales, in causa suæ ecclesiæ, à dicendo testimonio ne repelluntor, nisi quedam alia iusta adsit causa, bonaque adferatur ratio, quę illos, ab ea re planè arceat: Tunc si quidem, eam ad rem ne admittuntor.

Ex Capite. 4.

Qui testes in ciuili causa vel criminali ad testimonium euocantur, si eis ab aduersa parte exprobratur vel crimen, vel

infamia, etiam si exprobrati criminis, obiectæque infamiæ, non sint, nec damnati, nec conuicti, nec confessi, nec cõper-
ti, testimonij tamen ipsis ea in causâ dictio ne esto: Intesta-
biles ibi planè sunt. Rubrica. 14.

*EX TITVLO DE SECVNDIS
nuptiis, in eodem concilio. Cap. 65.*

Ex Capite primo.

Qui secundo nubunt, qui digamiam contrahunt, bene-
dictione, nuptialique eulogia & sacerdotali precatio-
ne, à sacerdote ne lustrantur, quippe qui, priore in coniugio
hiscè rebus verè sunt benedicti & lustrati: ea porrò sacra lu-
stratio & benedictio nunquam iterator.

Ex Capite secundo.

Mulier viduata marito, intra annum, lugèdi dcfunctum ma-
ritum, à legibus præfinitum, citra vllam infamiæ maculam,
cui lubebit, nubito, Nam ea est Pauli Apostoli sententia,
Mulier quæuis orbata viro soluta est lege viri, idcirco nu-
bat, cui voluerit, in domino.

Rubrica. 14.

*EX TITVLO, QUI ITA INSCRI-
ptus est, in eadem synodo, de his qui cognatã aliquam, pro
pinquamvè vxoris suæ, aut Patris spõsam, aut vllã aliam
quæ cum sponsa sua, sit iuncta sanguine, cõpressere, du-
xere, stuprauerè. Cap. 66.*

Ex Capite Primo.

Quisquis sit ille, qui matrem vel sororem, aut filiam vx-
oris suæ, stupro foedarit, estque huiuscè criminis ita com-
pertus, vt de eo publica fama habeatur. Ab illa vxore pror-
sus separator, commercio omni, vsu & consuetudine ipsius,
illi interdicator, Atque horum vterque, tum moechus, tum
moecha ab omni spe vlla coniugij, omne in tẽpus destitui-
tor, Si tamè facinus illud malum, ita secretò vterque admise-
rit, vt de illo nihil sit palàm, lustrali pœnitètia noxiã expia-
to, Qua quidem expiata noxia, vxori, si illa requirat, connu-

biale debitum, congressumque vir nè denegato, ne id quidè
vel intra tempus piaculo eluendo pœnitentiæ præstitutum,
vel extra temporis, piaculari pœnè præfiniti, decursum spa-
cium. Illud intereà decretum factum esto: hominem quem-
uis, qui cù propinqua cognataque vxoris suæ, cognata qui-
dem in tertio cognationis gradu, aut vltra hunc ipsum gra-
dum coniuncta, rei venereæ commercium, congressumque
stupri habuerit, non esse, ob id ipsum, ab vxore, vllò diuor-
tij iure diuellèdum, At solù, qui deliquit, ei piacularis pœna
penitentiæque & pro ratione criminis, vel personæ, expiatio
irrogator.

Ex Canone quarto.

Qui cum sponsa, cõnubiali cõgressu non coit, matrè tamen
sponsæ cõpressit, polluitque tactione venerca, Cù alia qua-
uis, nihilò feciùs, cõnubio iungi, ne vetator: sponsæ item,
cuius nubere alteri, liberum esto.

Ex Canone octauo.

Recitata est, hocce in sacro cõcilio, & à iudice quodã pro-
posita huiuscemodi facti species, Quidã homo, puellã nõdũ
septennè, duxit in vxorè, iuuenis quidè ipse, & cupidus ado-
lescès, eã, licet huic rei immaturã, de uirginare nixus est, idq;
perfungi forsã non potuit, dehinc ipsius puellæ cõsobri-
nam sibi matrimonio iunxit, puella tamen ea dicta est sèper
atq; habita illius hominis coniux: ipsiq; puellæ vt dictũ est
cõnubii nomine, humana stimulatùs cupiditate, quamquã
nõdũ aptæ viro, inferre vitium ille homo voluit: Quid hac
super re statuèdũ? sic respõsũ: homo ille, à cõsobrina, puellæ
quã postea in vxorem duxit, per te abstrahitor, coniugium
tale, irritum esse, abs te decernitor: Siuè priorem puellam ho-
mo ille compresserit, siuè id cù maximè conaretur propter
etatem puellæ, efficere nequiuert, quia in hisce rebus dubiis
atque ambiguis, id porrò planè sequendum, quod vulgò ho-
minum certius esse existimatur, Et puellam ipsam, vulgus
hominum, coniugem illius hominis esse haberique dicitat
vti est in questione propositũ. Ex Rubrica quæ sic habet.

Rubrica. 15.

DE HIS, QUI IN CANONEM
lata sententia, censuræque pontificiæ incurrerunt, vel incur-
risse, aut incurrere videtur, uti sunt, Ad apostolicam sedem
ob expiationem, absolutionemque ablegandi. Cap. 67.

Ex primo Capite.

SI qui hominem sacratę fortis, & clericali honore donatū,
rasi tamen tonsique verticis insigne non ferentem, sed ca-
pillatum toto capite, sed planè comatum, non consulta non
dedita opera, at inscius pulsauerit, tutuderit: Si qui in eum,
quem clericum ignorabat, re ipsa, & vim manu inferendo,
fuerit iniurius, pontificia censura, eam ob causam ne illico
notator. In multam canonis latę sententię nè actutum incur-
rito, ignorantia eum excusato. Quod fecit insciens, dum cõ-
stet de inscientia, ob istud hanc poenam ne meretor: quod si
de ignorantia non liqueat, ignorantiam si ita videtur, sacra-
mento comprobato. Noxiam ignoranter admissam esse, su-
blata manu, conceptisque verbis si lubet, iurato.

Ex Canone 7.

Si clerici in plena vel minori pubertate, neque dum adoles-
centię annos, vel ephēbiam prætergressi, Si religiosi item vi-
ri, in septis claustrorum, in peristyliis coenobiorum sese in-
uicem tutuderint, confauciarint, pulsarint, vel puberes, ex
aliqua iocosa concertatione, ludibundaque leuitate animi,
vel magistri, & præceptores, dum in clericos, discipulos,
animaduertunt, eosque flagellāt, id ipsum fecerint: Nulli ta-
men horum, eam ob admissam causam, huic Canoni latę cẽ-
surę obnoxij sunt.

Ex. 8. Capite, Canonis.

Monachi, & sodales canonici, secularesque quocumque tan-
dem modo, sese in claustrorum septo, capitulariue comitio
contuderint, obleserint, obliserint, vulnerarint, plagamque
fecerint, ob id, ipsum ad apostolicam sedem ex huiusce ca-
nonis decreto, nè amandantor, neuè reiciuntor:

At, vt æquum bonum videbitur Antistiti ipsorum, vt cen-
suerit ipsorum coenobiarcha, castigationi, disciplinæq; sub-
duntor. Quod si non sat habeatur, coenobiarchę hanc ad-
rem prudentia, si minùs idoneum fit, ad infligendā expen-
damque huiusce offensæ multam ipsius iudicium,
Metropolitanus Antistes, Episcopus, Põtifexq; illius pro-
uinciæ primarius, appellator, ipsiusque prudēs eam in rem,
censura adhibetor.

Ex Canone decimo.

Magistratus, quiq; gerit officiū, & quiuis iustitiæ vel cliens,
vel minister, lictor, viatorq;, aut quiuis pphanus apparitor,
quoduis secularis iurisdictionis m̄cipiū: si clerico, si sacratio
homini, violētam manū admouerit, si eum cõtuderit, cõcus-
feri, vim intulerit, in hūc Canonem indicito. Nec à Canonis
censura, citra Pontificis summi m̄datum, in id nominatim
depromptum, relaxator, dimittitor, expiator. Nam laicis &
prophanis hominibus, in sacratos cleroque addictos viros,
tantum ne liceto. Tam magni imperij, & potentiæ, vis ne
permittitor, Seculari quidem homini, quiuis ex clero ho-
mo, sanctus, sacratu, augustus habetor.

Si tamen ex clero sacro homini, laicus vir, turbam irruentē
arcendo, non quidem præparata aut dedita opera, sed for-
tuitū, vñus aut violentiam intulerit, Aut si fortè ex clero
hominem, vim inferentem, vi ipse cõtraria, statim repule-
rit, aut in eo cõgressu conflictuque fauciarit, vulnerarit, læ-
serit. ipse quidem læsor, ob nullum factum tale, pro expia-
tione, absolutioneque, ad Romanum Pontificem reicitor.
Nihil ea, ad Apostolicam sedem ablegatione, eiusce rei de
causa, opus illi esto: Generaliter, si clerico vi agenti, laicus
ipse etiā, sese è vestigio opposuerit, restiterit, vi vim pro-
pulsauerit, cum nulla lex non id ipsum clarè & indubitan-
ter indulgeat, hoc est vim vi & defensione repellere licere
tribuat, hac utique ad Apostolicum imperium translati ua
relegatione, remissionēque vtendum ne habeto.

Qui clerico, laicus homo, quem ipse deprehēderit, sua cum

vxore, sorore, matre, aut filia, foedè se gerentem, turpi lusu, turpique modo, aut licètiùs, familiariusque, quam sacratam personam deceat eas accipientem, vim admouerit, violèter illum tractarit, eiecerit, hoc Canone ne multator, neu teneor. Si tamen sacratum hominem, prophanus homo, in adulterio aut stupro deprehensum, cum ea quidem muliere, quæ sibi nõ ita admodum propinquitatis aut cognationis iure sit coniuncta, violenter acceperit, malè multarit, seua manu attrectarit, contuderit vel pulsarit, ab huiusce Canonis censura, immunis libèrque ne esto.

Ex Capite vndecimo.

Qui Neophyto, & ad religionè recens, clerùq; sacrù traducto, vim fecerit, illù cõtumeliosè tractarit, iniuriosè exceperit, censura Pontificia plector:

Sacrísque & coetu piorum abrogator, excommunicator.

Ex Canone decimotertio.

Qui pphanus homo, ob vim ex clero illatã homini, factus est huic Canoni, huicque Põtificiæ censuræ obnoxius, nequierit tamen Põtificè summù, vti ab eo expietur, absoluatq; tũc adire: obstat enim huic itioni, iusta causa, vel quia vitæ suæ in illo faciundo itinere non inaniter, sed magna cù ratione metuit: vel quia illi grauia quædã alia obuersantur pericula: Metropolitanò ab Antistite, qui & diocèsanus dicitur expiationem tum petito,

Metropolitanus Antistes expiare illù, & absolutionis gratiam tum facere potest, permittitor:

Prius tamen ipsum, ad sacramentum adigito: quo sacramento, suam illam excusationem, de non adeundo tunc Pontifice, iustissimam esse is confirmato.

Necnon illi, vt sese ad diui Petri sistat limina, ad pedèsque summi expiatoris, qui Romanus est Pontifex, supplex, inque genua astet quamprimùm id tutò facere poterit,

Metropolitanus Antistes præscribitò,

imponito,

nominatimque iubeto.

Rubrica 16.

DE RELIGIOSORVM HOMINUM qui sese præscripto cuidam viuendi modo dedidere, obseruantia. deque vita, quam sequi debent, condecentia & decore. Cap. 68.

Ex Agathensi concilio.

Ex Canone 57.

COEnobiacham vnum & eúdem, monasteriis duobus præfidere, interdictum esto, a iurèque communi vetatù. a ca. vnum, xxi. quæst. i. Addit Gratianus, ad Cõcilium, quæ sequuntur verba: duobus quidè monasteriis, vnus & idem, tituli vel mancipij nomine, præesse, quandoque potest. sed id certè illi, non iure communi, sed peculiari conceditur b ca. vnum, s. potest. xxi. quæst. i. indulgentia.

Istud idem fuit concilio Veneto renouatum, Canone illius Concilij 8. Et Concilio Epamienfi, Canone 9.

Ex 38. Canone.

Monacho, in alterum monasterium cõmigrare nisi id Abbas, cuius monasterio, sese primùm addixit, vel cõcedat vel annuat, liberum ne esto: si id facit, nullus eum Abbas, ad quem confugerit, recipito: nullus retineto: nullus id confusionis, in monasticam vitam inducito.

At quocũque monachus hic fugitiuus, sese receperit, illinc ad Abbatem suum, Canonum autoritate, retrahitor: eò, vnde prodiit, Euangelica vel charitate, vel correctione reuocator: quod si abnuuit, si se refractarium præbet,

Si verbis nequit castigari:

Verbere is luito, corpore coercetor, loro reprimitor. nam tunc verberonis personam, ceu fugitiuum mancipium desumit obstinatè.

Ex eodem Concilio.

Monachis à confortè coetu, communi mensa, Communi habitatione, in priuatam domum, peculiarem cellam, particularem, solitariumque & singularem cõuictum, vel vno quidem adhibito socio, sese conferre nefas esto.

Si tamen probata causa adfertur, ut quia sunt emeriti, laboribus attriti, infirmitate oppressi, asperioris tunc præscripti relaxatio, commigratioque (modò ea fit intra septa illius cœnobii, quo initio profecti, se concludere, nec illius cancellos egrediantur, nec illi, cœnobiarchę imperium exuāt, cui se primùm dedidere,) ne denegator.

Quin aliqua horum probata causa, impetrata ab Abbate suo licentia, specialem, & ab aliis separatam cellam habere, incolere, inhabitare permittitor. °

c ca. monachum xx. quest. iiii.

EX CONCILIO CHALCEDONENSI. Cap. 69.

Ex xxiiij. Canone.

Dicata semel deo benedicta, & iudicio suffragationeque episcopi, consecrata monasteria ita semper permanento: consecrationem nunquam exuunt, soli monachorum rei, atque habitationi reseruantur, cœnobia semper censentor, cœnobitis in perpetuum addicta sunt, Ne ipsa quidem nec res ullę, quę ab his dependent, suntque in eorum dominio, ad alienum ius traduci valent. ^d

d ca. quę semel sunt xix. quest. iiii.

Cœnobite, qui in ciuitate quauis, ciuitatisque territorio, & ditione, in monasteriis quum exigunt religiosę vitę institutum professi, primaria in ciuitate, in qua degunt, ciuitatisque subiectis oppidis, vel pagis, Antistiti, pro imperio addicuntur, Potestati illius subduntur, Iugum eius accipiunt, Eius item protectione, muniti, quiete viuunt, Tranquille, intra cœnobii septa consistunt, Ieiunio corpus castigant, Orationi vacant, Lectioni sacrę operam dant.

In loco, in quo semel se christo deuouerunt, addixerunt perpetuo subsistunt, Prophanis negotiis abstinento: Ecclesiastica actione omni, quę negotiationis speciem habeat, secluduntur.

Si tamen necessitate premente, contrarium quicquam horum

rum nunc proximè dictorum, ab episcopo ciuitatis, facere iubentur, & in hisce à Canone discedere: id eis permittitor, id ne prohibetor.

Sic istud totum visum est synodo, sic decretum concilio. Est ergo Præfulis ciuitatis, necessariam functionem, necessariamque curam & sollicitudinem, cœnobiis iniungere, exhibere, præstare. °

e ca. qui verc, xvi. quest. i.

EX CONVENTV, QVI HABITUS EST AURELIIS, à triginta tribus episcopis instructo. Cap. 70.

Abbates, uti exigit religionis & institutę vitę humilitas, atque submissio, in potestate episcoporum existunt, eis obediunt, eis honorem reddunt, Si quid aduersus præscriptum, regulamque fecerint, cogitarint, deliquerint, ab Episcopis illis corripuntur, castigantur, corriguntur, Monachi verò Cœnobiarchis obedientiam præstant, illis se deuotè addicunt, subdunt, sub illorum ferula, animaduersione, correctione consistunt.

Monachus, si quis contumax existit, elatè iugum exuit, incòstanti fluctuans animo, alię se religioni addicit, per varia vota diuagatur: castigator, reprimitor, coercetor. Vbicunque vagans sit inuentus, ibi, episcopi vel auxilio, vel copiis, vel ope comprehenditor:

Abbati, veluti fugitiuum mancipium, restitutor: In cellam suã, qua insolenter erupit, retrahitor, reducitor, includitor. Monachus quisquis, arte quæstiosa, vel alia quauis ex re lucrifaciente, vel causa, peculiariter priuatimque sibi quæsivit, addixit, adscripsit: id ipsum omne, Abbati & monasterio, cui se addixit, adiicitor: Cœnobio, cui se volens adscripsit, adscribitor, adseritor,

In rem Cœnobiij vertitor, in vsum illius cedito, Atque eo nomine: Abbas is, id monacho eripito, abbatum monasterio adiicito. ^f

f Abbates, xviii. quest. i.

EX SECUNDO AVRELIANENSI CONCILIO. Cap. 71.

Canon, 21.

QUI Coenobiarcha, vel episcopi iussa sui, vel præceptiones despicit, huic poenæ, multatæ sit, à sacris interditiõ, si tamen deposita arrogantia, ad sanitatem redit animi, petitque veniam, venia illi tribuitur: Ni id facit, ni petit veniam, uti scelestus & deploratus, relinquitur.

EX SYNODO SECUNDA, apud Turones habita. Cap. 72.

Ex Canone 15.

NE sacerdos, ne monachus ullus, cubili suo, vlium quævis recipito, ne in cellam admittito, Monachus publicum conclaue, aliisque cõmunicandum, ne habeto. Nec huiusmodi, ut eo in conclau, cellauè, aut duo possint consistere, aut ibi familiaris amicus, amiciuè recipi familiaris.

Ex Canone 17.

Mulier, monachorum septa ne ingreditur, Eorum aditu prohibetur, arcetur. Qui abbas, qui Coenobio præpositus, hac in parte, se negligentem præstiterit, foeminam suo in septo viderit, nec eiecerit, aut illico eiiciendam curarit: interdicitur, communionem sacra submouetur.

Ex Canone 18.

Ieiuniorum, quæ antiqua monachis fuit tum institutio, tum obseruatio, ea conseruator quidem institutio, tum obseruatio, ab ea ne receditur, monachus hanc sequitur, Ritus viuendi, qui olim his fuit, is hodie quoque tenetur. A paschatis die ad quinquagesimam vsque sequentem diem, qua, festum est solenne sancti spiritus, prandium ipsis pa-

rator, ipsi verò prandent. Rogationum tamen dies hinc excipiuntur, quibus in rogationibus inedia, caro maceranda: Ab illa verò quinquagesima die, tota, quæ proximè sequitur, hebdomade, ieiunio, exacta cura, vacanto. Hoc, sese, constringunt, hoc, quod suadet dæmon, mundus, caro coercento. Dehinc, vsque ad pridie Calendarum, qui continenter sequitur, mensis Augusti diè, vel ad Calendas vsque ipsas eiusdem mensis, ter singulis hebdomadis, ieiunium reuocant, Secunda nempe, quarta & sexta die: vel prima, tertia & quinta feria: Qui horum tamen bona non vtuntur valetudine, qui malè habent, qui infirmo sunt corpore, huic legi eximuntur. Sextili mense qui nunc Augustus est, quia quotidie missæ sacrum ad diuos peragendum est, prandium fumunt: Septembri, Nouembrique ieiunium hebdomade quaque, ter ut prius resumunt: Decembri verò ad natalem vsque domini, nullo die ieiunium ipsum intermittunt, Quoniam verò inter natalem hunc Christi diem, & epiphaniam multi quoque solennes festi dies intercedunt, quibus tum missæ sacro, tum rebus sacris aliis multus est impendendus labor, diebus hisce à ieiunio superfedent, quotidie prandent, Triduum tamen illud, quo, laudabili Patrum instituto, in priuatam cuiusque familiam, priuatæ Calendis Ianuariis inductæ sunt letaniæ, peculiare preces, litationes, supplicationesque, ieiunio tribuunt. Ab epiphania, ad quadragesimam vsque, ieiunium ter in hebdomadis singulis instituitur, ipsis indicitur.

EX PARIENSI CONCILIO primo. Cap. 73.

Ex quarto Canone.

SACRATAS virgines ne quis rapito, ne quis appetito, ne quis eas coniugio sibi ambito: ab earum congressu, coniunctione, vsu, quiuis abstinet, Si quis quid horum facit, aggredditur, tætat, sacris interdicitur, cõmunionem submouetur.

Kl z ij

Si facerdoti verò suo piacularem poenam & poenitentiam indicenti vel admonenti non auscultarit, at neglexerit, parui fecerit, Anathema prorsus esto, proscribitor, diris deuuetor, furiis addicitor.

Ex quarto Concilio Toletano.

Ex Canone quadragesimo octauo.

Monachatum quiuis, siue ex paterna destinatione, additioneque, aut ex propria voti obstrictione, profitetur, Quocunque horum inquam modo religione quiuis sese alligarit, & ex professo religiosè viuendi, regulæ in omne tempus se manciparit, ea in religione in omne tempus permaneto: quod factum est tenetor, seruator, neque retractare permittitor, nec ad mundum & populum regressus dator. Omnis denique ad secularem mundanamque viuendi rationem aditus reditusque intercluditor, prohibetor, vetator.

Ex Canone 52.

Monachi quidam à Cœnobio abeuntes relicta religione cui se dederunt, sese non solum tradunt seculo, prophanaque vitæ, sed & sibi iungunt connubia, vxorésque ducunt, Id ne fiat, edicit Concilium.

Quod si qui faciant, in monasterium retrahuntor:

Vnde exierint, reuocantor,

Poenitentia addicuntor.

Et quod temerè commiserunt, dum fregere religionis ergastula, eo in loco, quo ex loco effugere, perpetuò desilento.

EX SEPTIMO CONCILIO

Nicæno. Cap. 74.

Monachi monasterium ne relinquuntor,
A statione propria ne abeuntor,
Emansores, fugitiui ne suntor.

EX TERTIO TYRONENSI CONCILIO. Cap. 75.

Cœnobiarchæ, Archimandritæ, his in cœnobiis, in quibus Canonica vitæ institutio morumque regula, vel olim fuit, vel nunc esse videtur, isthæc potissimum atque sedulò accuranto, quæ dehinc sequuntur.

Isthæc utique facere, animum sollicitè inducuntor: Primum claustra septaque, & peristyliæ, tum & ampla dormitoria, atque cubilia, quibus in cubilibus, dormitoriis, monachi simul accubent, habentor. Ibi sodales, cibo & potu pro lustranda vita degendaque reficiuntor.

Tum & horaria precationum officia, & temporum momentorumque interstitia, obsecrationi Canonice destinata, diligentissimè obseruanto: nihil horum transiliuntor, regulam ad amussim obseruanto:

Vestitum victumque pro facultatibus cuiusuis Cœnobij, reddituumque ratione, ab Abbatibus suis accipiuntor.

Quò, omni alia cura vacui, rebus diuinis dent operam, atque hoc vestitu, victuque, quasi (hoc quidem in mundo, nam in altero expectanda sunt excelsiora) laboris sui accepta mercede, ad inferuendum ecclesie, sacrisque operandum, veluti ex obligatione, compelli queant, cogique & incitari.

Abbatibus tum ipsi, sodalibus suis, & monachis, quos sub se habent, exemplo suntor: vitæ, benè probeque instituendæ, & sanctissimis moribus suis, viam ad sanctissimos mores ipsis commostrantor, aperiuntor, patefaciuntor.

Et regulam exactissimè obseruando, Ad regulam exactissimè obseruandam, alios inflammantor, stimulantor, incitantor. Sicque fiat, ut ad beatiorum melioremque vitam, sint quandoque & ductores, & ducti, foelici via peruenturi.

Ex Canone. 28.

Cœnobia monachorum, quibus in cœnobiis degunt Benedictini, quos instituit Benedictus beatus pater, olim quidem referta erant viris probatæ vitæ, sanctimonia, & puritate

præfulgentibus: vigeat ibi religio, præscripta Benedicti patris accuratè obseruabantur. nihil deforme, nihil turpe, nihil vitiosum illic videbatur, audiebatur, noscebatur: Sed nunc isthæc omnia per obrepentem socordiam, negligentiam, vel miserū fortassis luxum, deprauantur, obsolescunt, abolentur, contemnuntur: dissolutiùs agunt monachi, parui pendunt præcepta, regulam suam postferunt voluptati, deformitas vbiquè, tumultus, sumptus, rerum confusio, propter quod, ea super re, hæc, quæ visum fuit, hunc in modum fanciuntur, magno hoc in concilio. Benedictini ad pristinam viuendi rationem, quam instituit Benedictus pater redeunto, exactè reducuntur. Eorum præfecti, Abbates, Cœnobiarchæ, pristinum habitum, pristinum viuendi ritum resumunt, monachis vt idem faciant præcipiunt, Omnes ad præscriptum regulæ, incedunt, vestiuntur, vitam ducunt.

Hoc præscriptum, lex, sanctio, in ipsis Abbatibus primùm sancitur, quia vt auditur, (quod vtinam haud ita esset, idque vellet summi dei bonitas quia tamen pro dolor,) vt auditur deprauata sunt, multis in locis nonnulla Benedictinorum Cœnobia, corrupti viuendi mores, sprete sanctissima illa religio, relaxata austeritas, viuendique præscriptio, seuerissimis antea & asperrimis legibus circumclusa, in laxiorem & valdè mundanum viuendi modum circumfusa: propterea quod Cœnobiarchæ huiusce ordinis atque generis diuitiis affluentibus, instar magis canonicorum, qui in mundo viuunt sodalium, maxima cum libertate, secularique & laxæ vitæ propinquiorum, quàm monachorum, in solitudine luctuosa, in vmbraculis horroris plenis, atque silentij, degentium, vitam aliquot ab hinc annos instituere cœperunt: similioresque voluptariis hominibus, quàm addictis vitæ austeriori, inter suos versari videntur: id, vt igitur omne corrigatur, reformetur, constringatur accuratè, eoque quo positum est modo, iubet, præcipit, mandat, concilij rogatio.

Ex Canone. 28.

Dicandæ deo virgines ante vicefimum quintum annum nõ

velantur, Ante id ætatis, flammeo sacro, vt & præscribere antiqui Patres, caput ne obnubuntur, Antè enim immaturum est iudicium ad conueniendum, ex perpetuo voto religionis, in Antistitæ aut Cœnobiarchæ manum: si tamen cogit necessitas, si requirit vsus, si suadet religio, isthæc mutantur, isthæc, patrum præscriptio, vel interdictio pro re exigente, pro temporis ratione postulante, temperator, demutator, fileto.

Id ipsum tum Carthaginensi tertio Concilio, Canone quarto, Tū Canone, placuit 72. scilicet distinctione & r. q. r. ca. dicto placuit, fuerat antè quidem, edictum, præscriptum, promulgatum. Ex 30. Canone.

Abbatissæ & quæ monialibus præfunt, sine permissu sui episcopi, foras nè prodeunt, monasterij septane egrediuntur: Si tamè aliquam ob causam, imperatorem nostrum, regemque Christianum, in primis, & valdè pium hominem, adire volunt, id ipsis liberum esto, nec hac de re, si non libet, episcopus interpellator, aditor, appellator:

In reliquo, quoad viuunt, suis in cœnobiis, æuum exigunt, ibique castè sanctèque viuunt, peccati que labem, quoad maximè fieri poterit, auertunt,

Et virgines curæ suæ commissas, itidem vt faciant accurant, viuantque omnes hæc, cõmuni in vita tū castè, tū religiose, id prouidetur, id satagitur, id præcipui esto negocij, omnèq; vigilantiam suam, hanc in rem accommodant Abbatissæ, præfectæ & id genus, reliquæ cœnobiolorum accuratrices, vel præfules, etiam episcopi, pontifices.

Ex Canone 31.

In Cœnobia tum monachorum, tum monialium, ne plures quàm suppetant cœnobiolorum facultates, homines admittuntur, recipiuntur, intruduntur: Vbiquè, numerum intromissorum tum virorum: sodaliumque tum virginum, ipse opus cumulus, qui monasterio adesse potest, adæquato, Nihil quicquam, hac in re excedito

Modus seruatur: quò commodissimè fieri queat, vt cuius

illuc admisso, suppeditet, adfitque moderata alimentorum facultas, Tum ad reliquas res peragendas, tractandaque cœnobii negotia, & sacrata & secularia, ut pote peragendas reddituum rationes, conseruandaque iura, ne desit res nummaria, quum exiget usus.

EX CAPITE DECIMO LATERANENSIS Concilij. Cap. 76.

Monachi nulla mercede, nullo quæstu, nullo precio in monasteriis recipiunt, Gratis, solaque dei optimi & religionis contemplatione illò admittuntor:

Abfit hac in re, omnis illicita nundinatio: Monachi nihil peculij iure possidento, nihil proprium, nihil suum habent. Monachi, in oppida, vicos, pagos, ne transferuntor: vbi singuli, singulis addicantur fanis, vel in singulis, singuli priuatim cõsistant ecclesiis:

Nequẽ quauis in eade sacra curata, collocantor, ipsi porrò in commune habitant, publicum fratrum maiusque cœnobiũ incolunt, vel saltem alibi, cum nonnullis sodalibus manent, idque aliquo in numero:

Seorsim verò, & in priuata domo nunquã agunt, nec item soli: quod in primis cauendũ, secularibus & prophanis mixti hominibus, mundanęque vitę addictis: spiritualium hostium insidias, conflictus, bella, expectant, his periculis sese ne obiiciunt, hæc deuitant, declinant, auertunt, omnem horum malorum occasionem.

Si qui horum, dum in monasterium recipitur, receptus causa, stipem dedit, pecuniam vllam erogarit, quæ ab ipso sit petita, exacta, postulata: qui dedit, is quidem sacris ordinibus nunquam donator: qui exegit, accepit, is porrò multator officio, & sacerdotalis honoris munere, is gradu mouetor.

Si qui horum item peculium possederit nisi ab Abbate suo, id sit ei, pro functione seu administratione iniuncta permiffum, communionem depellitor, ab altaribus arcetor, sacrum ne facito.

nẽ facito. Quod si, dum in extrema est hora, egitque animã peculiatum, nummatus, offenditur cognosciturque contra professionis suę institutũ tam obscœna fuisse auaritia, tum nulla prece, nullo pro eo oblato sodalium munere iuuator, ut ethnicus & publicanus habetor, inter fratres sepulturam ne habeto: Abbas verò, qui in hisce accurrandis, obseruandis, prouidendis, diligentiam summam, nõ adhibuerit, at negligentem se præstiterit, ad vitia suorum moresque deprauatos, socors coniuerit, Scito se, suo in officio, præterquam æternum dei subibit iudicium, etiam damno multo, iactura graui, magna existimationis læsione hoc in mundo multatum iri, Scito se gradu scilicet suo, præfectura sua pulsũ iri. Primatus quoque monasticos, prioratus, officia, quæ ipsius sunt iuris, quæ subduntur illius imperio, atque obedientiæ, nulli prorsus homini per stipem is tradito, nullum de hisce pretium accipito, nemini hæc sacrata ministeria per pecuniã mancipato,

Si fiat, tum qui dedit, tum qui hac de causa nummos accepit à ministerio, à functione sacra submouetor, religiosum magistratum nõ gerito:

Qui autem semel primatui monastico, aliquo in publico fano, religiosoque conuentu sunt præfecti, qui facti priores, illinc ne mouentor, ne, nisi iusta de causa, euidentique ratione immutantor:

Iusta autem causa hæc esto,

Si sese in vitiis non contineant, si se effundant in prauas libidines, si bona dilapident, si temerè consumant, si quid huiusmodi, aut quiduis aliud vitiosum, quo digni sint moueri loco, in sese admittant,

Tum, & si pro maiori fungendi officio, de fratrum suorum sententia atque concilio, aliò sunt transferendi, tunc enim illinc vbi positi primò fuere, amouentor cum honore,

Aliò traducuntor, cum suorum hominum satisfactione, maximè si id, deprecatur publica religionis ratio, suadetq; cõmunis, cœnobii vtilitas.

*Rubrica.17.**DE RELIGIOSIS PERSONIS
priuilegij iure quopiam, decumas non soluentibus.**Cap.77.*

Tum & de his qui ipso abutuntur priuilegio.
Ex eadem synodo.

Ex Capite primo Canonis.

Monachi prædiorum, aut obuentionum, ratas portiones, citra auctoritatem episcopi, suffragatione, vel mandatum, ne diminuunt, ne obterunt,
Neu extenuant,
Monachi, reditus antiquos, vectigalia vetera, possessiones monastici iuris, ne intercidunt,
Abalienant,
Neu quoquam transferunt,
Monachi ecclesias ne diuidunt,
Neque, haud adhibito episcopi nutu, & consensu, disperunt, ne in partes fecant.

Ex 2. & 3. Capite.

Monachi, religiosique sodales, & regulares canonici, ex prædiis conductis decumas persolunt,
Dependunt,
Et cuiusuis, qui decimatur communi iure, hac in re censentur,
De agris porrò, quos propriis manibus, vel impendiis, colunt, vel serunt, tum & de pastione animalium, rureque pascuo, nihil profus, decumarum nomine, tribuunt: hac pensatione omnino eximuntur, huiusce rei liberi immunisque planè sunt.

*Rubrica.18.**EX TERTIO CARTHAGININ-
ensi concilio de sanctimonialibus. Cap.78.*

Antè vigesimum quintum annum

Virgines deo ne sacrantor: *

Idem repetitum & renouatum postea Concilio, Milenitano Canone. 26. Còcilio verò Agathensi Canone 19. sic habetur,

a ca. placuit
lxxvii. distict
ca. placuit xx
questio. i.

Sanctimoniales antè annum quadragesimum ne velentur: & præscribitur hic Canon, in ca. sanctimoniales 20. questio 1. Est verum quod Gratianus, id tribuit Concilio Carthaginiensi tertio cum tamen sit Concilij Agathensis,

Virgines sacræ parentibus orbatæ, quorum tenebantur custodia, episcopi cura, aut si abest episcopus, alius sacerdotis diligentia prouidaque accuratione, coenobio virginum concluduntur,

Alibi, verò, grauiorum & ætate & prudentia mulierum fidei committuntur, simul cum eis habitant,

Se mutuò custodiunt,

Observant,

Circumspiciunt,

Virginitatem tuentur,

Famam ne lædunt,

Sursum deorsumque ne iactantur,

Sacratum decorem ne conuellunt:

Existimationi Christianæ,

Dignitati ecclesiæ,

Virginali pudori, præ rebus omnibus, consulunt.

*EX CONCILIO QVARTO CAR-
thaginensi. Cap.79.*

Dicanda Christo virgo, cù Antistiti suo consecranda, religioneque obstringenda offertur, co amictu velator, Eum habitum induta esto, quo habitu post sacramentum sodalitati sacræ dictum in perpetuum sit vsura,
Is decens,
Is religioni, in cuius verba nomen datur, conueniens esto,
Is sanctitatem redolens, is honestus, is moderatus esto,
In eo, dicata virgo, in omne vitæ tempus subsistito,

Lij

Dicata vasa, & sanctè inaugurata,
 Sacrosanctum pulvinar, sanctum calicem,
 Sacrata lintea, ne contingunto.
 Altarium ornamenta sacrata, ne atrectanto,
 Altaria thure ne adolento,
 Altaribus incensionem ne admouento,
 Altaria cum tēdis ne circumstanto:
 Sacrorum virorum id officium esto. ^a

a ca. sanctæ
 moniales
 xxiii, diff.

EX CONCILIO TOLETANO.

Cap. 80.

Ex Canone sexto.

Puella, virgoque, Dei cum confessore id est verbi Domini
 professore, cum vlllovè expiatorio auscultatore, familiarita-
 tem nè contrahito,
 Neminem item Laicum, qui alieni sit sanguinis, atque alie-
 næ cognationis, intimum habeto,
 Neu familiarem sibi ducito, Ad conuiuium sola nè accedito,
 Epulum omne, cui ad sit virorum corona,
 Abhorreto,
 Declinato,
 Defugito:
 Nisi feniorum, honestorum, incorrupti animi, incorruptæ-
 que mentis hominum assistat coetus,
 Aut viduarum circumstet honesta congregatio, honestus
 conuentus, honesta celebritas.
 Quem in locum, confessor etiam quiuis, honestè possit ac-
 cedere, ibique, citrà vllam probri suspiciōē, citraque exi-
 stimationis periculum, in oculis plurimorum hominum, fo-
 brium honestumque conuiuiam agere: Cum lectoribus, nul-
 la harum virginum relinquitur, In domibus eorum nulla
 habitato, Cum his nulla conuiuito, congregitor, misceto
 concilium. Si consanguinea forsan soror esset, si vterina, si
 germana, si iusta, tali arctaque necessitudine iuncta, excipi-
 untur, hac lege ne tenētor, id genus virgines omnes, hoc ca-
 nonis iure ne concluduntor.

EX CONCILIO AGA-
 thensi. Cap. 81.

Ex Canone illius Concilij 28.

S Acrarum Deo virginum ædes, consecratæque, procul à
 Monachorum cœnobiis, vel ob diaboli, communis ho-
 stis insidias, vel propter obloquutiones hominum, obtre-
 ctationes & maledicta, collocantor. ^b

b ca. Mona-
 steria puella-
 rum, xviii.
 quæst. ii.

EX CONCILIO ARAVSI-
 cano. Cap. 82.

Ex Canone 27.

Q Væ mulier orba marito, viduitati perpetuæ, corā Præ-
 fule, suscepto voto, se addixerit, eiusque rei causa, vi-
 duam vestem, Episcopo astante, pro nota susceptæ profes-
 sionis, sumpserit professionem, In omne vitæ tempus con-
 seruato, à voto ne recedito;
 Datam fidem,
 Susceptum institutum ne violato:
 Ea fides ne irrita fiat,
 Ne violetur, attenditor:
 Si professio deseritur,
 Si votum labefactatur,
 Quæ id fecerit mulier, castigator,
 Pœnam, meritò sicuti huic Canoni visum fuerit, pendito.
 Iure damnator. ^c

EX CONCILIO EPARNEN-
 si, habito temporibus Papæ Gelasij, hu-
 iusce nominis primi.

Cap. 83.

M Onasteria virginum, sacris ex voto addictarum, ne
 nisi probatæ planè vitæ laicus homo, ne, nisi gran-

c ca. Viduita-
 tis, xxvii. que
 stione, i.

dis natu, prouectus aetate vir, quacunq; de causa, quodcu- que ob ministerium, quemcumq; ob usum, ingreditor, accedito, intromittitor.

Qui septa monialium, sacri missae causa, & diuinæ rei faciendae gratia, sit ingressus illinc, peracto sacro statim egreditor, illic amplius ne hæreto,

Ad uirgines familiariter ne accedito,

Monachus clericus uel iuuenis, illinc arcetor,

Illuc ne admittitor,

Ne accedito.

Si tamen paternæ vel germanæ personæ necessitudo permittit, aditum illuc habeto: Hactenus, quod hinc possum nunc adferre, nam interpellant scriptionem, influentia negotia.

Rubricata.

DE LABORANTIBVS LE-

pra, vel Elephantia.

Cap. 84.

Ex Canone 2. Cocilij Lateranensis sub tempora, quibus Pontificatum summum gerebat Alexander tertius celebrati.

VXor maritum, vxorẽmque maritus, si alteruter horum, elephantia, sacraque lue tentetur, sequitor.

† Sic Diuus
micronymus

Illum, eam ob corporis labemne deserito,

Neu relinquito,

Aut si sequi nolit, si abhorret, vitam, quod reliquum est temporis, dumque alteruter superat, continentem coelebẽmque ducito.^a

Ex Canone 3.

Ob lepram, sacramque luem, vxori nuncius ne remittitor,

A suo coniuge, illa ne dimittitor, neu reicitor,

Illi posceti, connubiale debitum præstator. coniugalis lex,

coniugale consortium, coniugalis omnis usus obseruator, & quotidiana consuetudo, ac familiaritas.

Leprosi item contrahendo matrimonio, ne interdicator, Ut lubitum erit, legitime nubunt.

Ex Canone 4.

Ecclesiarum rectori, præfecto, Curioni, sacerdotique curato si in lepram is incidit, collega constituitor, adiutor dator, Optio deligitor, Is adiutor,

Ea optio, animarum curam gerito,

Laborantis vicem, sacro in ministerio suppleto.

Ex Capite 23. Canonis.

Qui ex lepra laborant, qui elephantia affliguntur, a sacrorum hominum usu, consuetudine, consortio, ne sana quidem corpora, mala lue inficiant, mala labe contaminent, sua impetigine corrumpant, seorsum habitant:

Seorsum ædes, templa, sacerdotes, ministros habent: id ipsum eis, quia in alia publica fana, in communẽsque paroccias, sacrorum causa nequeunt conuenire permittitor.

Ne tamen veterum parocciarum iuri quicquam derogent, ne iniuria vlla, damno villo, iactura vlla, tum ipsas, tum ipsarum ministros afficiant, nec in quoquam omnino villo eis officiant, in primis cauetor.

Hinc, Secundum librum concludo ob exclusionem temporis, quæ non patitur plura nunc, in hanc rationem aut dicere, aut cogitare.

Finis libri secundi.

a ca. vnaque
que. iii. que-
stione. ii. &
ca. si vxorem
xxxii. quest.
iiii.
† Ita Gice-
ro.




Christophori Roffinia

CI COSAGÆI PRÆSIDIS

& Consiliarij Regij, De re pontificia
seu sacerdotali Commen-
tationis, Liber
Tertius.

Lectori Candido.



E mirère (Lector) meam in
adscribendis annectēdisque
sequētis libri, ad suum quod
que caput, epitomatibus, at-
que aliis quibusdam ni re-
bus, & appendicibus operis
minimè sibi, per omnia res-
pondentem diligentiam, ne-
que id factum alia ex re puta-
to, nisi ob varietatem tempo-
rum, vicissitudinēque & cō-
mutationem rerum diuersarum, quibus, dum opus accura-
tiùs cuderemus, & expoliremus, dissimilibus quidem mo-
dis, ac modò otium, modò subinde negotium, alternanti-
bus, sumus vsi: vnde euenit, vti, institutam sedulitatem sua
vbique nequiuerit consequi sedulitas: itaque quoties nulla
vel publicarum rerum, aut ex alio genere necessariorum,
neque fuimus impediti, atque adeò obruti, neque vlla etiā
extraordinarii mandati delegatione occupati, præstitimus


quidem tum, quod in nobis fuit, omnem utique in colligenda, peragendaque instituti mei ratione, & nauitatem, & diligentiam: at contra, dum quid horum, quæ diximus modo, accidit, scripturamque continentem interturbauit, nobis sanè, tum non licuit esse neque tam diligentibus, neque tam improbi laboris, tam studiosè indulgentibus, verùm polliceor quidem & præstabo vita utique comite, omnia, dum dabitur à me altera, quæ restat pars, fietque secunda totius commentationis editio, tibi & accuratè, & exquisita quidem opera, factum, atque positum iri. Cæterùm, quod te scire volui, hoc est vnum alterum, ne videlicet, dictiones quasdam quæ in contextu huiusce consequētis libri vtimur quâdoque, quales utique sunt (sacerdotium & beneficium in eandem significationem acceptæ, tum eiuratio pro renuntiatione, & fiduciaria possessio pro recredentia, tum eiuratoriæ tabellæ, pro instrumento renuntiationis, atque istud dicendi genus, in prouincia quidem, pro eo quod dicit vulgò in partibus) Et si qui sunt alij similes loquēdi modi suppositi, pro his, quibus Patrum nostrorum memoria, vta est, interpretum iuris & commētatorum schola, doctissima quidem atque eruditissima, Tu nihilominus tamè, ista hæc inquam vocabula, vt noua inusitatæque, aut leuiter detorta, aut perperam, tralataue existimes, neue auerfere quæ & fuerint veterum Iurisconsultorum Romanorū, ex quibus emanarunt Pandectæ. Et à doctissimis nostri temporis hominibus, Budæo, Alciato, atque alijs, familiæ Iuriscōsultorum, foelicissimo quidem successu restituta, quare hæc repudiare aut contemnere, nihil aliud esset, atque Latine linguæ lumina de cœlo velle detrahere. Neque tamen item post putādi, sūt aut minus laudādi suo in opere, quæ aliter loqui lubet, hoc est, more iuris, vt dixi commentatorum & glossatorum qui hanc ante nostram ætatem florere, orationem concinnaue vtriq; sanè probandi, modò in contextu rerum, & materiarum excussione, bene alioqui dicar: quod qui alterutros ob solam dictionem reprehendunt, at-

que ad eò calumniatur, hosce quidem, propter indisertam, sicuti dicunt, orationem, aut alteros ob quodammodo affectatam (vti item loquuntur) eloquentiam: hi hercle, (ne quid grauius dicam.) non sat videntur rationem habere æqui & boni, quin potius, suo intemperanter abuti iudicio, qui ob solum stylum, modosque loquendi, bonum quempiam ceteroqui auctorem, & in hoc ciuiliū rerū vel Pontificiarum genere, acutum disceptatorem atque diffinitorem probatum, repudiant, ad sola quidem verba adiicientes animum congeriem utique rerum subtilissimarum, & dignissimarū, posthabentes: quanquam, re vera, qui loquuntur Latine magis, hi nescio quo modo, plus delectant, plusque reficiunt & mentem & oculos. De quo te omni, ob lectionem huiusce tertij libri admonitum volui, sicuti & vt idē ipsum, in prioribus libris duobus accipias, tum precor tum item admoneo: quibus in libris nullam interim putato positam à me vocem, qua non sint vsi antiqui patres veteresque Theologiæ doctores. Nempe Hieronymus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Tertulianus, Ciprianus, Eusebius Emisenus, & Lactātius, vt probè nouit, quisquis in horū patrū frequēti lectione suam impendit operā, tum & hisce nostris temporibus, doctissimi viri Cōtarenus, Sadoletus, Bembus, Longolius, Budæus, Flaminius, atque alii ex genere eruditionis perpolitæ: Tum & Leo ipse decimus, Pontifex maximus, in hisce epistolis, quas per manū Petri Bembi sui tunc temporis secretarij, ad varios scripsit, tum reges, tum populos, de ratione rerum publicarum atque maximarum, quas postea epistolas, ob bonū publicum, edidit Bēbus ipse, ne (vt inquit ipse idē Bembus, in dedicatoria ad Paulum tertium Pontificem summum epistola) scriptores posthac rerum Pontificalium & Theologicarum, hæc dictiones & loquutiones refugiant quas nouerint Pontifici Maximo, capiti quidem ecclesiæ, ac viro religiosissimo & placuisse, & in publica ipsius scriptione magno esse cum studio concinnatas, vt pote tanta maiestate fultas & com-

probatas vt errare se sic scribētes, ne posthac existimare debeant, quanquam sanè ex eis, quæ sunt hodie hoc in genere in vsu rariore, vtor hīs parcissimè, receptas ab scholis, & in vsu quotidianarum disputationum tritas, vt cūm

plurimum. vsurpans : Quod & vnicuique, causa familiarioris disciplinæ faciendum censeo. Hæc sunt, quæ te hīc scire etiam volui, vt hisce nonnunquam inconculcatis, mei semper instituti, scribendique rationis meminisses.

Tertii Libri Prefatio.



AM quum in superioribus libris duobus, satis sit à nobis demonstratū, quæ fuerint initia adolescentis, in amplūque crescentis ecclesiæ, quæ rerum status, quæ temporū conditio, quæ progressiones quævē item cōsequutiones, vt fundamenta ipsa gesserit, vt adoleuerit, vt creuerit, vt paulatim ad summum peruenit, vtque omnibus hisce temporibus fuerit administrata, rectè nē an perperā? Quæ item functiones in ea, qui ministri, qui ordo, qui decor, quæ mutatio, quæ sacerdotiorum origo, qui illorum autor? hæc quidem omnia explicata fuere dilucidè sanè, quo ad in me fuit, verbisque paucis: nam priore libro, à morte vsque Petri apostolorum principis ad Siluestri Romani pontificis tempora, repetitis retrò initiis atque originibus rem perduximus: cuius Siluestri Pontificis temporibus Christiano nomini fausta dies illuxit. in altero porrò, qui sequens est libro, de Conciliorum institutione, satis dictum: & quonam pacto coeperunt ipsa primū agi, patres in vnum conuenire, pro bono publico in commune consulturi, comitia indicere, decreta sancire, totum dehinc ecclesiasticum ordinem constituere, atque constabilire, illique formam, decus, dignitatem adiungere: nam antè Constantini tempora, adumbrata quidem fuerat ordinis illius effigies, ac quodammodo deliniata: Cæterum neque perfecta ipsa, neque numeris suis satis absoluta, idque ipsum quantumque paucum erat, quod iam roboris sumpsisset, tribus solū aut quatuor celebratis Conciliis sumpserat: in

quibus conciliis, fuerant quidem multa preclare acta, quae ad religionem nostram tum exornandam tum augendam maxime facerent, sed ob superuenientium imperatorum tyrannidem, atque saevitiam, qui ante Constantinum, Romano imperio prefuere, illa omnia ferè aboleuerant, atque tenebris penitus offusa ita silebant, ut inter paucos eosque latebris, aut siluis, sese abdentis, locum haberent solitarium, duravitque ea infelicitas, donec suos deus miseratus, Constantinum magnam terris immisit, cuius prospera admodum tempora & Christianae religioni auspiciatissima, concilia reduxerunt. nam inde expergefacti recreatique Christiani, concilia inire coeperunt, quibus ecclesiae pristina forma, decorque & restitueretur, & adaugeretur. ea concilia nos, eorum ordinem, progressiones, antecessiones, consecutiones, à Constantino usque, sub quo ipsa vigere coeperunt, ad haec nostra tempora, sumus secundo in libro, quantum in nobis situm fuit, persecuti, idque quatenus propositi, & instituti nostri tenuit ratio: à quo proposito nostro, ne transuersum quidem vnguem voluimus quoad eius fieri potuit, salua dicendorum ratione deflectere, ea duntaxat attingentes, quae ad functionem episcoporum, primatum & procerum ecclesiae, ad dignitatem decoremque clericorum, caeterorumque sacris praefectorum, officia ac ministeria hisce in Conciliis praescripta fuere, eaque simplicissimè nudoque & vetustiore antiquae scriptionis modo uti consuevit consignari antiquarum legum maiestas pertractantes: sic enim & scriptae citantur leges xij. tabularum, quod, in verbis non modò in rebus, venerabili maiestate praefulgeant. Porro, quanam legum aliarum maiestas, cum diuinis, cumque scitis conciliorum ausit comparari? quare eadem, & quidem si pote, maiore vetusti modi reuerentia par fuit, mea quidem sententia, ut talia in enarrando contexterentur.

Cum igitur, hisce de rebus omnibus, duobus illis Libris, satis sit dictum, sequitur hoc tertio in libro, qui nunc auspice deo incipit, de amplissima materia dicendum, quae constitu-

tiones pontificias, ex quibus emanant iuris, pro terminandis in re sacerdotali litibus, decisiones complectitur: Quomodo autem irrepperint, in ecclesiam dei, pro habendis sacerdotiis, huiusmodi lites, atque controuersiae quae, à Christiana pietate videntur alienissimae, quanquam & initio operis, & in progressu explicauerimus, non grauibimur tamè hic quoque, quia locus postulat, paucis repetere, quae huiusce tertij Libri erunt veluti praelutiones quaedam atque prooemia, uti puto non reiicienda. Igitur ut ad hanc rem veniamus, Ecclesia dei ob summam religionem populi, quae optimi cuiusque animum incessabat incitabatque in immensum crescete, & auferentibus vndique diuitiis, quas vnusquisque in fana conferebat, liberalitateque in templum Dei, in aedes diuorum & aduersum religiosos, & sacris praefectos homines utebatur, coepit quoque ob facultates nimias luxus in eam obrepere, Auaricia sese subiicere, auri cupido in medium prodire, & ut dicam breuiter facta est mira bonorum morum corruptio eaque de causa in abiendis sacris magistratibus, sacris praefecturis, obtinendisque & occupandis diuini iuris possessionibus quilibet se alteri cupit praeferrere, Atque hoc ex fonte emanarunt litigiorum scaturigines, hac ex causa prodierunt hisce in sacerdotiis discordiarum seminaria, cui malo ut medicinam aliquam, quo ad eius fieri possit: faceret Gregorius Pontifex Maximus, modumque tandem inueniret quo lites huiuscemodi aliquando terminari possent: agrefus est opus magnum atque operosum, nam quae prioribus Romanorum pontificum scitis, atque consultis fuerant haec in rem praescripta, & sancita coepit vnum in librum congerere: cui libro titulum fecit, decretalium volumen.

Ut inde, velut de Narthecio quodam, proferri posset sacerdos clericorum, atque discere remedia huic rei potissimum conuenientia: tum illud in primis in promptu habere, qui ad eas ecclesiasticas functiones, praefecturas, dignitates & sacerdotia admittendus recipiendusque foret, quiuè hisce excludendus, & quid, si quid controuersum hac in re,

oriretur iuris esset, pro eo finiendum, statuendum: cuius Gregorij exemplum sequuti Bonifacius & Clemens, Romani deinceps pontifices, id ipsum pariter factitarunt, sanctionesque, & decisiones ad id negotij pertinentes, suo vterque libro edidere. sed luserunt vereor operam ij pontifices, excideruntque spe bona sua, nec quod voluere effecerunt, saltè in eo, quod existimarunt scriptis illis suis, litibus hisce, ob sacerdotia quotidie exorientibus, modum finemque imponi posse: nam huiusmodi controuersia, adeò radices egerunt, vt maximo Reipublicæ malo, atque incommodo, veluti Hydra quædam capita in dies renascantur, renataeque venenù rursus effundant: vndè mihi videtur rationi consentaneum, vt cum res illa, in manu hominum magna ex parte non sit, eam temporum & euentorum arbitrio vel potius dei optimi maximi volùtati relinquamus, & pro virili interim parte nostra, si huic litium pesti, medicinam facere non possumus, vt certè non quimus, attamen bonis, probisque viris, quibus sæpè hac in re exhibetur negotium, vt consulamus. hinc decreui hoc in libro tertio constitutionum pontificiarum breuiter enarrare capita, quibus constitutionibus continetur, quo quæque iure, in hisce sacris rebus cõtrouersis litigiosisque vti debeat, & quomodo possit ius suũ, optima via, in iudicio, persequi & obtinere, quidque illi agendum sit, quò se ab iniuriis defendat noxiorum hominum. Vt autem lector huiusce tertij libri institutum ordinem initio statim habeat, hinc in principio, pono, dicoque, me primò declaraturum, quonam pacto, quauè ratione, quilibet adscriptus clero sacratioque hominum ordini, in administrationem beneficij ecclesiastici venire queat, iuxta eam, quæ in Concilio Aquisgranensi facta est diuisionem: deinceps cum eò is venerit, quæ sunt illius in administrando fano illo, partes potissimè, quæ functiones, quæ officia ac quemadmodum suo in vniuersum debeat seruire ministerio: hisce cognitis, quãdo quidem homo non est vllus, qui vna in re versanda, ferèdaque, perpetuò durare queat: atque in ea laboris assiduitate, & fo-

te, & sollicita cura tandem immori: erit, Tertio loco excutiendum, quæ ratio erit tenenda huic clerico, qui Canonica via, beneficio sacro, functioniq; , & curæ ecclesiasticæ, sese alligavit, vti possit ab ea laboriosa, & anxia procuratione, ab eoq; onere, sese aliquando explicare iugumq; oneris beneficiarij excutere, atq; quieti se tradere, E diuersò, quæ ratio ineunda sit, qua, is qui perperam, & aduersus Canonum, statuta, in beneficium irrepserit, possit illinc legitimè detru di, atque possessione, in quam omni iure cassus, malaque via, inuasit, canonico iustoque modo spoliari, atque illic hunc tertium librum claudam exaratum quidem, atque à me conscriptum, stylo isto paulò licètiore, vocibus tamen explanatis, & quas, neque veterum iuriconsultorum, neque nostra hæc doctissimorum hominum ætas, duxerit, vti ego existimo, forsan repudiandas.

Tertii Libri initium

Titul. j.

De variis modis acquirèdi ecclesiastici beneficii, Et de quibusdam aliis, in vniuersum eò relatis, vtpote quænam in eo, qui ad hæc sacrata bona aspirat, inesse debeant, & id genus alia quædam, enarrata quidem ac disceptata per positionem speciei, & exemplorum.

INDEX HORVM QVAE SIGILLATIM,

initio disceptantur, in sequenti capite.

- 1 Vtrum antiistites minores, qui infra episcopalem sunt dignitatem, possint collationes, & id genus pontificiorum, sibi quærere per temporis præscriptionem.
- 2 An instituendi ius a præfule inferiore præscribi queat, quum ius illud pontificalem auctoritatem respiciat.
- 3 An cuium est instituere, eiusdem sit destituere.
- 4 An in re sacra, vnum ad ius facta præscriptio, ad alia eiusdem generis protendatur.
- 5 An qui iure speciali, in re beneficiaria dare potest id

COMMENT. PONTIF.

ipsum quoque eodem iure possit adimere.

6 Possitne qui conferre potest, simplici cuius eiurationi, aut permutationi, eas quidem admittendo, ius auctoritatemque tribuere.

7 Cui peculiari gratia tributa est conferendi per se, auctoritas, eidem ipsi censeatur, ius consequenter tributum, tum abrogandi, priuandique, tum exauctorandi.

8 Cui vicario, sit potestas resignatorias tabulas admittendi, daturne per rerum consequutionem, permutationes quoque recipiendi auctoritas.

Disceptantur & post, diffiniunturque isto in capite, alia etiã in hoc presentis materię genere, pleraque omnia, quę lector si placet sigillatim videbit in contextu.

Caput Primum.

NON vnus est modus, vnaque ratio, viam clerico, ad hæc sacrata beneficia patefaciendi, quin multa eam in rem traduntur genera, multęque in dies occurrunt & rerum & exemplorum species: quibus sacratu quisquis homo, ex Canonica causa, ad isthęc sacrata sanorum ecclesiarumque prædia, tum aspirare potest, tum in diuini iuris possessiones fundosque ingredi: tum verò ingressus, illi dum viuet & consistere & religioso publicoque officio inseruiens, foelicem (modo gnaute, pieque, functionem suam exercent) vitam ducere, modi autem quibus hæc via, candidatis sacerdotiorum & petitoribus multifariam pateat, ij sunt, nempe præfulum ordinariorum collatio, patronorum nominatio, (quam præsentationem appellant) & ea, quę hanc proximè subsequitur, superiorum Antistitum institutio, vel ordinatio, tum electio, postulatio, & cætera de hoc genere reru, de quibus sigillatim dicemus, à collatione sumentes exordium, & quę ad illam pertinent, fusius persequentes: sed tamen priusquam illò deueniamus, prima gentis nostrę atque ecclesię incunabula hęc, quod quidem attinet ad hanc tractationem rei beneficiarię referam. Igitur sciendum est

introductione, qua, beneficiarij, ius sibi mancipij in beneficiis, siue proprietatem tituli vindicant nouam sane esse, hoc est, non ita pridem auorum & patrum nostrum memoria, aliam in ecclesiam, Nam antiquo iure repetitis quidem, ab vltima origine temporibus, res aliter habebat, nec eo modo quo nunc, censebantur ecclesiastica beneficia, siquidem illo tempore quo ecclesia dei, primùm sese promebat, incipiebatque sementem pulchram, magnamque, in terram bonã spargere, suo tempore fructum amplissimum reddituram, in beneficio nullus homo, titulũ sibi adscribebat, arrogabatque, nullus certè tunc in beneficio sacrato, vel mancipij auctoritatem nexũque, vel dominii ius sibi querebat, hæc enim dabantur nemini, nam res ecclesiastica nullò planè modo temporibus illis mancupi efficiebatur vt pote diuina, quę nullam in proprietatem cederet administratio solũ simplex, vsus modo, fideique commissum aut depositum atque adeo nuda ministris functionem rerum sacrarum suscipientibus, concedebatur, & quidem ad eam rem inuiti plerumque homines accersebãtur cõpellebãturq; nã munus hoc sacrum idoneo homini & qui illi fungedo par esse posset quantumuis reclamanti, excusationemque prætexenti, demandabatur, vti scilicet Christi ministri boni fungeretur officio: Hinc dicit

Apostolus, sic de vobis existiment homines, vt de Christi ministris, & diuinorum arcanorum dispensatoribus, verum enim uerò factum est, vt tempore, illud primum seculũ subsequente, Romana ecclesia, potentatus, dominationes, videlicet ex pia donatione, additioneque bonorum principum, ducum imperatorum & aliorum hominum, Tum & Põtificios magistratus, tum in metropoli ciuitate, tum in ea quę metropolis & matrix non est, qualis est vrbs Episcoporum, tum etiam Patriarchatus, Primatus, & id genus ceterorũ munerũ constituerit stabilieritque proinde ius cepit exigente re, tunc nouum statui, quod tamen ius tempore quoque quantum quidem attinet ad modum tribuen-

d'ca. ordina
tiones i.
quest. i.

e ca. ex fre-
quētibus ex-
tra de inst.

ca. cum ex in
iuncto ex de
here ca. pla-
cuit x. quest.

i. ca. venera-
bilis de reli-
dona.

f cap. finali
xvi. quest. vii

g ca. decretū

x. questio i.

h ca. omnes
basilicæ & ca

nullus xvi.

questio vii.

i tota deci-
ma questio i.

lz ca. nullus

xvi. questio

vii.

l ca. dilectus

de offi. ord.

in vi. ca. cum

venerabilis

de relig. do-
mi.

di ea munera mutatum est, variante rerum vsu nam ex veterum scriptura, primò habemus, solitam fuisse ecclesiarum regendarum prouinciam, communi tum cleri, tum populi consensione atque suffragio tribui^d quod Conciliis Aurelianensibus, tertio & quinto confirmatum constat. Postea procedente tempore, Romanorum Pontificum constitutionibus^e & patrum decretis, constitutum est, collegia singula cathedralium ecclesiarum ius habere deligendi sibi pastorem,^f Cætera vero fana omnia & parœcias, illius episcopi Antistitisque, cuius in territorio, atque dioecesi sita essent, atque collocata ædes illæ sacræ, libero de hisce statuenti, atque ordinandi, arbitrio relinqui debere, ita vt quem sacratum ex clero hominem, episcopus ille, templis hisce præfecerit, & præposuerit, is præfectus ordinatusque iure censeatur, illorum namque omnium tum statuendi ius, episcopos in sua quemque prouincia, ex ipsis Romanorum pontificum decretis, & patrum Conciliis, Tum Cabilonensi^g tum Aurelianensi,^h habere, hinc fit vt spiritualia omnia, ecclesiasticæ functiones, diuina negotia, autoritate cuiusque episcopi ea in regione, in qua, is agit, verum episcopum, tractari, exerceri, obiri que debeant, ita vt is autore, duceque, lege, à qua illi tam benè prospectum est ibi id sit quod se esse plane profitetur, hoc est sacrorum præfectus sit magnusⁱ beneficiorum dator legitimus,^k ecclesiasticæ iurisdictionis conficiendæ autor^l iurisque sacri dicendi magistratus perpetuus, tum & in ministerio religionis in ipsius dioecesi, illi pareat plebs tota, clerus omnis illi subdatur, totus ipsum inferiorum Antistitum sacer ordo, veluti superiorem in dioecesi dominum, maioreque potestate fulgentem cognoscat,

Atque ita abiit hinc, nempe a demandandis instituentisque ecclesiæ ministris populi fauor, & suffragatio, quæ in tali re, iudicio sapientum. visa est sepe fallax, & lubrica, vel teste Anacharsi Scyta, qui ex septem fuit, atheniensem statū,

ob id maximè, breui interituum prædicente, quod populi imperio ageretur, ò Rempubicā (inquit) breui perituram in qua viri principes consulunt: populus autem & imperita rerum plebecula decernat, cui videlicet proprium sit, in maximis minimè prospicere, & in minimis maximè formidare. Ex quo item Plato dicebat, Nullo modo iustum imperium vel ciuitatem appellādam, in qua populare suffragium, summa quæque Reipublicæ munera tractare præsumat. Nec enim de nihilo Charondas qui leges Atheniensibus condidit, in hunc modum de populo colligebat, qui se populo committit, fortunam non rationem sequitur: qui fortunæ fauet, periculo & aleæ se dedit: qui in alea est, ad ruina & cladem inclinat: sic ille in populo fortunam, in bonis rationem ponebat. De quo vide Plutarchum, & Petrū crinitum, in lib. de hon. discipl. Ad rem redeo, quū igitur, hæc, hoc quidem pacto sese habeant, atque hinc facefferit populare iudicium, resque in Episcoporum arbitrium sit collata, non ideo tamen concedendum, ius illud ita firmè episcopatu inesse, adeoq; radicitus illi inherere, vt illi auelli nūquam queat, certum est enim, illinc auelli abstrahique sæpe posse, pro qua re, aliquas volo proferre rerum species, easque speciatim excutere, quarum hæc sit prima.

Abbas quidam, vel alius inferioris magistratus sacratus homo, ex præscriptionis causa, excursuq; temporis, huiusmodi episcoporum iura sibi quæsiuit, nonne præscriptionis beneficio, suo in quæsito bono, tutò potest consistere? & profectò cum ibi tutò posse consistere, affirmo, ipsumque asseuero, ea in re, optimo iure niti,ⁿ nihil enim adfertur, vel adferri potest, quod legitimè illius præscriptioni possit obluçtari, asseuero inquam, eum securum esse, his in sacris duntaxat rebus, quas præscripserit. Cætera verò nihil ad eum attinent, sed tamen certum est, eum fana omnia, in quadam certa que parte dioecesis collocata, posse ipsum sibi, quod attinet ad omne ius sacrum, episcopis attributum, ex præscriptione adiungere, ^o quadraginta quidem annorum con-

b iij

n ca. auditis
et ca. cū olim
de præscrip-
abba Panor-
ca. cū cōtin-
gat ext. de
for. comp.
o Panor. ca.
Auditis, iiii.
notabili ext.
de in integ.
rest.

p Panor. ca. accedentibus de excess. p. zela. ca. pastoralis de offi. ordi. & ca. cū cōringat ex. de fō. cōpet. t. ca. auditis, et c. a. d. quarta ext. de p. scrip. iūsto ca. i. de p. scrip. in vi. q. Cleri. de excess. p. zela. ca. cum olim vbi Panor. & Ioannes de imola. r. ca. cle. i. de excess. p. zela. s. Hosti. & Ioannes Andreas, ca. cū satis ext. de offi. Archid. et ca. cū exiūsto in fine ext. de heret. ca. i. & ii. de capel. mona. ca. cū & plātare in ecclesiis ext. de priuileg. a Barthol. i. s. si quis. ff. de iti. actus; priuato. Bald. l. de quibus. ff. de leg. b. Feli. post alios dic. ca. auditis, de p. scrip.

tinuata quasi possessione cum titulo, quod si desit titulus, tanti temporis adfit necesse est possessio, vt in itij memoria nō extet: † atque id sanē, siue dum talia p. scribit, secularis fit minor Antistes, siue religiosus regularisq; P. r. ful, p. nec enim refert quoad ius, istius p. scriptionis, vtri tandē conditioni vitæ, p. r. scriptor ille sit addictus: sic & instituendi ius ab inferiore Antistite, iure optimo p. r. scribi posse auctor est Panormitanus, siue eam accipiamus institutionē, quæ iure proprio fulcitur, autoritatēque ex se dat, & negotiū per se ipsam confirmat, citra alterius interuētum personæ, vt quæ à nulla prorsus persona alia dependeat, seu eam institutionem in medium adducamus, qua, qui vtitur, ea is vtitur, tanquam vice fungēs episcopi. † Ambæ enim in eādē causam cadunt, multi tamen ab hac absunt sententia, valdēque refragantur. † Quorum hac in re rationes neque miror, neque admodū magni facio, Non omittendum item abrogationem sacri beneficij, seu destitutionem, & submōtionem, minori quoque Antistiti, ex p. r. scriptionis causa acquiri posse, nam institutio & destitutio seu abrogatio, quū in relationum dicantur esse genere, in eādēque rationem incidant, efficitur optimo & peruulgato iure, vt qui ius habet in institutione, ius habeat item in destitutione, si quis tamen hīc putat p. r. scripta institutione, destitutionem p. r. scriptam censerī, valde fallitur. Nec enim sese res ita habet, idque multas ob causas, tum quia p. r. scriptio, de qua hīc fit sermo, facta ad vnum ius, ad alia paria, similiaque minimē profertur, minimēque protenditur: † Hinc fieri videmus, vt qui P. r. ful aduersus episcopum, visitandi ius p. r. scripserit, non ob id procurandi quoque, & res Curionum, clericorum, sacerdotum, curatorum pro episcopali imperio accurandi, p. r. scripsisse existimetur. † Tum & alia quoque ratione, quæ sic habet, certi clarique ex vulgata legū p. r. ceptione, iuris est, eum, cui speciali peculiarique iure, data est in re sacerdotali, & beneficiorum instituendi potestas, non propterea, si nihil ei aliud adest, destituendi quoque &

abrogandi potestatem habere, † qua ex ratione, quod volo, hīcque censeo, facile cōcludi potest, tum & ipsum cōfirmari, ex multis similibus exemplis, quæ huc adfero, quibus in exemplis, idem decifum extat, nam & qui p. r. cipuo specialiq; iure per quādā veluti p. r. rogatiuā irrogationē conferre potest beneficiū, nō vtiq; habētē beneficiū, eo beneficio, priuare potest, †, nec qui, peculiari iure beneficiū donare potest, suffragio vtiq; suo, & approbatione, p. r. mutatio ni, eiurationiq; ac resignationi autoritatē potest iterponere, † est & quoddā, hanc in rē, Rotæ iudicium, quo, clarē & dilucidē decifum est, cui vicario episcopus potestatem detulerit, eiurationes, & tabellas resignatorias tum admittendum ecclesiastica autoritate robur ipsis, firmitatēque adiiciendi: non ex ea re, censerī quoque potestatem ipsi dedisse, quæ permutationis nomine eiurata, cessaque & resignata sint sacrata beneficia, ea ipsis tribuendi conferendique, qui ex ea permutationis causa, ipsam cessionem eiurationemque mutuò inter se fecere. † Adferuntur & aliæ quoque multæ rerum species, exempla que, & ea quidem omnia legibus Pontificiis expressa, quibus in exemplis, apparet minores Antistites, ius donandi beneficia, postposito postputatoque proprio episcopo sibi quæsiuisse, atque id ius optimo iure sibi vēdicare, tribuerēque: En adfertur abbas quispian, vel alius quiuis homo sacratus, in simili aut pari constitutus dignitatis genere, hoc est, Episcopo inferior, qui quidem sacratus homo, obtinuit diploma Pōtificium, quo diplomate, sibi quodam veluti priuilegio indultū tributūque retulit, vt quorundam fanorum conferendi donandique ex plena absolutaque causa, plenoque & absoluto potestatis titulo, ius habeat: nonne cēsendum, hunc ipsum sacratum hominem, iure quasi Episcopali, hac in re pollere, vsque ad eò, vt ipsius sit, quemadmodum & Episcoporum, hīc in ecclesiis, in quibus quoad hoc diplomate Pōtifico innititur, tum beneficiarios instituere, ordinarēque, atque fanis plena collationis via, meroque potestatis iure,

c Hosti. que & ceteri sequuntur dicto ca. cū in iūsto cal. ca. dilecti ex de rescript. ab. ca. ea. quæ de sta. mona. & ca. accepta de rest. spolia. f. c. Feli. dic. ca. auditis r. o. ra deci. r. in no. f. Immo. cle. i. de renunti. Abbas dic. ca. cū ex in iuncto. Nicola. milis reperto. episcop. s. ff. g. Rota dec. xliii. in anti.

donare & præficere, tum eisdem submouere, deponereque vel vt loquimur, destituere, id quidem dubium non est, patet enim lege decisum pontificia, huc in margine inducta, ^h Quod & ipsum, itidem est dicendum, in specie, in qua, proponeretur, in Romani pontificis rescripto, atque diplomate, contineri huic inferiori præfuli, ex pontificia beneficentia, romana, has ecclesias subdi, atque vtroque iure subiici, tunc enim antistes ille, cui huiusmodi a Romano pontifice irrogatum est priuilegium, & institutionis beneficiariorum collationisue, & eorundem abrogationis, submotionisque, his in ecclesiis, iure pleno potietur. ⁱ

^h ca. pastora
lis vbi panor
na. ix. ext. de
priuile.

ⁱ pauor. cap.
quoniam ex.
de priuile.

^K ca. cum ec
clesia ex. de
elect. vbi pa
nor. ca. fin. 12
quest. i.

^l ca. ea nosci
tur de his
quæ sibi prel.
dic. cap. cum
ecclesia.
^m ca. fin. ext.
de insti.

Addatur & alia species, quæ in sodalitiis collegiis, sese promit, profertque, quibus in collegiis, vel primariis ciuitatum ecclesiis, atque cathedralibus, perspicuum est, collationem ex communis & regularis iuris constitutione, dignitatum, honorum, & præbendarum, non solum esse beneficii, munerisque episcoporum, quin partim ad ipsos sodales, partim ad episcopum ea spectat, cõmuniuè eorum omnium consensu, res agi debet, illeque dignitates & præbendæ donari, ^K nisi in cathedrali ecclesia, vel sodalitiis, inoleuisset cõsuetudo, huiusmodi collationes omnes, vel solum esse canonici collegii, capitulique, vel è diuerso, solum episcopi, ibi enim haud dubium esset, ad eum solum, ipsas spectare, cui ex consuetudine, a qua, haud quaquam est recedendum, tribuerentur, ^l cum & iure peculiari, specialique, effici accidereque possit, vt ipsæ quoque dignitates, & præbendæ, ad alium quemuis antistitem tertium pertineant. ^m

Cuius materiæ copiosè quidem & in vsu hominũ frequentis clarum vt ius reddatur, non omittam admonere in collationibus huiusce generis beneficiariorum, satis esse ad firmandam corroborandamque conferentis autoritatem, facultatemque, formam quandam atque speciem possidendi, collatorẽ ipsum in eo collationis iure habere, esseque in quasi possessione id faciendi, hoc est conferendi, tametsi eiusce rei proprietatis ab eo absit, destituaturque is collator perfe-

cto

cto id agendi titulo. ⁿ Quemadmodum & in re simili quotidiano vsitatoque iure videmus obseruari, vt quum de electione, ^o patronorumque nominatione, aut præsentatione, incidit quæstio non vtique quæritur, habuerint nè ipsi, id faciendi proprietatem, vel ius tituli, sed id demum appenditur, sint nè ipsi in ipsa quasi possessione ferendorum pro electione suffragiorum, nominationisque pro præsentatione concinnandæ, dictandæque, ^p Ratio autem horum est, quia collationes eiusmodi in fructu esse censentur. ^q quamobrem non mirum, si penes possessorem sint, nec sequantur proprietatis dominum, ^r Ad quem, veluti ad eum, qui abest, quique re ipsa eis non potitur, nullo modo possunt respicere, hinc fit, vt id quoque, quod de huiusmodi quasi possessione huiusmodi collationum, hic dicitur, ita demum sit verum, dum hæc ad effectum fuerint perductæ, alioquin ipsæ hinc facessant earum enim nulla habetur ratio ^s satis est tamen, abundeque, ad quærendam huiusmodi conferendi quasi possessionem, vnicam collationem intercessisse non quidem eam inanem futilemque, aut vanam, sed quamcum vi atque efficacia, ad rem conferri contigerit. ^t

Quæ omnia ego intelligo, in eo collatore procedere, qui bona fide, hanc quasi conferendi potestatem sibi adsciuit, quod si mala fide in hanc possessionem irrepserit, nihil iuris ex ea possessione, possessorem illum, sibi quæsiuisse existimandum est, quæ omnia doctores nostri, alibi latiùs prosequuntur. ^v

Verum, enim cum iam supra sit satis demonstratum, quænam gradus sacriati, sacerdotique ecclesiastici, persona, iure ordinario, scriptoque, & legitimo, in propria atque primaria beneficiariorum collatione innitatur, nunc admonere, vt explicem, quæ necessariò requirantur, ad hoc, vt huiusmodi sacerdotiorum facta collatio, possit iure consistere, efficacitatemque habere: pro quo decidendo, id in primis est colligendum, tria eam ad rem requiri summoperè, atque ad eò vsque, vt si quid horum abfuerit, dubiũ non est, quod

C

ⁿ ca. cum olim de causa posce & proprie.
^o ca. querelam de elect.
^p ca. consultationibus ex de iu. patro & ca. literis illo ritu.
^q ca. cum olim de & obbed.
^r l. bone de acqui. re. do. s. immo. cap. ii. de restitu. in integ. panor. dic. ca. cum olim cal de. con. cxii. incipit quæ requirantur. de iu. patro.
^s l. p. s. quæsitum ff. de aqua quot glo. ca. cum ecclesia ex de causa poss. & propri. Cal de dic. conc. cxii. titu. de iu. patro. inci quæ. requiruntur.
^t phi. deci. conc. cxxix. n. diuino igitur & cõci cxxxiii. in ci. viso puncto cardiflorem. conc. lxxix. incipit vacante quadam calde. titu. de iu. patro. con. cxii

factum sit, non tenere, collationemque huiusce vacantis beneficii, in irritum casuram, Ergo primò requiritur, ut qui contulit, erogavitque, ad hoc faciendum iure optimo sit sufficientus, collatorque habeatur erogati beneficii idoneus, atque legitimus, Tum secundò, ut cui erogatum est, donatumque sacerdotium, illud itidem possit, per leges accipere, inireque atque possidere: nam quem ius illinc excludit, hunc collator quiuis nequit eò intromittere. Postremò necesse est, de collatione facta sic constare, ut ea in re, legibus est prouisum, Non abs re, nunc facturum existimo, si hæc ipsa tria plenius, particulatimque hinc excussero: igitur primum, in rem deducamus, quod dictum est istum beneficii erogatore, in hac ipsa erogatione, oportere iure bono, atque usitato præfultum esse, collatorumque haberi idoneum. hinc nunc commodè quærendum, quid eum, vel hanc in rem idoneum faciat, vel è contrario minus idoneum eum constituat, Equidem idoneus is efficitur, si quo beneficium confert erogatque tempore, ab Ecclesiæ consortio vlla ex causa minimè sit alienatus, sacrisque interdictus, nam si quid eum tunc ab Ecclesia alienarit, submouerit, depulerit, sacrisque interdixerit, is eam rem quæ ad sacra pertinet, haudquaquam potest agere, ^a qui enim rerum sacrarum rerumque Ecclesiæ expers est, in rebus sacris, rebusque Ecclesiæ nullo modo potest quicquam ^b statuere. nam cum per abdicationem & anathema, rerum sacrarum spiritualiumque autoritate exuatur, sequitur item, ut exuta autoritate, potestatemque, nihil omnino vi illius autoritatis possit moliri, nihil planè constituere, nihil auspiciò agere, nec aliquid hac in re refert, fecerit ne id ipsum, per se aut per vicarium, utrocumque enim modo, pessum it facta collatio, ^c quia liquet interdicti Antistitis vicarium, in hisce consignandis collationibus, & id genus aliis, Ecclesiasticis muneribus, nihil prorsus nomine causauit Antistitis interdicti, posse efficere, cum enim is potestatem suam ad Antistitem planè referat, ab ipsoque pla-

nè dependeat, vna ambo quod attinet ad id Ecclesiastici negotij, eademque persona, quodammodo esse ^d censentur, eò fit ut tantisper dum Antistes in ea proscriptione excommunicationis Pontificiæ permanet, ipsius vicarij interpellata, interruptaque, & intermissa, sit facultas, ^e quicquam, rebus in sacris huiusce Antistitis nomine conficiendi. Nec refert item suamne is ordinarius Antistites Ecclesiasticam excommunicationis proscriptionem nouerit, an eam nec sciuerit, nec audierit quidè, vtraque enim in causa, irrita fit, quæ ab eo tunc emanauit collatio: ^f adiciendum etiam quod hinc de collatione dicitur id ipsum in electione locum habere: ut sicuti, qui ab Ecclesia est proscriptus, dare non potest beneficium: ita nec in beneficii electione, suffragium ferre, nec si patronus beneficiorum est, nominationis, vel præsentationis prærogatiua uti, ^h Quæ tamen omnia vera sunt, nisi proscriptio illa Ecclesiastica, nulla esset, omnique iure inanis planè & cassa, idque ipsum scilicet, eam nullam & inanem esse liqueret, eo tempore quo consignaretur, dictareturque sacerdotij collatio, ⁱ Quod si tunc temporis res esset ambigui iuris, nec planum, foret teneretne proscriptio, an funditus cassa nullaque esset, certè tum dicendum, ius electionis, collationis uè, in ipso dubio tempore, à futuro euentu exituque planè pendere, ut si quidem tenuerit proscriptio, irrita tum quoque fiat electio, tum collatio, tum quæ facta sunt hac proscriptione durante Ecclesiastica negotia, sin iudicatum sit proscriptionem illam cassam nullamque fuisse, sit item iudicandum electionem collationemque eo factas tempore firmo iure posse consistere. ^k Hinc addo, non inconcinne, nec extra rem, quod de collatore interdicto, enarratum est, id ipsum quoque, in eo proferendum, ponendumque cui, dum is à sacris abdicatus esset, collatum, erogatumque est sacerdotium, ut scilicet ea ipsa ratione, qua in superiore specie, non tenuit collatio, hinc etiam planè ad nihilum ipsa ^l recidat: nam qui confert, & cui confertur, in relatiuorum sunt ge-

^a ea. pastoralis, s. verum ex de appell. ca. excommunicationis, & ca. cum excommunicatione, xi. quæst. iii.

^b ca. cum inter. ex. de cler.

^c ca. i. de officio, in vi. glo. & docto. ca. fin. de procu.

^d can. ex. de consuetu.

^e glo. vltima de. fide procura, Panor. ca. quoniam, de offi. deleg.

^f glo. ca. pe. de cler. excom. in inist. Panor. & alii dic. ca. pastoralis, s. verum, g. ca. vno ue, sed vlt. can. h. Panor. ca. nobis de iure patro.

ⁱ Immo & Ioannes Andreas, ca. dilectis, in fi. de appell. ranor. ca. ita quorundam de iud.

^k Henri, bonie, ca. de dilectis, ex. de appella, l. ca. postula sti de clerici, ex quo inist. late, Ioa. de imola, ca. post electione de conce. præb

nere, sub eandemque rationem cadunt, & in hac relatiuorum classe, vulgatum est, vt quod in vno horum dicitur, dicatur etiã in altero, proinde quod in collatore ab Ecclesia proscrip̃to, in causa collationis statuitur, id ipsum in beneficiario beneficij collati tempore, ab Ecclesia etiam proscrip̃to, statuendum est ^m, vel ea maximè etiam de causa, quod per eandem regulam eorum scilicet relatiuorum, quæ sub vnam rationem cadunt, certum est iura spiritualia, sacrataque, sicuti à conferente interdicto abeunt, ita ipsa quoque, à clerico collationem accipiente, qui per excommunicationem ab Ecclesia sit abdicatus, abscedere. Quod quidem vsque adeo est verum, vt etiam si facta interdictionis tempore collatione, interdictus ille postmodum ab ea Pontificiæ execrationis nota absoluat̃ur, non tamen putandum est, collationem illam, posse vires roburque resumere. ⁿ quin certò censendum, omni iure quatefactam planè collabi, in suaque ruina, & conscissura semper manere, eoque magis, quod planum sit (vt tradunt Pontificij iuris enarratores.) quæ initio in hoc collationum publicarumque autoritatum genere, nõ valere, haud quaquam postea robur, autoritatem, vel vim aliquam posse accipere: id ipsum quoque, ad electionem, vt in superiore iuris positione, transduco, quia hæc duo sese habent ad eundem modum, ita vt qui interdictus, ad sacerdotium per electionem accitus est, electione sua, interdictionis & excommunicationis facta tempore, nihil quicquam proficiat, propterea quod ob interdictionem execrationemque Pontificiam, ei vlla in re sacra, suffragari nequeat electionis suffragium, tanta sanè est huiusce execrationis & proscriptionis Pontificiæ vis atque potentia. ° Existit & alia quædam hac in materia dubitatio, de qua vidi aliquando hæsitari, hæc autem est. An videlicet quæm ætate minor, aliquis Pontificij rescripti gratia effectus est Episcopus, possit itidem is, Episcopali iure erogare conferrèque sacerdotia, quæ ipsi Episcopatu beneficiaria esse censentur, & certè hæc

^m ca. cõ dilectus, de consuetudine, ca. de cernimus, ex. de iudi.

ⁿ Archidia. ca. nullus. lxiii. dist. Ancha dic. ca. pastoralis

^o ca. cõstituti, et ibi glo. ext. de appel.

quæstio ex clara Bonifacij pontificis constitutione videtur mihi dilucidè diffiniri posse, Ait enim pontifex ille, sua in constitutione, cum, cui administratio pontificalis cathedralisve ecclesiæ plena quidem ipsa, tum in sacris tum prophanis in rebus, mera & libera, ex Codicillis ab Apostolica sede emanantibus, demandata est, posse omnia quæ ad iurisdictionem Pontificalem pertinent per se ipsum obire, exercereq; ^p atqui perspicuum est, collationes erogationesque sacerdotiorum iurisdictionis esse episcopalis, ^q Igitur, quid obstare potest, quominus id quoque muneris conferendorum beneficiorum ipse obeat, cum has collationes ad iurisdictionis causam pertinere statutum sit: cum maximè regula etiam iuris habeat, maiorem alioqui septemni ætate & eundem iusta ætate minorem sacerdotiis nihilo feciùs vacatibus posse quidem prospicere, & prouidere, ipsaque, cui idoneo homini visum fuerit, liberaliter erogare, & quod hac in re is fecerit, firmum statumque legitimè effici, ^r si modo beneficia illa alicui præfulatui Antistitioque non insint, qui præfulatus vel Antistitium, maiorem ex natura sua ætatem diffinitò desideret, tunc enim peculiari nature præfulatus & Antistitij illius, obtemperandum esset ^s Aliàs vbi scilicet ex norma regulæque beneficij, certa ætas præscripta non est, videmus maiorem septem annorum, faciendæ nominationi præsentationique, quæ patronis beneficiariis competit, aptum idoneumque & accommodum esse, atque posse sacerdotiis, virtute & vi illius muneris, (quod dicitur ius patronatus) ad eum delatis obuenientibusque, quos vult, ex clero sacro, homines præponere, quod tamen ei non liceret, si infra eam septem annorum ætatem positus esset, ex quo (vt id obiter attingamus) definitur alia notanda quæstio, qua quæritur, ex duobus candidatis beneficiariis, quorum alterum, tutor superiori Antistiti, ad sacerdotium obtinendum vi patronatus nominarit, alterum verò, eidem Antistiti, pupillus ipse, isque patronus, sub illius tamen tutoris potestate adhuc viuens, ordinandum instituendumque, & præficiendum eidem sacer-

^p ca. is cui procuratorio de elect. in vi q ca. transmissa ex. de elect.

^r glo. ca. ex eo de elect. in vi.

^s ca. cum incunctis in pre. & superiora.

dotio obtulerit, vter horum sit præferendus: & deciditur per prædicta, hunc præferri, quem pupillus designarit, nominaritq; eò quod & patronus, ipse pupillus est, illiusque iuris dominus, & per ætatem (excessit enim septem annos) id ipsum iure legeque potest commodè facere.

Alterum nunc excutiendum est quæstionis caput, quo, quæsitum fuit quænam inesse debeant in eo, & quænam item abesse, cui tribuitur sacrum beneficium, & in primis ponendû prophanos homines laicosque sacris rebus obeundis, spirituali iuri capessendo, faciendæ rei diuinæ, nullo modo ido-

x ca. decernimus ex de iudi. ca. causam que de prescript.

neos commodosque censeri, * ideo à sacerdotio prorsus excludendos, vnde fit, vt qui ad hæc beneficia secularia quidè aspirat, persona primò, simpliciter tonsa simplicique tonsu pontificali auctoritate sacrata esse debeat, initiatoque vertice typo clericali insignita, quod ni sit & sacerdotium nec obtinere potest nec si post obtentum, sibi que donatum sacerdotium, tonsu sacro delibetur, clericusque fiat, ad illud

a ca. ex literis ex de transact. ca. cum adeo ext. de rescri.

tamen retinendum * quit esse capax, vtpote quum superueniens simplex tonsura nihil quicquam, quoad retentionem obteti iâ beneficii, proficiat: nã id verticale insigne, clericali q; tessera, præire debet, qua suscepta verticali tessera, is adscribitur, seculari, quidem ineundo beneficio accommodatus, Atque simplicibus obeundisque & retinendis secularibus

b panor. dic. ca. ex literis.

quidem fanis & beneficiis aptus efficitur, ^b Nam de beneficiis regularibusque & religiosis que hominibus monachatum religiosamque viuendi præscriptionem professis, attribuantur, dicemus postea interim, hoc in loco, commodè tē-

c ca. si quis ausus lxxi. dist. d ca. nullum episcopum ix. quest. ii. o ca. i. lxxi. dist.

pestiuè que repetenda sunt, que Conciliis Nicæno ^c Anthioceno ^d & Sardinensi ^e super clericorum ordinatione sanxerunt Patres, de quibus Conciliis supra libro secundo latè vti que dictum: sanxere autem, nè alienus episcopus, clericos & ministros alienos, ordinaret, pmoueretq; sed vnusq; pòti fex sua in prouincia gregè suū ordinaret, adscriberetque, sacratè forti hominū, in ouariâ suâ, veluti in messè propriâ falcè immittès, que Cócilia, quò ad hãc rē, insequentiū Roma

norū pontificū constitutionibus, fuere cõfirmata, ^f Extat tamen (vt id etiã in transcursu annotetur) doctorum nostrorū elegans quædam & consulta decisio, qua decisione, decretū est, cum qui à non suo episcopo hac sacra minore infula, & tonsione clericali que insigni donatus est, quantumuis id factum, nulla obtenta ab episcopo proprio id facièdi permissione, atq; venia, nullisque ad id impetratis codicillis episcopalibus, (qui dimissorij dicuntur) nihilo seciùs clericum verū factū esse, posseque legitimè hoc verticis sancti præsidio, rebus in omnibus vti^s, propterea quod sacra hæc tonsura ordo quidam sacer est, ^b characterque & sacrata nota, que nota ordoque vel character, dum semel imprimitur, delibaturque, sacris certè diuinisque in rebus deleri expungique vel deformari haud quaquã potest, eòque minus, quod nulla lege, nulla iuris pmulgatione, statuitur homines, hoc modo nèpe tósu simplici, sacro ordini addictos, clericali q; insignitos nota, clericos verè nõ effici, pòticipi q; iurisdictionis præsidio, ex causa verticis initiati sacratè que tonsuræ, non suffulciri, nec esse quod pro contraria parte citentur antedicta iura & concilia ordinationem ab alieno episcopo sumi ventantia, & eam suo præcipuo pastori attribuètia, illa e nim iura & concilia, loquūtur in clericis, personisq; iâ sacratè forti ex clericali nota addictis & ad alios sacratos ordines promouèdis, quæ quidè personè ad hãc nostrã speciem referri nequeūt, in qua, de prophanis hominibus incidit sermo, qui nõdū scilicet ordini clericorū nomè dederūt nec, sūperunt pòticipi iurisdictionis ex verticè delibato elogiū, ad quos homines cócilia & iura Pòticipi; Romanorū statuta respicere nequeunt, dum de clericis à nullo alio Antistite, quã ab Episcopo suo ordinandis loquūtur, isti enim non quidem clerici sed laici meri prophaniq; sūt, qui simul ac hoc sacratòsuræ insigni, à quouis episcopo sunt donati, in sui rursus prioris peculiarisque & proprii episcopi forum iurisdictionèq; transeunt, ac redeūt, ex quo fit, vt eo, pprio suo prioreque episcopo autore duceque & auspice, ad ceteros omnes ordinis sacrati gradus ascendere promoueri que debeant,

f ca. cum nullus de tempo ordi. in vi.

g guido papa decisio cccclix. h ca. cum cõtingat ex de sta. & quali

in eaque specie loqui supradicta tum iura, tum concilia, ordinationem Clericorum, ab alieno Episcopo prohibentia: hæc est nostrorum doctorum concinna sanè, illustrisque decisio^k ad cuius decisionis præscriptum certè aliquando iudicium ferri vidi, modò Antistes ille, qui clericum tonsura prima insigniuit, notus in prouincia existat, ea tamen sententia non satis Anthioceno,^l & reliquis conciliis conuenire videtur, Adferri quidem potest hac in specie exemplū quo in exemplo res dubitationē non haberet vt potè si alienus ille episcopus, alienum hominem sub sigillo episcopi, cui episcopo, homo ille verè naturaliterque addictus est, auctoritate, nota, & nomine, clericali sacro autoraret, ordinaretque, nam sigillum illud literis clericalibus impressum appictum que efficit, vt episcopus, cuius est sigillum, eam in rem consensisse conseat, Clarum est enim, & manifestum, illius voluntatem quam sigilli impressio exprimit schedæ dimissoria vim, vel etiam vicem, quodammodo obtinere.

Adducitur hîc quiddam aliud non cõtemnèdum, nempe clericale hoc insigne, primumque tonfi verticis sacrum, nullo iuris nulloque facti præsumpto anticipatoque iudicio, vlli vnquam homini inesse existimari nisi ea de re planè constet,^m Ratio si quærat hęc est, Nam quæ extrinsecus contingunt homini, qualitatemque extrinsecus obtingentem adferunt, non item eam, quæ naturaliter, atque primitiùs insit homini, ex qua quidem qualitate, is homo qui eam induit ad rem aliquam gerendam accommodatur, idoneusque efficitur, illa haud dubiè in nullo vnquam adesse viro existimatur nisi illa adesse, clara aperta que probatione, vel manifesto iudicio constet.ⁿ Ex quo fit etiam, vt reliqui quoque sacri ordines, nulli quantumuis presbytero, adesse putentur nisi de illis sigillatim particulatimque pateat, ita vt qui sacerdos est, non ob id, cum Diaconum iure putaris, nec alium vllum inferioris ordinis gradum consequutum, ni ea omnia se fuisse singulatim consequutum is clarè ostenderit, nec item si ab alieno & non suo episcopo ea sit ille consequutus

lz. gui. pape
dic. deci.
ccccxlix.

I dic. ca. nul
lum ix, que-
stio il.

m immo. ca.
super his ex.
de accusa.

n ca. fin. ex
de presump-
pti.

quutus, vel donatus supremo sacerdotali sacro, Tum eum, cum bona episcopi sui venia, & dimissoria libelli præsidio, ea omnia fuisse consequutum, iure vnquam, nisi id planè appareat, mihi dixeris^o præterquam in specie, quam hîc subdo. Vt potè, si ad sacra promotus ille, tam bene apud omnes audiret, tãtaque esset nominis & famæ existimatione, vti graue aliquid perperamque factum de eo, cogitare, temerarium sit, tunc enim etiam si de permissione illa episcopi, proprii & primigenij, schedaque dimissoria, haud constaret, nihilofeciùs, acceptis tum ab alieno Episcopo sacris, etiam id factum fuisse, de permissu episcopi proprii arbitrandum esset neque non pro presbytero viro nobis habendū eum, qui tã bonus vir à probato antistite sit ordinatus, & quidem antistite non suo modò in ea sacerdotalis sacri occupatione ac quadam veluti possessione, longo tẽpore constiterit. ^p Quæ admodum in re quoque simili, adfertur quædam exempli species, in qua exempli specie, deciditur, eum qui presbyter sit factus, clericum eum antea fuisse, licet ea de re, nullis literis, nullaque clara probatione liqueat, opinandum esse pro certoque habendum, videlicet, cum ille Pontifex, vel Episcopus, qui eundem ad summum sacrum euegit, effecitque sacerdotem, adeo est opera laudata homo, adeo circumspecto iudicio, vt eum, quicquam hac in re, temerè fecisse, nõ sit putandum: non certè coniciendū, suspicandūq; , hominè vllū sacris hisce summis infulis, exornasse, nisi prius ei, de prima tonsionis infula, primoque clericali sacro, quo donatus esset homo ille, planè constitisset. Ita q; , hæc bona Antistitis existimatio, hæc bona nominis fama efficit, vt primum tonsuræ sacrum, ordinationem summam verè antecessisse, eaq; de re apparuisse sit autumandū, iudicandūq; . Cetero qui in omni alia explorū specie, probandū id esset, ac clarè demonstrandū, nõ p̄properè præposterèque hoc est, nõ accepto clericali sacro, aliisq; deiceps cõsequētibus, ad hūc sumū sacerdotale gradū ascensū esse, Probatio autè que iure Ciuili, hanc in re adferebatur, erat huiusmodi, vt qui auctoritatem huiusce pri-

o immo. ca. in
notuit ext.
de eo qui or
di, furte su
scip.

p immo. &
hosti. di. ca
innotuit feli
dic. ca. super
his.

mi clericalis sacri, pro re sua, in mediū proferret eā scripto probaret, cui scripto fides haberi posset, extra quā, per scripturam, probationem aliam præterea iure illo nullā adferri posse, opinati sunt doctores. Cum tamē fatis sit certū, ac pro indubitato habendum, vt potē clara decisione confirmatū, tonsurę sacrę præsidium atque insigne, testibus, iure Pontificio probari posse: Quin & argumentorum fidem, & iudiciorum signorūque demōstrationē, non esse hinc explodendam, reiiciendamque, sed in hāc clericalis iuris clericalisque fortis probationē, prorsus admittendā, vti leges ipsę sacrę & scita Pōtificū multi testātur. Hęc quidē, quę suprà diximus omnia, haud dubiē intelligūtur, censenturque locū habere, in hisce secularibus, ac ecclesiasticis beneficiis, quorū ea est natura, vti ad ipsa obtinenda, possidendaque fatis sit clericali typo, primaque & simplici sacra tōsura hominem quemuis insignitū esse: vt qui per id solum insigne, idoneus accōmo datusque, ad talium sacerdotiorū adeptionem efficiatur, Verumenimuerō arduum est longē magis, atque difficile: Quid in sacris primatibus vel prioratibus, qui regulares appellantur censendum sit, nempē, vtrum in hisce adipiscēdis, fatis sit monacho, solo primę tonsurę sacro donatū esse, an eum oporteat, sacrę illi tonsurę, & clericali tesseræ, professionem quoque monachalem nominatim, cōceptisque verbis, vti sit, adiunxisse, solennique, & vñtato more, religionis voto, sese in omne tempus addixisse. quæ monachus professio, conceptis verbis, de more expressa, eum ad assequendum id genus sacerdotiorum, quæ vel ea maximē de causa, regularia dicuntur, idoneum constituat: Et quidem, in hoc expediendo quæstionis Capite, sat habui, quæstionem omnem, trina rerum partitione, membratim cæsimque explicare: quæ partitio sic habet. Aut proponitur factam esse, & cōcinnatam collationem regularis sacerdotii, & tunc sinē dubio, respondendum est, eam, si monacho tacitē quidem monachatum religionisque votum professio, facta sit, planē cōsistere: & iuris veteris pontificij autoritate firmari, quo iur-

re veteri pōtificio, regulares prioratus, monacho tacitē ob-
 stricto professionis voto, legitimē possunt tribui, ^a Nam se-
 fe ille quidem concepto, expressoque professionis voto tū
 nominatim, censetur obstringere, dum aliquod huiusce ge-
 neris sacerdotium recipit, quippe quia, dum prioratus regu-
 laris, præfecturam functionem uē suscipit, actum concinnat,
 cōcelebratque, qui solam monachus perpetui professio-
 nem concedet: & vulgatū est, vñtatiue iuris, cū quis quid
 piā agit, quod ad solā vitæ professionē, ptineat cui addubita-
 tur, an se in perpetuū alligari: ex ipso facto, actuque, qui
 ad hāc solam professionem expectet, sese ipsum planē pro-
 dere, apertēque & verē declarare, se talem esse, de quo antea
 nonnihil ambigebatur, ^b Aut proponitur quidem iure no-
 uo, hoc est, ex quo Bonifacius, sua scita sãxit, promulgauit-
 que, facti species, qua monachus quiuis, ad præfecturam re-
 gularē prioratus, aut beneficii alius regularis, gerendam, per
 electionis adsciscitur suffragium: & ea in specie, oportet sa-
 nē hunc electum, monachatum, votūque illius religionis, per-
 petuū expressisque & conceptis verbis professum esse. alio
 quin nullam esse, quę de eo facta est, electionis prærogati-
 uam ^c, suffragationumque omnia beneficia in irritū, (quod
 ad electionem pertinet) ipso iure prolapsum iri, Quæ tamen
 Bonifacij sanctio, ita tēperatur, vt cū de sola electione verba
 faciat & pœnarij sit iuris, ad beneficiorum ordinationem,
 quæ sit via collationis, non pretendatur, sed ne ad eam qui-
 dem, quæ via postulationis consignatur: nam in postulatio-
 ne palam est ex frequentiore meliorum Doctorum calculo
 tacitam monachus professionem, sat habere, ad hoc, vti ip-
 sa postulatio, iure optimo consistat, autoritatemque firmam
 habeat. ^d Porrō vt id obiter dicatur, Doctores nostri alibi
 multis in locis tradunt, promuntque, à quonam tandem sa-
 crato Antistite, hęc postulatio, de qua nunc obiter incidit
 sermo, fieri celebrariq; debeat. ^e Porrō id quæstionis caput
 attinet ad monasticos primatū, causāq; prioratū, Vienēsi in
 d ij

v ca. ii. vbi
 panor. ex. de
 testa.
 a dic. ca. ii.
 vbi late pa-
 nor.

b ca. vidua
 ex. de regul.

c ca. nullus de
 elect. in. vi.

d Gemini &
 Phi. Franc.
 dic. ca. nullus
 panor. dic. ca.

ii.
 e Ge. dic. ca.
 nullus Iean-
 nes de Selua
 dec. li. & in
 iii. parte.

Concilio diffinitionem accepit in hanc sententiam, vt nec huiusmodi quidem primatus prioratusque nisi monachis expresse professis demandentur, ex vlllo collationis ca-

*fele. ne in a-
gro s sanè de
sta, mona.*

pite.^f Clericus ergò tesseram habens verticis initiati sacratæque tonsuræ, & monachus ex aperto solennique professionis voto religione alligatus, videtur vterque, ad consequenda sui ordinis, sui que generis beneficia, perbellè Redditus idoneus, modò nihil occurrat aliud quod intentioni officiat,

*g ca, fini, ex.
de tempo, or
di.*

quippè desiderantur alia, priusquam alteruter horum implicadus sit vlllo ordinis sui sacerdotio, quæ mihi sunt quæque sigillatim hîc explicanda omnia: oportet ergo candidatum beneficiorum, antequam beneficiorum administrationem consequatur, his virtutibus imbutum esse, quas virtutes, in talibus requirit postulatque Aquisgranense conciliû habitum Ludouici duodecimi imperatoris tempore, quæ virtutes, a Capite illius Concilij decimo tertio, ad centesimum vsque, & quadragesimum quartum, recensentur omnes, optimèque appenduntur, excutiunturque, nam isthæc quæ ibi ponuntur, honestæ vitæ ornamenta, in primis hisce viris, ad sacra beneficia aspirantibus, inesse debent. Quid enim si homicida, parricida, ficarius beneficiû sibi dari possulet, impetretque, valebitnè quæ talibus viris facta est beneficii erogatio atque collatio? haudquaquam sanè, quin corruet planè, cadetque in irritum ipsa collatio vt potè, quam nulla firmet iuris autoritas nulloque possit ipsa iure consistere, nam vt cetera hac in re omittantur, certè homicida quantumuis suo occultus sit in scelere, quantumuis culpam abdat recondatque, ad altaria tamen pro functione sacri ministerii & ecclesiastici muneris neutiquam potest se sistere, neque facere rem diuinam, neque sacro vlli vt sacerdos vtque minister seruusque dei operari, neque libationum, litationumque religioso inferuire officio,^h nec id quidem abolito expiatoque per actam pœnitentiam maleficio etenim dixit dominus ad homicidam (quem tamen homici-

*h. ca. inquisi
tionis i. ex de
accusa.*

dam facti antea sui pigebat, non edificabis mihi ædem, domum uè mihi construes, qui sanguinè fudisti, qui hominum percussorem, sanguinariûque, te prestitisti, atque in hanc sententiam iure optimo descendunt doctores nostri, ^k Et tamen hac in causa, proponi potest facti species omnis: quæ in specie, homicida ipso iure non priuatur suo beneficio, sed eo potitur, in eo que consistit, donec eo per sententiam iudicis spoliatur. pone tu mihi, ex clero quèuis alioqui idoneum, sacratio donatum beneficio, & in sacrata beneficii possessione, canonicè consistentem eundem postea cædem perpetrasse, idque etiam consultò, deditaque opera, ac ex præparato: si tu tum ambigis, explodendus nè sit ille, ob partatam per dispositas insidias cædem antea possessio sacerdotio, eo que antea legitime obtento, an in eo retinendus? sic habeto: eum illinc eam ob homicidii causam per vacationem extrudendum quidem, neque tamen antè sententiam, nec ipso iure explorsum, ^l atque ita censuit frequentissimo calculo doctorum hominum corona.^m Titul. 2.

*i. ca. si quis
p. quest. vii.
x. larius re
censentur per
aufre, dic, ad
di, deci, ccvii*

De Legitima sacratarum personarum ætate.

Nempè qua quisque atate sacro ordini suo, tum sacerdotali, tum alii inferiori cuius, secundum muneris suscepti functionem addici possit, vel debeat, & si non addicitur, quid ex eo luat, perdatuè.

*l. ca. ex literis
de excessi.
prela.
m collect. ca.
inquisitionis
ex. de accusa.
decisio. cape.
tho. deci.
ccvii.*

Huiusce sequentis capituli indicem, & summam, vti res quæque sigillatim incidit, dignaque est notatu ac memoratu commoda, non licuit, vti designaram, per occupationes hîc præmittere, quæ fortassis omisio alicubi item in nonnullis thematum capitibus, ob tēporis angustiam, qua eram tum circumuentus facta est, quare (Lector) quoties in id huiusce modi incidet (vt semel dicam) excusa negotiorum molem, exclusionemque temporis, & omnia crede, tempore, plena manu, tibi de pensum iri: nunc ad rem

Cap. 2.

*HÆC quidem questio, vti patet ex inscriptione, ad duo pertinet, vnum est, quot annos natus esse debeat is, qui ob susceptum publicum sacer-

subsequētibus postea Conciliis, nempe Agathēsi primū, quo eadem ipsa totidem penè verbis sancita, vel potius renouata fuere, vti ex illius Concilij decimo septimo Canone apparet: ^c dehinc Arelatenſi tertio, quo id cautum fuit eadem in ratione: vt patet ex primo illius Concilij Canone. idē postea renouatum Cōcilio Aurelianēsi tertio. ^d Si quis autem querat rationem horum, hanc habeto: Ex ecclesiā & Theologorū cōsensu deprōptā, quia dominus Iesus seruator noster coepit primū in ea etate docere, & Euāgelium suum palam, & in turbis hominum profiteri, sicuti testatur, quē in libris diuinis, de eo memoriē pdita sunt, quē dicunt, eum dum trigessimū etatis annum ageret, incōpisse. tunc demum docere, & ad populum publicas conciones habere, idque confirmat catholica bonorum cōsensus, ^e tametsi dubium nō sit, quin toto illo ante tempore, quo non ita clarus orbique cognitus apparuit, maximis plurimisque miraculis excelluerit, quin & puer adhuc, in tēplo confelluque doctorū de lege disceptauit: sed quod ad doctrinā attinet, dominus idē noster, doctorū quidē ecclesiā sentētia à cōtinuo docēdi cōcionādiq; munere, ad illud ter denūm annorū tēpus abstinuit, vt ex eo, quā etatē nobis ad docēdū præscribi vellet, cognosceremus: nam Christi actiōes oēs, sicuti Christianū dicit elogiū, nostrē est vitæ institutio: hinc fieri, vti triginta annorū tēpus, ei q; sacerdos sacrū eucharistiē in altari cōficat, offertq; pręstātissimū, omniū, Deo summo sacrificiū in cōuētū generali sapiētissimi Pōtīfices pręscripserint: Et hęc qdē sunt, quæ hac in re pręscribere Cōcilia. leges tamē ciuiles huic triginta annorū etati, addebāt quique annos alios, decernebātque licere nemini, ante trigessimū quintū etatis suę annum, sacerdotem fieri, sacroque charisterio operari, id est, cum gratiarum actione, consecrare sacrosanctum mysteriū dominici corporis, ^f Sed tamē insequentibus postea Romani pōtīfices, nō solū de lege ciuili, quæ tantū tēporis spatium eā in rē pręscripserat, multa detraxere, sed de cōciliis quoque ipsis, quorum pręscriptores, latoresque, minori fuerant tempore, ad eam rem adipiscēdam contenti, nonnulla

^c ca. episcopus benedictionem lxxvii. dist. d. Cautione illius concilii sexto, & cōcilio Turonēsi tertio, ca. xii. sub Carolo Magno.

^e Hęc ex diuinis Ambrosio & Gregorio Nazianzeno.

^f s. Presbyterū in Authentice de sancto episcopo. Authente. Presbyterum de episcopo, & clerico.

dotij munus, publicū sacri verbi praconiū, aut aliā quācūque publicam eō in genere beneficiorū functionē, sacerdos fieri cupit, alioquē quocunq; gradu ad sacra promoueri, secūdam præscepta Canonū & legū sacratarū, legūq; etiam ciuiliū sanctiones. Alterū est, si quē muneris sacri & beneficij functio, ad sacratū quēuis ordinē appellabat, is legitimo tēpore se huic adscribendū non curauit, quānam pōena est, multaue ea, in quā is incurrisse dicatur, Quod ad priore loco positum attinet, scilicet, Quodnam tēpus pręstitutū sit sacerdotali ordini, vel alij cuius inferiori pro sacrorū graduum discretione, muneris uē suscepti functione, adipiscēdo, variant sacrata scita, ob tempestatum scilicet, rerumque incidentiū variationem, variant item ciuiles, Pontificiāq; leges: nam pro ratione temporum, locorum, rerum, euentorum, diuersa, à diuersis, eam in rem statuta fuere, quædam antiquata, mutata, quædam addita, prout Cōciliis, prout item Pontificibus, legumque conditoribus, suo cuique tempore, visum fuit: nam primū prodire concilia, quæ huic rei, certū tēpus indixere, dehinc insequentibus Pontifices Romani pro sua quisque prudentia, proque suo accepto à domino eruditionis modio, varij varia ex æquo & bono omnes edixere: quæ omnia, prout suo quęque ordine, & tēporū progressu, sancita fuere, immutata vel correctā, in præsenti huc adferā, atque in primis habeto, Neocæsariano Cōcilio (cui quidē Cōcilio interfuere septemdecim patres diuino afflāti numine, sciuerēque canonū capita decem & quatuor) de quo meminit Gratianus in volumine decretorū, ^a coactūque fuit, & instructum, in Neocæsarea ciuitate, non multis antē annis, quam Nicēnum, in Nicēa ciuitate, hac super re ita constitutum fuit. Presbyteri, ante tricenū annorū etatē, non ordinantur: infula sacerdotali ante id tempus non insigniuntur: etiam si triginta annis minores natu, probatę operę signa dederūt: etiā si in eis, quod ab etate abest supplicatur vel maturitate iudicij, vel illustri laudabilis vitæ exemplo. ^b hoc decretum confirmatum item fuit, aliquot aliis

^a ca. annotatio. xvi. dist.

^b ca. presbyter. lxxviii. dist.

ademière, sanxeréque, posse quemuis, qui ad sacra aspiraret, in vigesimo quinto ætatis suæ anno, sacerdotali honore decorari, & addidere tum & illud, quod si cõtingeret, aliquem antè id ætatis, gradum hunc adipisci, & sic immaturè ad tantum honoris promoueri, is ne honore illo, tametsi præmaturè nimis & aduersum præscripta eorum consecuto, deicèretur, quia indelebilis est citraque magnam aliquã offensam, non abrogandus sacrosanctæ is sacerdotalis vnctionis character, sed tamen sancitum, vt in eo, qui sic immaturè factus sit presbyter, tantisper suspenderentur sacerdotalia munia, dum is, ad legitimos ætatis annos, peruenisset. ^h Et hæc, quoad ordinem sacerdotalem, qui presbyterorum & sacris addictorù summus est. Sequitur continuata serie ordo Diaconorum, in eo item variatum est, ob casuum euētus varios, antecessiones, progressusque causarum, nam Concilio Arelateni tertio, cautum, vti ante vigesimum quintum ætatis suæ annum, ad diaconatus gradum, ne quis aspiraret, promoueretur adferereturque, vt cõstat ex Canone primo illius Cõcilij, quod & idem cautum Toletano secundo Cõcilio, ⁱ quod & idem sanxit ciuili legis præscriptū, ^k omnibus quidem his, probatissima ratione nõ minus tempus, quàm viginti quinque peractæ ætatis annorù, ad id munus capessendum, exigentibus, tanta olim fuit, in eo ordine maiorum nostrorum dignitatis consideratio: & meritissimè quidem, quum & Diuus Laurentius martyr, tantus vir, hoc solo honore, & munere in Ecclesia contētus fuisse dicatur, nec voluisse vltra progredi. sed tamen exigente rerum vsu, de hac quoque vicenūm quinūm annorum, in Diaconis præscripta ætate, nonnihil detraxere, qui postea Ecclesiam rexere Pontifices summi, decernentes satis esse ei, qui Diaconus sit viginti annos natum esse, atque ita de illa summa viginti quinque annorum ætate, ablatū in his est, re exigēte, integrū quinquennium. ^l Superfunt hypodiaconi, de quibus, sic habetote, quod tametsi & Conciliis vetustorum patrum, (vt patet ex eodem Concilio Toletano secundo, proxime

ximè allegato) in his ætas viginti annorù necessariò requireretur, & lege ciuili quinquennium superadderetur, ^m ita vt, secundum Concilia vicennium, secundum verò ciuilem legē, viginti quinque annos, q̄ non attigisset, vel etiam impleuisset, is ordini illi hypodiaconorum inferi vetaretur: tamen iure Pontificio postmodum statutum, vt qui decem & octo annos natus esset, is hypodiaconus, maturè fieri posset: ⁿ causam autem qua factum est, vt aliàs, aliud hac in re statutum sit, conciliumque Patrum, lex ciuili, tum sequentes Pontifices, diuersum quid, quod attinet ad ætatem sacris addicendorum, pertulerint perscripserintque, adfert Clemens Pontifex Romanus, in exordio legis suæ Clementinæ, dicens ita variatum, exigente sic vsu, propter eam paulatim quæ iam in Ecclesia inoleuerat, consuetudinem & obseruantiam. Restant infimi seu minimi sacrorum gradus, in quæis adipiscendis, ea ætas, quæ infantiam, aut pueritiam, supergressa est, idonea satis sufficiensque maioribus nostris legum conditoribus visa est. ^o Quod verò attinet ad moniales, hoc est, ad virgines, quæ sese sanctæ viuendi regulæ, ex voto obstrixere, sacris Patrum cõciliis, hac in re, nempe, qua illæ ætate esse debeant, perbellè prouisum est. quibus in conciliis, ita hanc in rem, cautum, sancitum que. nēpe, Virgines, vti hæc, ante vigesimum quintum ætatis suæ annū, nè cõsecrarētur, neuè religioso in delubro, dicatiōis spõsionem facerēt, neuè in manum Antistitis cõuenirent, ex voto perpetuo, ita enim visum patribus, ita statutū, ita merito placitum: atque id ipsum reperitur in hanc sententiã in Cõcilio Carthaginensi tertio: ^p inuenitur dehinc repetitū, in Cõcilio Aphricano quarto, quo in Concilio, sic item habetur, Puellæ deo dicadę, ante quītū & vigesimū ætatis suæ annū, ne cõsacrentur, neuè addicentur sacramento sodalitiõ neuè vlla in religione voti perpetui spõsionem faciãt. ^q hæc est, quo ad hoc, mens illius Cõcilij, totidem ferè verbis, vt in superiori illo Carthaginensi, conscripta. Quod & ipsum, Cõcilio demum Milenitanenū confirmatum decretumque est,

^m dic. L. ante presbyterum.

ⁿ dic. Cle. generalem.

^o ca. nullus de tēpo. ord. ca. de his, xxviii. dist.

^p ca. placuit, lxxvii. dist.

^q ca. placuit, xx. quæst. i.

vti constat ex Canone illius Concilij, vicesimo sexto: sed tamen, legibus deinde Pontificiis, de summo illo iure, quo, in virginibus hisce deo dicandis, tantus ætatis progressus, requirebatur, derogatum est, dictumque; pubertatis solius, hac in re, habendam esse rationem. Quod autem ad Episcopos, sat bene de ætate illorum, Conciliis olim Patrum, cum recentiorum Pontificum iure conueniebat, vtrobique enim, triginta annorum ætas, hoc in sacro magistratu, requirebatur, vt videre est, in scitis Agathensis Concilij, vt videre item est, in constitutis decretisque Pontificiis: vbi tot annorum ætas Episcopis præscribitur, quod id ætatis homines visi sunt peragendæ cuius rei seriæ peropportuni. Sed tamè iure moribus Francorum constituto, hodie apud nos receptum est, qui in ætate sit viginti septem annorum, eum per ætatem Episcopatum legitimè inire posse. In religiosis verò mulierum sodalitiis, tum ministrarum tum sodalium, ætatis quoque præscriptio immutata est, multoque minor hodie in hisce requiritur, quàm olim exegerint iura. Quum olim Antistitam vel Abbatissam oportebat sexagenariam esse, nunc satis est, si nata sit triginta annos. sic & aliam quacunque inferiori quouis nomine, monasteriis præsentem foeminam, eam etatè attigisse abudè quidem est. Quod si ea, præfecturâ gerat, obnoxia, hoc est, priorissam agat claustralem, & partes illi primè deferatur, intra septa tantum monachialium, vicariumque propemodum exerceat officium, potest sanè & si triginta annis natu minor sit, eo fungi munere, In Abbate verò Cœnobiarcha & Monachorum præfecto magno, quodnam etatis spatium sit nominatim legitur, legisse me nò memini, nec scriptum vsquam inueni, tamen ex communi omnium sententia, & ex veterum ratione legum ducta causa, cœsuerim huic magistratui, vel præfecturæ, viginti quinque annorum ætatem, nec minorem quidem, conuenientem fore, iure tamen moribus nostris constituto, in hoc regno sat est, Abbatem natum esse viginti tres annos.

r ca. de indē
nitatibus de
elect. in. vi.

f ca. episco
pus, lxxvii.

r ca. cum in
cūctis. de
elect.

v titulo de
regia ad præ
la. nomi. fa
ci. in cōcor.

x ca. inuēcu
las, xx. quæst.
prima.

y ca. de idē
nitatibus de
elect. in. vi.

z Glo dic.
ca. de indēni
tatibus verbo

gubernatur.
a ord. cōci.
xiii. nu. ix.

incipit cum
queritur.

b ca. cum in
cūctis. s. infe
riora. Panor
dic. ca. supē.
inordinata.

c s. monaste
riis tit. de re
gia ad præla.
nomi. faci.

In aliis porrò minoribus præfectis, qui Prio res dicuntur vel primi, Quoniã incidit quæstio, qua ætate iidem esse debeant: distinguendum est, vtendumque ex legum præscripto hac sententiæ disiunctione, vt siquidè prioratus, cui homo ille præest, collegium sit, & sodaliu religiosus cōuētus, is annis viginti quinque minor ne sit, si sodales quidem quos regat, non habet, plebem tamen habet, cui sacra ministrat, curamque per se, recepto in quibusdam religionibus more, gerit animorum, is nec item minor esse debet viginti quinque annorum, ratio est in promptu, Quisquis ille est, qui curam gerit animorum, presbyter sit necesse est, vel eo tempore, quo curam suscipit, vel anno post proximè labente, nullus autem ante vigesimum quintum ætatis suæ annum presbyterorum ordini inseri potest, sicuti supra prolixius est à nobis demonstratum, Igitur, & cætera hinc efficitur, vti generaliter sit iure cautum, quicumque sacerdotium gerit, cui curationis animorum cura sit annexa, eum oportere, legitimum viginti quinque annorum ætatis cursum attigisse. Sed si præfecto, ex prioratus sui causa incu- bat quidem animorum curatio, non tamen per eum gerenda, sed per perennem ex consuetudine institutoque vicarium, iam olim ex vsu naturaque illius sacerdotij, perpetuò delegandum huic muneri, vti ferè videmus, in monachatu Benedictinorum & id genus hominum, Tum quidem certè vicennium beneficiario, priori tali, peractum quidem illud, & absolutum ad gerendum sacerdotium satis est. Restat altera disiunctiæ oratiōis pars, quæ sic habet, quod si prioratus seu per se, seu per appendicem vllam, ab animorum accuratiōne parochorumque curia, & id genus ceteris muneribus. Tum & à monasticorum sodalium vacet prorsus collegio, nihilque quicquam horum habeat secum adiunctu oneris, tunc si sacer ille primatus monasticus est, & regularis prioratus, tum haud dubiu esse ei præfici nò posse, q se religiōi illi & normæ viuēdi ex aperto voto non

d Cle. ne in
agro. s. cæte
rum de sta.
mona.

Dic. c. de
generalem.

f Dic. s. infe
riora.

g Dic. s. cæte
rum.

g. ca. nullus de elect. in 6. cle. ne in ag. versu. sanè prioratus ali quis de sta. monach. ca. ii. vbi panor. ex. de tessa. h. ca. p. de re gu. in vi. i. ca. indeco. de eta. & qu. x panor. dic. ca. super inordinata. l. fede. de se. con. xlvii. gl. cap. si eo tempore de rescript. in vi.

m archi. ca. si eo tempore de rescript. in vi. hosti & panor. ca. super inordin. ex. de prebè. n. dic. ca. super inordi. o. ca. in decorum de eta. & qua. p. glo. ca. statutum s. pr. verbo canonicis & ca. si eo tempore de rescript. in vi. vbi iemi. & phi. franc.

alligari, s. alligari autè ex professionis voto neminem posse: qui ad pubertatis annum non peruenerit. ^h vnde patere, quod positum est, nèpè nullum antè id etatis, regulari prioratu, in ecclesia dei, potiri posse. aut verò prioratus ille haud quaquam regularis est, tuncque nihilo feciùs, constare, neminem sacro cuius consequendo prioratui, sacre cuius ob tinendè præfecturè, antè quatuordecim, vt cum minimum, etatis suæ annos, idoneum esse posse: idè puerum septem nem, neutròbi, id est, siuè prioratus sit regularis, siuè secularis, tanto in ecclesia munere esse onerandum Panormitanus quidem existimauit. ^k At alii demandari talem secularem prioratum posse ei, qui solùm septemnis sit, existimarunt, ^l sed de hoc alibi. Nunc verò querendù, in Canonicis, etiam uè sacrarum sodalibus, quænam etas sit competens, legitimaque: atque hac in re, non parum certant doctores nostri, aliis alia hanc in rem adferentibus: plerique cõtendunt distinguendum esse, expendendumque sit ne etas illa, ad quã quis sodalis adscribi cupit, princeps, aliqua in vrbe principe, ecclesia, hoc est, sit ne metropolis, vel cathedralis, vel matrix ciuitas, & indubitanter censent, qui illa in etate, ad canonicatum sacerdoti uè sodalitiu aspirat, eum oportere pubertatè, quæ quatuordecim annorù est, attigisse. ^m Alioquin inaniter conari, quod per etate assequi nequeat, rationè adferunt, ppter ea quod, etate eã quatuordecim annorù etatè, nè maturi quidè cõpos sit cõcilii, quo, & seipsù prudèter gubernare queat, & iura sacerdotii sodalitiu sapièter matureq; tractare. ⁿ absurdù porrò esse, eũ, qui seipsù p etatè regere nequit, ad sacerdotiũ sodalitiũ, canonicatũq; cui multa insunt peragenda munia, admitti, ^o alii cõtra, pleraque alia adferunt in mediũ, quibus cõsent hominè quẽuis, qui ex pueris infantibus uè, nèpè ex etate septèni, excesserit, tametsi minor sit quatuordecim annorù, posse huiusmodi sacerdotia cõsequi, aggregariq; in numerũ sodaliũ cuiusuis ecclesiæ, & ad anõnã spõrituamue, præbendarũ emolumèta, puenire, ^p dicunt enĩ, vt obiectioni supradictè respõdeat, maturitatè cõcilii, prudètiãq;

rerũ agèdarũ, (quæ quidè duo ab id etatis adolescentibus vt cù plurimũ absunt) nihil eis hanc in re obstare, nã suffragia, quæ in comitiis (vt vocat) capitularibus, aliãq; id genus publicæ functiones, à sodalibus adferuntur, nõ insunt naturaliter huiuscemodi sodalitiis beneficiis, nec enim natura est canonicatus & præbendorum nec item substantia, in exedra, vel comitio suffragium viritim ferre, atque alia publica in hoc genere munera capessere, Quod si hæc non aliter inessent huiusmodi beneficiorum iuri, ac substantia vnicuique rei inesse dicitur, ita vt vnum ab altero nunquam quiret separari, certè efficeretur, vt nec quisquam maior etiam quatuordecim annis, minor tamen decem & septem, canonicus fieri posset, quippe q, in ea etate sacros ordines adipisci nõ queat ^q & qui sacros ordines nondum est adeptus, in collegio semper, comitiis ve, excluditur suffragio: ^r hinc liquido patere, quod positum est, videlicet ius suffragiorum non inesse naturaliter necessario vè canonicatui, posseque cuius, puero & id etatis existenti, ius quidem sodalitatibus tribui, ius verò suffragii adimi, vel tantisper suspendi, dum is ad maturitatis annos peruenerit, idque videtur comprobasse Romanus Pontifex. extantque eam in rem apertissima ipsius rescripta ^s eãque sententiam, crebriori doctorum calculo receptam affirmat Philippus Francus, ^t quam item sententiam iudicio suo Rota comprobauit. ^v At in reliquis sacris dignitatibus, functionibus vè, si de etate ordinandorum hisce atque præficiendorum hominum, incidit quæstio, generaliter est animaduertendum, an ea dignitas functione, sit regularis nec ne, Quod si regularis est, iam hac in re, satis modò quid statuendum, esset, decidimus: in quæstione de prioratibus regularibus proposita: quare nihil istiusmodi hic repetendum, sin regularis non est, sed alia quæuis dignitas ex ordine secularium, id certè firmiter ponendum esse cenfeo: etatem nempe viginti quinque annorum, in quacũque adipiscenda ecclesiastica dignitate requiri ^x sicuti certum est totidem annos natum esse debere, quicũq;

q. dic. cle. generalis. r. cle. vt hi. qui de eta. & quali.

s. ca. ex eo de elect. in vi. ca. fin. de iud. t. Phil. Franc. dic. ca. si eo tempore vi. v. rota dec. 204. in anti. tit. de etat. & qual. incipit nota quod minor.

x. dic. ca. cum in cunctis s. inferiora.

y dic. s. inferiora & dic. ca licet cano

beneficio cui cura in fit, animorum donatur: ^v Denique vti rem hanc in pauca conferam, in omnibus sacris sacerdotiis hæc consignanda positio. Quicumque donatur beneficio, cui sacer aliquis ordo, vel ex consuetudine, vel ex iure illic statuto, vel ex priuilegio quouis sit annexus: is necessariò ea etate natus esse debet; qualem etatem requirit is sacer ordo, qui beneficio, quo is donatur, est annexus: alioqui nihil agit, tametsi Ioannes Andreæ id ipsum quadam etiam distinctione censuerit temperandum: ^a Itaque distinctio hæc quam modò attexuimus, videlicet etatis, est tanti hac in re momenti, tantaque iuris bonitate innittitur, vti aduersus eam, statuere per vllam veniam nequeant, vel ipsi etiam episcopi, quibus, hac in re, lege quæ de etatum præscripto, scita est, soluere vllum quemuis hominem ordinario legitimoque iure denegatum est: ^b nam tametsi opinati sunt quidam, ^c episcopis licere super etate, quam præscripserunt pótifices Romani, gratiã quandoq; facere idque etiam in curatis sacerdotiis, modo causa quædam magna, vt id fiat, adferatur nempè aut vtilitas ecclesiæ, aut necessitas quædam vicens (propter quæ duo, data sit semper legitimo & regulari iure ipsis episcopis potestas, legibus generalibus, sancitis, conciliis, homines soluendi,) ^d sicque eum, qui quatuordecim annos fuerit tantummodo egressus, curionatu sacro ob prædictas causas legitimè donandi: cur enim inquirunt ipsi vtilitati sanorum, ad quam maximè respiciunt iura, obuiam ibitur? cur necessitati resistetur? cur quæ tempus & res postulant sacris in rebus, non fient? tamen tu ex communi doctorum schola, ^e contrarium sequitor, ex qua quidem schola, id enuntiatum sic ponito, episcopum nullum, in curionatu sacro, & parochiali ecclesia, vel in dignitate sacra, vel in personatu vlllo, cui in fit animarum accuratio, homini vlli cuiuis, quacunque ex causa, etatis veniam dare posse quia præstitutu etatis tempus, ad hæc ipsa modò hinc recensita sacerdotia legitimè obtinenda, sacro constitutum est, scitumque, & nominatim latum Lateranèsi Concilio: ^f cumq;

a Ioannes Andreæ, cui de prebend, in vi.

b ca. ex ratione de etate & qua.

c Archi. ca. penultimus de etate & qual ca. licet ca non de elect. in vi.

d ca. tali & ca exigunt i. quest. vii.

e Io. mo. ca. cupientes & de nique de elec Ican. And. Lucha. gemi & Phil. franc ca. i de etate & qua. in vi. f ca. cum in cunctis & inferiora de elect. ext.

hac in re, nihil fuerit, per idem Concilium episcopis reseruatam, nihil ipsis hoc in genere nominatim cautum, nihil omnino iuris, nihil indulgentiæ, nihil faciendæ gratiæ, peculiariter attributum, sequitur planè, nihil ipsos, hac in re aduersus ea, quæ eodem Concilio statuta fuere, posse decernere: ^g Cæteroqui, in reliquis consequendis quibus, nulla ex vti naturauè sacerdotiorum, iuncta est animarum curatio, haud dubium est siuè isthæc dignitates sint, siuè personatus, episcopum, ei, qui ex vigesimo etatis suæ anno paulu modò excesserit, vel id ipsum tempus plenè etiam absoluerit, etatis gratiam facere posse, ^h modò huiuscemodi dignitates, ab omni sacrorum ordinum functione abductæ sint: nam tunc, id est, cū hisce iunctus est ordo sacerdotalis, nihil episcopo in facienda legis solutione, quæ de etate prescripta est, liberu planè relinquitur, quinimo ea semper etas requiritur, quæ pro exercendo eo ordine, qui dignitati vel personatui naturaliter sit annexus, iura præscribere. ⁱ Porro, si talis proponatur natura sacerdotii dignitatis, vel, personatus, vti nulla insint illi, gerendæ animarum curæ munia, nihil quidem sacratorum ordinum functionis ex se pertractandum, sed tamen fano illi, dignitati, vel personatui, annexum sit curatum sacerdotiu, quedamque curata ecclesia, quam regi oporteat & hac in specie quid vti que censendum? & sane fuit, aliquando ambiguu, liceretne episcopo homini viginti annos etatis suæ supergresso, qui peteret tali donari sacerdotio, veniã etatis facere, nunc tamen receptiore doctorum ferè omniu calculo, concluditur: episcopo cuiuis, hac in proposita specie potestatem faciendæ super etate gratiæ haud dubiè permittam esse. ^k Aduerte tamen, quum supra dixi, episcopum quouis, etatis gratiam facere posse, in hisce sacerdotiis, quibus iuncta sit etiam dignitas, modò hisce, nulla item competit animorù plebis & populi accuratio, id demum veru esse: sicq; accipiendu dum faciendæ talis etatis gratiæ, causa subsit, & ratio, saltem quædam probabilis, quæ episcopum ad id faciendum indulgendumque promouerit: propterea quod præscriptum generale legis, ita habeat, vbi

g ca. cum dilectus ex de tempo. ordinam.

h ca. i de etate & qua. in vi.

i ca. ei cui de preb. in vi. io de san. georgemi. & Phil franc in ca. i. de etate & qualita.

k lap. cap. super eo de preben. in vi gemi. & phil franc dic ca. permitti de etate & qua. in vi.

episcopo à lege facultas impertitur, legis sanctionibus aliquo in negotio, homines soluendi, eam semper rem, ex tacita iuris interpretatione, vel mente, sic accipiendam, hancque semper addendam clausulam: modò illa, iuris legisque solutio, ab episcopo facienda, cum causa legitima fiat: ¹

Quod si illa legum solutio, sine causa fiat, certè gratia illa, eodem modo aduersus legem per episcopum facta, vel nulla statim fiet, vel postea rescindetur, in irritumue concidet: Idque vnum etiam adiungendum: causam illam factè vel faciendè ab episcopis, aduersus legem gratiæ, nunquam presumi nisi quatenus de ea ipsa planè constiterit, Pontificem tamen Romanum, hæc postrema additio nullomodo tenet, aut respicit eique nõ fit ille obnoxius: homo quippe in ecclesia dei sumum obtinens principatum, omnia ex causa facere ex præsumpto iuris iudicio semper creditur, cum is etiã sine causa, proque arbitrato solo suo, soluendi liberas habeat habenas: ² hinc fit, vti in casibus, in quibus licitum est episcopis etatis, veniã facere, non tamen conferendo dignitatem, vel personatum, ei qui quintum & vigesimum annum non attigerit, propterea censeatur, super defectu etatis dispensasse, irrogasseque, vllam gratiam quoad annos, cum in huiusmodi dispensatione, episcopus causæ cognitionem adhibere debuerit: ^o

Quæ suprà pluribus verbis adduximus, ad eam quidem etatem pertinent, quam agere debent ii, qui huiusce qualitatis sacerdotiis & præfecturis, de quibus egimus, cupiunt, insigniri. Nunc tractanda hæc quæstio: An qui sacerdotium, vel ecclesiasticum magisterium, dignitatem, functionem vè, legitimo iure est adeptus, si quidem is vel negligentia vel alia quauis ratione, ordini sacro quem dignitas illa, præfectura, vel curionatus requirit, se inferi non procurat, quomodò cum eo agendum, quavè via insignitus sacerdotio, ad ordinem quoque suscipiendum, vel est adhortatione incitandus, vel etiam imperio compellendus, Et sanè maiores nostri, æquissimi homines, omnia in ecclesia Dei ex bono & equo gerenda sibi ducebant, his pro summa iustitia, summa æquanimitas, pro

tas, pro summo seueritatis aculeo, summa clementiæ lenitas, potiora semper fuere: cuius rei ea erat ratio, quia corrupti non erant clericorum mores, nemo sibi officium cui gerendo par non esset expeterebat, omnes spontè stabant in officio, eaque de causa maiores illi nostri duobus in Conciliis sapienter statuere, nempe Concilio Lateranensi, concilioque Carthaginensi eum, qui ad sacerdotium legitimè accitus, ordini sacro quem natura & functio illius sacerdotii, quo erat ornatus, postulabat, se inferi nõ procurabat, sicque in obeundis sacerdotii muniis, cuius quidè sacerdotii, curam susceperat, non admodum sedulam, & quam debebat, pre se ferebat diligentiam, is tamè prius quàm sacerdotio excludi posset, a superiore, de sua negligentia, maloque animo, erat admonendus, cui si non paruisset, tunc demum poenaria sanctione, amissione scilicet sacerdotii, abductioneque fanis illius cui præerat, ad parendum erat perbellè adigendus: non enim permittendum, vt fanum ille diutius sibi arrogaret, cuius & in capeffendo munere, imparem se præstaret, & ob ordinem non susceptum, omnibus se indignum exhiberet, sapienter quidem hanc in rem maiores nostri isthæc sanxere, sed tamè temporibus, quæ deinceps consequuta fuere, cœpit nescio quo modo, clericorum decor honestasque pessum ire, dum pro religione, pro abstinentia, pro pudore, audacia, largitio, auaritia, apud eos vigent, dum vnusquisque (vt cum Varrone loquar) commodum suum focillatur, in gregem verò dominicum, paruam re ipsa, impendit operam. Dum igitur hæc ita habent, ad sacerdotia quidem multi perueniunt, horum administrationem vel fructum & vsum, libentissimi, accipiunt, sed tamen ordini sacro, per quem iis in sacerdotiis, ministrare queant populo, functionesque sacrosanctas obire, se inferi nullo modo curant, proin coertione tunc aliqua magna, seuerioreque animaduersione, opus fuit, ob idque Concilio Lugdunensi ex lato illo mitique præscripto, quo priusquam quis sacerdotio suo, ob ordinem nõ susceptum, excludi posset: officij sui, ordinisque suscipiendi erat ad-

¹ Immo c. c. ad monasterium ext. de sta. regu. pano. ca. dudum secundo ex de elect.

^m feli & deci. ca. quæ in ecclesiarum de const.

ⁿ io. mo. ca. cum martin. de consti. im. mo. ca. cum ad monasterium de sta. regu.

^o panor. ca. cum in cunctis & inferior. ext. de elec. Sa. immo. in ca. diuersis & ca. iohannes de cleri. cõiuga.

monendus, Non nihil est derogatum, statutumque seuerè, ca-
put illud mite, & lene, quod de admonitione est, in parochia
libus ecclesiis planè tollendum expungendum vè, nec in eis
villo pacto obseruandù, quin in hisce parochialibus eccle-
siis, ita decernendum, quicumque parochiali ecclesia sit do-
natus, quicumque illius curam suscepit, is intrà annum à tè-
pore suscepti & tranquilli regiminis numerandum, ordine
sacro, per què munia quæ suscepit obire queat, insigniatur,
ni facit parochiali ecclesia, cuius accurationem suscepit, ipso
iure priuetur, etiam si nulla, quæ eum suscipiendi muneris
admonuerit, antecesserit adhortatio: nec post annum illum,
quem hanc ad rem Concilium Lugdunense præscripsit, pur-
gandè villo modo morè procrastinationique vel dieculæ
quidem vnus, locus vllus relinquitur: ^v non enim ad deglu-
bendum sed ad pascendum gregem vocatus est, degluberet
autem non item pasceret, si lanificii vsus sibi arripiens pa-
stionis gregis curam, abnueret: Abnueret porrò, nisi ea per
quæ pascitur grex, attrectaret, hæc tamen in concilio Lugdu-
nensi illo ^x ita inducta, vt qui parochiali ecclesia donabatur
ni is intrà annum presbyter fieret, ecclesia illa funditus exi-
geretur, ita accipienda censeto, vti hæc locum habere cen-
scas, in parochialibus ecclesiis, quæ collegiatæ, siuè iure sode-
liti colligatæ minime sunt, in istis quippe quæ ita colligatæ
sunt, cessat concilij Lugdunensis dispositio, iusque antiquū
Lateranensis Concilij viget, quo requirebatur admonitio,
antequam induci posset priuatio: ^y causa horum fuit,
nam parochialis simplex ecclesia, nihil aliud respicit,
quàm pastionem curamque gregis, quæ duo sinè sacro
presbyteratus ordine obiri nequeunt, ad quæ respexit con-
cilium Lugdunense, dum Capitulum, licet canon, condidit, ^z
nihilq; altius quàm causam simplicis sacerdotij curati, ac ni-
hil dignius, eo in genere, vel appendit, vel vti nec par fuit,
est complexum, quò sit, vt parochialis ecclesia, quæ insi-
gnita est societatis & collegij nomine, quo ad pertinet ad
collegium, cum quo est colligata intra terminos simplicis
parochialis ecclesiæ, ià apliùs nõ cõsistat, sed dignitatis præ-

v ca. licet de
supplen. ne-
gli. cord. pre
la. extr.

x dicto ca. li
cet canon.

y ca. statutū
de elect in
vi.

z dic. ea. licet
canon de elect
in vi.

fecturæq; collegij nomen accipiat: sicque pascendus quidem
semper grex domini, sed tamen ordo non ita statim sanctio-
ne poenaria, amissionis quidè præfecturæ ab his exigendus.
Quod autem ecclesia huiusmodi sit potius censenda eccle-
sia collegij ceu dignior, quam ecclesia simplex parochiæ,
hinc facillè patet: quod quando ecclesia collegij, & ecclesia
parochiæ in idem concurrunt: satis est, de collegij ecclesia,
facere mentionem, ^a vt potè de ea, quæ dignior sit, & nobi-
lem locum magis obtineat, præscriptum enim iuris sic ha-
bet, vbi duæ qualitates simul iunguntur: annectunturque
eidem rei, & corpori, ab ea fieri nominationem, quæ prio-
res magis que præcipuas partes obtineat: ^b hinc responsum à
Federico est, si parochialis ecclesia quidem sit, nec colligata
villo sodalitia, si tamen ei annexa est dignitas, perinde iudi-
candum de ea, atque de collegiata, vt antè priuationem, ad-
monitione opus sit, ^c & vt omnia clarescant, ea quidem paro-
chialis ecclesia, ita deniquè collegiata censenda est, si in ea
sint plures homines, degentes quidem eum, non vt singu-
li sed veluti cœtus vnus, societas vna, conuentus vnus: alio-
qui, si homines illi degentes in collegio, degent illic com-
morati & vt singuli, non vt vniuersitas, grexque vnus,
tūc haud dubiè non esset à capite sanctionis Gregorii in cõ-
cilio Lugdunensi præscripto, ^d ab illiusque Canone, latè hæc
in rem sententiæ discedendum: ac perinde ibi tum decidèdū
ac de verè simpliciterque parochiali tēplo, Sed tamè quid
statuendū, si quædā in mediū adducatur parochialis ecclesia
quæ fuerit quondā collegiata, nunc verò, quia collegiū defi-
cit quo nomie sit cõseda, ambigitur, an vtiq; in ea sit obseruā-
da Lateranensis sanctio, quæ sacerdotio donatos, & ordinè
nõ adeptos, ipso iure haudquaquam priuat, sed monitione
præuia priuados esse edicit, ^e An verò in Gregoriano Lugdu-
nensis cõciliij canone, hæc etiā in specie, omnino acquiescèdū,
qui non adeptos ordinem presbyteratus, intra annum de-
pellit tūc citrà vllā hac in re admonitionem, ^f Et quidem
Ioannes Andre s præclaram mihi, & admodum doctam
hac in re distinctionem attulisse videtur, ait enim sic, Aut

a lardi. concilii
xxx. incipit
quidam pres-
biter.

b s. illud ta-
mè in authen-
tici si. quo-
suff.

c sede. concilii
lxxxix. phi-
lippic. dic. ca.
statutum.

d dic. ca. licet
canon. i. o. a.
and. dic. ca.
tatum.

e dic. ca. cum
in cunctis, s
inferiora.
f dic. ca. licet
canon.
g glo. in dic.
ca. statutum.

collegium superioris magistratus autoritate collapsum est, tuncque ecclesiam illam collegij nomen retinere amplius non posse: sed dici debere parochialem simplicem ecclesiam, ideo de ea, uti de aliis eiusdem generis, quæ Canoni latæ sententiæ subiiciuntur, discernendum: Aut verò ea solum de causa, dirutum est desertumque collegium, quod qui in eo degabant sodales, constituiebantque in eo collegium, ex hac vita emigrarunt, tumque è contrario haud dubii iuris esse, collegiatam illam parochialem ecclesiam, pristinum nomē suū pristinumque ius haudquaquam amisisse, semperque collegij societatisque nomine esse censendam: Enimvero cum hæc ita fuissent in orbe Domini constituta, lexque utriusque concilii, tum Lateranensis^h tum Lugdunensis,ⁱ quæ hanc in rem capita prædicta sanxisset, magno suffragio, magnaque consensione, à senatu, populo, plebe, & clero comprobata, rata esset: prodit Bonifacij Romani Pontificis, ad has leges quædam veluti limitatio^k quæ item, ab omni sacro coetu ab omnique Christiano populo recepta fuit: ille igitur Bonifacius Lugdunensis Concilii legem^l ad collegiatas parochiales ecclesias protendi noluit, id ne fieret edicto sanxit, eas ad antiqui Lateranensis Concilii ius reuocans, quo monitione priuatione, amissionemque sacerdotii præire debebat: ut latè supra demonstratum est.

Consequuta sunt postea quædam tempora, quibus Clemens ad pontificatum accitur: cogitur enim, tum Viennense concilium, eoque in concilio, sanctio Bonifacii in arctum substringitur, non placet enim lata Bonifacii hac in re æquanimitas tamque ampla Lugdunensis Concilii,^m relaxatio, itaque statuunt ibi Pontifex, & Patres, ne ea Bonifacii constitutio ad prioratus conuētuales progrediretur, sed ii, qui his prioratibus conuētualibus præficerentur, collegiatæ appellationi, quam Bonifacius à Lugdunensi lege excipiebat, ne confiderent: quinimmo intra annum, ex quo conuēntuali prioratu donatus quis esset, iusque possessionis iniuisset, sacris se insigniendum curaret: si non faceret, sciret

^h dic. § in feriota.
ⁱ dic. ca. licet canon.

^lz dic. ca. statutum.

^l dic. ca. licet canon.

^m dic. ca. licet canon.

se monitione nulla præuia, & iure & sacerdotii fructu plane depulsum, nullam sibi excusationem profuturam, rem ad viuum resectum iriⁿ addidere quoque Clemens, & patres, ea in synodo, velle legem suam ad eos item prioratus sodalitos spectare, quibus, iuncta sit animorum curatio, etiam si cura illa animorum, ex natura sacerdotii presbyteris secularibus soleat demandari, Ego tamen Clementis patrumque legem Viennensi in concilio præscriptam^o clementer quoque & benignè accipiendam censeo, eamque sic iure optimo interpretor, & coarcto, ea uti in monachis solis prioratibus hisce insignitis, consistat, ad seculares ne perueniat, nam Clemens sua in lege de monachis loquitur, ad eos igitur solum lex pertineat. Quod si seculari homini prioratus talis fiduciaria possessio a summo pontifice tradatur, cur ad eum clementis legem protrahemus, qui & monachus non sit, & cuius solum fidei sacerdotium commendetur: mihi hercle nõ videtur equum, quin censeo statuendum: non aliter hisce in prioratibus, hac in facti hominū secularium specie, censendum esse, atque in parochialibus collegiatis ecclesiis per bonifacium decretum fuisse diximus: ita ut in utrisque, modo seculares sint quibus prioratus huiusce generis commendantur: Lateranensis concilii lex sibi locum vendicet, & multa sunt, quæ me ut ita sentiam, mouent ex quibus, hæc pauca accipe, pœnaria est Clementis sanctio^p igitur coarctanda, igitur non dilatanda, præscriptum enim iuris sic habet, quæ pœnam irrogant: ea intra suos maneat. cancellos, ea fines non proferant, sed coarctentur, substringanturque,^q at enim ex eo genere, Clementis quidem lex est, in Viennensi lata Concilio, ex eo item genere Gregorii sanctio est, in Lugdunensi lata Concilio, vtraque pœnam infert vtraque ergo ex regula iuris suis circumscribatur cancellis, vtraque etiam lateranense concilium corrigit vtraque igitur vltèrius quam præscripta est, lateranense concilium ne emendet, denique ambæ intrà rem suam maneat quin etiam lex lugdunensis^r de parochiali loquitur eccle-

ⁿ de, in agro
^s ceterum de
sta. mona.

^o dic. § ceterum.

^p ca. statut.
de elect. in vi.

^q ca. in pœnis
de reg. iur.
in vi. glo. ca.
p. de temp. or
dine.

^r dic. ca. licet
canon.

f Dic. s. ca-
terum.

fia, lex Vienenfis, de prioratu à monachis poffeffo verba facit, fpecies noftra poftitioque, prioratum inducit, fidei fe- cularis hominis, à fummo Pontifice demandatum: de quo, neutra lex, quod ad hanc rem attinet, eft loquuta. Igitur cum de eo, hac in fpecie, neutra in lege fit nominatim deci- fum, æquius cenfendum: ad claram perfpicuamq; iuris fan- ctionem, difputationem referri debere, qua cautum, in col- legiatis parochialibus ecclefiis Lateranenfè antiquum ius vigere, † Et hæc cum ita fe habeant, perpetua alioqui, om- niaque complectens, dicenda non eft, edicti Lugdunenfis fatio: enarrata in prædicto capite, licet Canon, nec item Vienenfis lex, in Clementina, ne in agro, iam inducta: Quin nonnullas proferre poffum rerum fpecies, in quibus ceffa- bit, definétque vtraq; lex, etiam fi proponatur parochialis ecclefiæ, prioratufque conuétualis, vel curatus, quibus, qui fit donatus, tamen intra tempus præfinitum, facrum ordi- nem non fit adeptus, minimè tamen vtriuſque legis poenæ, fit ſubiiciendus. & vt omnia ſigillatim efferam. Pone tu mihi hominè ex clero, vel ex coetu monachorù, abſque vilo ſuo vitio, ante quidè excuſu tēporis indicti ſumedorù ſacrorù maiorù, irregularitate cōtactù: vel pone tu illù ipſum mihi, aut captù oculo, aut manu, ex caſu truncatù fuiſſe: qui qui- dem homo vel antea curato ſacerdotio parocchiali; ſano, fit legitimè præfectus, vel ſi monachus eſt, cōuentualem vel cura tū, prioratū obtineat, tunc mihi illū, ſi intra indictū tem- poris ſpatiū, ſacerdos poſtea non fit factus, beneficio ſuo ſe- cluſum dices? & ſanè, is iuſtum ob præpedimentum, ſacer- dos fieri non potuit, ſacerdotè quippe illū, fieri, qui mancus fit vel truncus prohibent iura, ergo is miſer, miſero in tē- pore, bono ſuo priuabitur? ſuperaddetur calamitati calami- tas? abſit id à noſtris moribus, quod & barbarū eſt, & à no- ſtra pietate longè alieniſimū. Qua re ſtatuedū, miſerū illū, in beneficio ſuo retinédum, Quo ſe ſuſtētet, & ad ſuſcipiédum ordinem ſacrum, ad quem is per leges ob vitium corporis non admitteretur, haud quaquam adigendū. v ſicq; vtrāq;

f Quod &
vidi ipſo, pla-
cito ſenatus
Parifienſis,
hac in parte
ſanctum, in
lite, quæ ver-
tebatur ſu-
per prioratu
Dni Mexé-
xii, à cenobio
eiufdem
nominis de-
pendente, Pi-
ſtauenſi in
dicæceſi, cui
placito ſena-
tus, in menſe
Novembri,
Anno domi-
ni milleſimo
quingentefi-
mo ſexto,
præſuit D. à
ſancto An-
draæ, litigāte
aduocato de
ſancto Me-
thero.
ca. expoſui
ſi de cor. vi
ti ex.
v ca. ex par-
te de cle. æ-
gro. ca. cū in
cunæ ſ. ſ. ſa-
ne ex de e-
leſt. ca. cum
perſecutio
vii. quæ ſt. i.

vtriuſque concilii legem, hac in ſpecie ſilere, ſi tamen is ipſe culpa ſua in hūc miſerū caſum procurerit, ſi itē antequam ſacerdotio donaretur: his eſt acceptus infortuniis, vtraque in ſpecie, iure, x ſacerdotio ſuo decutietur nā in priore, cul- pam ille ſuam præſtare tenetur: ob quam vtriuſque concilii legi, merito fiet obnoxius, in altera verò facti ſpecie: non excuſandus: qui cum ea ſibi ſciret in eſſe vitia, dum ad ſacer- dotiū accitur ea malignè tamè verſutèq; reticuerit, quæ ta- men obticēda non fuere: ſicuti præſcriptū eſt, Nauatenſi in Concilio, y nec hīc habenda ratio, culpa nè ſua, an alio mo- do his fit affectus malis, vtrobique, beneficio ſuo mouen- dus. Adferam quoque alia, in quibus, locus vtrique cōcilio non fit, nec Lugdunenſi nec Vienenſi: en tibi eccleſia quæ- dam, illa quidem parocchialis quondam fuit, nunc deſunt ho- mines qui parocchiae corpus conſtabant, & parochis illa ſuis planè orba fit, ea ne igitur parocchialis etiam tunc cenſenda? ea ne vtriuſque legi cōcilio, quo ad iſtud attinet, de quo agi- mus ſubiiciēda? hac tamen in quæſtione variāt doctores, nec enim adhuc clarè eſt perfpicuè que decifa: horū quidā opi- nantur, a tandiu parocchiale fanum, parocchiale cenſendam eccleſiam, quandiu eo in fano, adſunt homines, qui paroc- chiam conſtituunt quod ſi hi deſint: aboleri quoque ac pla- nè interciderè nomen parocchiae: nam quum deſunt ſodales collegii, collegium quoque eſſe deſinit, b quod ſi poſtea ho- mines illi, iterū cum in locum conueniant, iterū eum ipſum locum, parocchiam effici, legique omni quæ de parocchia lo- quitur obnoxium, c Alii verò contrā differunt, hancque di- ſtinctionem proſus reiiciūt, aientes nihilo ſeciūs eccleſiam talē ſemper parocchiale cenſeri: nūquā enim illā, nomē iſtud poſſe perdere, quod attinet ad ſanctionē capituli, licet canō cui fit ſubiicienda (nā & canō diſtinctionē non adfert, de pa- rocchiali eccleſia) ſimpliciter verba facit. hīc fieri, vti fatiſ fit quoad canonem illum, eccleſiā illam vel re ipſa, vel potētia parocchiale vel dici, vel eſſe poſſe, quidam d autem has do- ctorum, hanc in rem cōtrouerſias, diſtinctiuo cōponebant

x ca. p. de æ-
ta. & qua. ex.
ca. expoſuiſti
de corpo. vit.
ca. cum pri-
dem & perſo-
næ de renun.
y ca. quum
epiſco. xxiii.
diſti.
a glo. & io.
mo. ca. licet.
canon. hoſti.
ca. quia non-
nulli de cler.
non reſid.
Ioannes de-
ſelua. queſt.
xli. n. iii. par.
3c.
b l. ſicut ff.
quod cuius
vniuer.
c archi. dic. ca.
licet canoni
d paulo dic
ca. licet cano

proloquio, Quod sic habet; aut ecclesia finibus limitibusque non circuncluditur, sed numerum habet hominum, in quo consistit, seque parœcialem efficit, qui tamé homines, nullo circumducto limite, hinc atque illinc vitam ducunt, & tunc haud dubium esse, hi homines si desint, Ecclesiam itidem parœcialem desinere. Alij ^e quædam alia adferunt, ac quibusdam itidem distinctionibus, rem temperant, suo quisque hac in re, innititur ingenio. Mihi autem valde placet ea, quæ primo loco adlata est, doctorû sententia: nam ad Canonis ^f illa sensum maximè accedit, quo quidem in Canone, vel capitulo licet Canon, ita scriptum est. qui parœciali præficitur ecclesiæ, intra annum, is sacris ordinibus insignitor: ut curam populi sibi demãdati accuratiùs atque fidelius gerere queat, in fano sibi commisso, ni faciat, & cætera, perpédantur hæc pristina verba, nonne curam populi planè respiciunt, quod si is deest: si non comparet: si nullo in loco ea in parœcia, sese exhibet quomodo fieri potest, ut illius cura habeatur? igitur cessante causa, quæ Canonè induxit, hoc est, cessante accuratiõe populi, quæ fieri deficiète populo nequit, pœnaria quoque Canonis sanctio videtur desinere debere, cuius inducẽda, populi cura, prora (ut aiunt) & puppis fuit, nec alium ad finè lex respicit, ^g Ad hæc, lex omnis, in personam certam inducta, ad aliam quoque personam, quæ tamen eiusdem qualitatis nõ sit, non protenditur, quinimmo, ex præscripto iuris, intra eam, de qua colloquuta est, personam strictim manet, ^h Igitur cum cesset, hac in specie personæ reique qualitas, ob quam, scita est pœnalis lex, desinat quoque hac in specie, pœnariæ legis constitutio. ⁱ Postremò parœcia nihil aliud est, quam quædam accurationis animorum partitio, à superiori sacra potestate facta: nam cum multi sint in orbe domini regèdi populi, multi quoque regimini populi demandandi sunt ministri, suo quisque ergo præficitur in territorio, cuius quidem territorij, curam suscipit, gregémque pascit ^k conclusum in illo, appellaturque territorium illud parœcialis ecclesia, siue parœcia

parœcia, ^l qui verò in eo agunt parœci nominantur, diuersis in vnaquaque prouincia limitibus circumscripti: ex his ita discretis parœciis, si quæ forte mala, vel alio casu concidat, quia suos amittit homines, qui vel aliò commigrarunt, vel alia de causa non apparent, certè ad eam quoque pascendum, non est compellendus curio parochus, sicque ad eos ordines, per quos fit pastio, haud quaquam, per legè vtriusque Concilij adigendus, expectanda meliora tempora: si redeant homines, si reflorescat ecclesia, tum demum iure Conciliorum vtendum. ^m Affertur & alia quoque species, in qua specie, silet Lugdunensis lex, ⁿ cum enim ecclesia eruditus hominibus indigeat, eos quoque fauorabiliter amplectatur necesse est, ne illorum priuata consortio, derrimētisum quid patiat, hos igitur accersat, hos sibi proponi cupiat, hinc fit, ne summum ius Lugdunensis Concilij, hac in parte, ecclesiæ quicquam officiat: uti quemadmodum Bonifacius quoque statuit, Lugdunensis Concilij, hac in parte, viris studiosis laxamentum magnum sit dandum. Itaque indulgit ille vir magna ex causa, episcopis literarum & studiorum ergò, hominem beneficiarium, hac in re, legè, ad tempus vt ij soluere queant: ^o temporis autem spatium cuius gratiam hanc ob causam episcopi facere possunt, septenne est, modò intra annù, subdiaconus is, cui fit gratia, fiat: alioqui, pœnæ Concilij fit utique obnoxius, dum verò septenne illud tempus cucurrerit, his quoque, quibus literarum honore facta est ea gratia, annus item vnus liberaliter adiungitur, intra quem tamen, ni Diaconi & Sacerdotes fiant, aut quominus id fecerint, causam magnam ni adferant, in pœnam eunt, Lugdunensis Concilij: Ergo perspicuum fit, quanta maxima literis attribuatur gratia: quarum de causa, hominem, qui alioqui intra annum sacerdos ni fieret, erat magna pœna, hoc est, amissione sacerdotij planè plectendus, illum ipsum episcopi subdiaconatu intra annum suscepto ad septenne vsque tempus, ampliare possunt, vel ni id faciant episcopi, petitionique studioforum, hac in re;

^l ca. regenda x. quest. i.

^m dic. ca. licet canon & dic. cle. ne in agro. s. cæterorum.
ⁿ dic. ca. licet canon.

^o ca. cum ex eo de elect. in. vi.

^e Domi de sanc. gemi. dic. ca. licet canon,

^f dic. ca. licet canon,

^g ca. in pœnis de regu. iur. in. vi.

^h Abbas l. 1. in Robr. de vita & honesta. cler. i. ca. statut. de pœnis in vi.

^k ca. i. de ca. pel. mona.

subscribant, sunt ad id faciendum, à superiore magistratu compellendi, ^p nam istud ipsum, in ecclesia Dei, si non obseruetur, detrimento quoque ipsa plecteretur, quæ, ut videat, floreat & administraretur, talibus illi, ecclesiæ ministris, certè peropus est, ¹ Adnoto tamen hîc, subiungoque, annum illum, studioso illi beneficiario ad hoc, ut subdiaconus fiat, tâtisper, dum per codicillos, prorogatur illi sacerdotalis promotio, præscriptum, ab eo die curriculum suum agere, quo, nisi studiorum gratia, lege fuisset solutus, ad presbyteralem gradum pœnaria sanctione peruenire cogebatur. ^r Hîc item subnoto, potestatem hanc, studiosos homines, ob studia, lege soluendi quæ episcopis, aut maioribus aliis Antistitibus sit attributa, nulli alij inferioris ordinis Antistiti esse concessam, ij enim minorum gentium Antistites, nihil aduersus leges sibi commissum esse existimare debent: ne vllius quidem legis gratiam faciant, nisi his duntaxat in rebus, in quibus, ut id faciant, est eis nominatim speciatimque, à iure clarissimis verbis indultum. ^r in aliis plenissimè abstineant. Subnoto quoque administratorem datû à Pontifice summo, hanc etiâ potestatem lege hac in re soluendi, habere posse. ^r Subiungo item episcopum, qui legitimo suffragio sit electus, confirmatusque, tametsi nondum is inaugurationem consecrationemque acceperit, perbellè tamen hac lege soluendi potestate uti posse, ea enim potestas ad iurisdictionem pertinet, non item ordinem respicit. ^v Tum & adiungo, collegium vel capitulare sodalitium, dum vacat pastore sedes, hanc sibi autoritatem vindicare posse, gratiamque legis, quam hac in re faciebat episcopus, ipsum itidem capitulum defuncto, aut Ecclesiam abdicante episcopo, tantisper dum illa vacat, facere posse: necessitate enim officij res illa geritur, ² Adfero & vnum, quod non prætereundum duxi, nempe quæ dicta sunt, eâ quidem in exemptis, qui quodam iure vtuntur præcipuo, nõ consistere, his enî solus Pontifex, vel legatus ipsius a late re, hoc impertit beneficium: hancque facit gratiam, reliqui

verò qui immunes non sunt, nec exempti ab his, quos diximus Antistitibus gratiam accipiant. ^v Abbates porro, si vel ex priuilegio, vel ex præscripto temporis spatio, vsuque inducta consuetudine, id sibi iuris verè adferunt: quam consuetudinem his, quas protulimus de causis, hoc est, diutino more vel priuilegio sint legitimè assecuti, ea, utique, uti habent eorum priuilegia, mosque inueteratus vtantur. ^z Sed hîc inferenda quoque elegans quædam, hac in re, facti species, de qua, aliquando vidi inter doctos concertatum: proponebatur ergo quidam Curio, Ecclesiæque parœcialis præfectus, qui cum se iam ad finem propemodum anni, quo ex præscripto iuris, sacerdos fieri debuit, peruenisse sciret, ita ut quod restaret temporis spatium, ad suscipiendos sicuti decet ordines sacros satis esse minimè quiret, decursus siquidem erat fermè annus totus: sibi tunc differtè prospiciens, suum adiit Episcopum: petitque uti studiorum causa, vel nomine alio probabili gratiam ille sibi legis, quæ intra annum sacerdos uti fieret, exigebat, vellet facere: petitioni illius annuit Episcopus, eique lubens studiorum causa, legis facit gratiam, hîc quærebatur, eanè gratia, ab Episcopo tunc facta, cum annus fermè totus excursus esset, nec superesset ad adipiscendos ordines spatij satis, vacationem impediret sacerdotij: & responsum est, & conclusum impedire, gratiamque illam, eo etiam factam tempore, planè consistere: quia, licet Curio ille, ob breuitatem temporis restantis, ad sacros ordines peruenire nequiret, suo tamen iure, quod habuit in sacerdotio, donec annus fuerit planè excursus, non potuit concidere, vel depelli, in hancque sententiam iudicauit aliquando Rota. ^a Perspicui autem iuris est, annum hunc, de quo agitantur tota hæc quæstionum capita, ab eo die, incipere volui, quo quis factus beneficiarius in possessionem sacri beneficii nullo prorsus interpellante homine, ire cœperit, vel sua ipsius culpa, aut negligentia

p ca. evigil.
i. quæst. vii.
ca. nullus de
vi. patro.
q ca. nihil
de elect.

r Ioa. And.
Domit. &
Phil. franc.
dic. ca. cii ex
ca.

f ca. at si cle-
rici, s. de a-
dulteris ex
de iud.
Glo. cle. si de
re eccle. non
alix, & cle. i.
de re permn.
t Glo. ca. is
eni de elect.
in. vi. Ioa.
And. & Phi.
franc. dic. ca.
cum ex eo. i
v Glo. cle.
de rescrip. &
cle. i. de fo-
compet.
x ca. pe. et si
de suple. ne-
gli. prælato.
fede de c. cõ
ci. xxix.

y Cardi. cle.
ne in agro. s.
qui autè de
sta. mo na.

z ca. auditis,
de præscrip.
ca. accedèri-
bus de excuf
præla.

a Rota deci.
clxxxvii. in
anti. Ioad.
addi. in rub.
de re per.
Anfr. deci.
ca. tholo. de
cccclxxi.

^b ca. cōmissa
de elect.

^c L. memor.
C. de acqui.
possess.

^d L. si post
perfectā, C.
de euct.

^e ca. diaconi
ultimo xciii.
dist. & ca. cū
secundū ext.
de præben.
f dic. ca. licet
canon.
g ca. dudum
de elect. L.
exempto de
actio. emp.

^h L. fin. de
acqui. posses.
C. L. sancim⁹
C. de vi. de-
lib.

fit perfectum, quominus in possessione sit, ^b quod si accidat
vbi beneficiarius iste, vbi primū coepit esse in possessione
beneficii, in discrimen illius statim veniat, atque hac super
re, aduersus eum constituatur actio, certè dici tunc non po-
test, eum possessionem sacerdotii tranquillè adeptum esse,
possessio enim iure ciuili legitima appellatur, cū nemine
vsquam possessori iudicium inscribente, vel in sacerdotii
mācipio negotiū exhibēte, retinetur cōfirmaturque: ^c atqui
beneficiario isti, posteaquā possessionem est assecutus, si ei
inscripta est litis actio, qua in litis actione, iminet euictio, itā
vt fortè sacerdotio possit illicò concidere, causaq; prorsus
cadere sua, certè iudicādū, hūc ordini sacro minimè esse ob-
noxii, ^d alioqui vide quid cōsequeretur, si cōscripto aduer-
sum sese actionis iudicio, beneficiarius iste velut omniū re-
rū securus, sacerdos efficeretur, is siquidē causa omni posset
decidere, atque breui admodū possesso prorsus pelli sacer-
dotio, naufragiūq; rerū suarū in foro planè facere: inde eue-
niret, vti sacerdos factus, inops & pauper vitā sibi medicita-
te quærere cogeretur, quæ res summū dedecus adferret toti
clero, totiq; ordini presbyterorū, ^e sed si beneficiarius iste,
possessionē beneficii aliquandiu retinuerit, nemine illū hac
in possessione prorsus interpellāte, is proculdubio si sacer-
dos intra tēpus nō sit factus, in poenā Lugdunēsis cōcilii ^f in-
cideret, quia satis est, aliquo tū tēpore trāquillè, citraq; vllā
controuersia coepisse possidere: ^g quod si is dicat, ego sacer-
dos fieri nolui, quia super beneficio meo, potuit adhuc in
me actionis cōstitui iudiciū, quo si caderem cogerer miserè,
sacerdos factus, stipe emedicare, sumoq; dedecore ordinē af-
ficere (quæ quidē fuit superior ratio allegata) is tamen hęc
dixerit, nihil tamē certè dixerit, neq; ius suū, vlla ratione suf-
fulciuerit, nam illi probè respōdebitur: malo eū animo ma-
laque mente irrepsisse in beneficiū: Qui timeat ea super re,
litem sibi inscriptū iri, eaq; de causa, electionem quā is de re
nō sua fecerit atque acceptationē, ipsius culpæ adscribi pos-
se, ^h quam quidem culpam non excusant leges. Hic moueri

folet scrupulus: dictū est supra, beneficiarium, qui aliquādiu
tranquillè in possessione extiterit sacerdotii, sacro ordini
fufcipiendo, sanctione poenaria fieri obnoxium, scrupulus
igitur, qui hac in re mouetur, nunc is est. Quodnam tēporis
spatium cēseatur illud: quo hæc dici possit tranquillè cōfir-
mata possessio, ad hoc, vti eam, quis semel adeptus sacerdos
fieri debeat, & quidē hoc in dissoluēdo scrupulo cōstituen-
doque tēpore in diuersas vtique sententias eunt doctores,
quidam ⁱ horum, vnus mensis spatium, confirmandæ huic
tranquillæ possessioni fat esse dixerunt, alii menses duos at-
tulere, ^k ego verò quia nulla Ciuili lege, nullaque pōtificia
hoc temporis spatium cōsignatum esse video, illud totum
arbitratui iudicis diffiniendū relinquo, ⁱ tamen video etiā
quosdam existimare ante excursū annuū spatium, posses-
sionem tranquillam haud dici posse propterea quod: eo an-
nuo spatio, possit facile super sacerdotio lis inscribi, agique
vel ad vindicias, vel in ipsam sequestris capitis causam, atq;
ea sunt in sentētia plerique pragmatici aulę romanæ sed de
eo viderint, vti dixi, iudices eruditi, & æqui, iusti, existimato-
res: modò quærendum, vt omnis isthęc materiæ propositæ
species, quoad eius fieri poterit, differatur qui minor vigin-
ti quinque annis, quique suffultus diplomate pontificio,
quo ei data est, ad adipiscendum paroeciam ætatis venia, ea
in minori ætate, obtinet, diplomatis vi pontificiorumque
codicillorum, curatum atque paroeciale sacerdotium, cuius
quidem diplomatis vi, cēsetur etiā ad vigesimū quintum
vsque ætatis annum, ad fufcipiendum presbyterale sacrum
ampliatius, ^m an interim dum voluitur illa viginti quinque
annorum ætas, isteque octodecim annorum fit, ad recipien-
dum subdiaconatus sacrum poenaria sanctione adigatur, &
quidem multi ⁿ sunt, qui opinantur, illo accedente tempo-
re, subdiaconatus ^o gradum recipere eum debere, tamen si
pontificio, quod attinet ad presbyterale sacrum, obtinen-
dumque curatum & paroeciale sacerdotiū, subnixus sit re-
scripto, sic enim ei, qui studiorū gratia, ampliationē tēporis

ⁱ dic. ca. com-
missa.

^x xii. paul. de
castr. concil.
cclxv.
^l Li. § ait pre-
tor ff. de iu-
delib. li. §
quo eum ff.
rem ra. hab.

^m io. and. ar-
chi. & gemi.
ca. cum ex eo
§. si. de elect.
in vi. panor.
ca. quia in tā
ti ex. de pre.
n ancha. con-
ci. ccciii. phi.
probus add.
ad io. mona.
in ca. vnico.
de cler. cōiug.
o cle. genera-
lem de ata.
& quali.
^p ca. cum ex-
eo, de elect.
in vi.

ad septēnos vsque annos, suscipiendi summi sacri obtinuit, debet interī suo tēpore subdiaconus effici, ^{p q} cum itā sit, vt qui ab episcopo, ob fauorabile literarū studiū, eam est affecutus gratiā, teneatur tamē lege, subdiaconatū tempore suo suscipere, multō magis, qui in etate minus idonea, hoc est, in ea etate, in qua sunt minores, id gratiē, est à Pōtifice sūmo fauorabiliter cōsequutus, debet accedente cōmodo tempore subdiaconorū ordini inscribi, nā studioso illi patrociniatur literę, quarum causa, nihil nō faciendū, hunc sola adiuuat pōtificia gratia, nulla subnixā ratione, nisi ea sola, qua dictū est, summū Pōtificem, pro imperio, in ecclesia dei posse omnia, Aetas imprimis abest adipiscendorū sacerdotiorū haudquaquā idonea, ^q pręterea iudicii maturitas, quę hac in etate minimē adest, in summa, hic sola subnixus gratia, legū maximē ruptrice, & veniæ extraordinarię irrogatrice id cōsequitur beneficiū, Cur igitur, cum studioso illo, quem literarū amor cōmendat, non equo saltē iure censendus est? atq; itā vt illa is quoque, suo vtique tempore ad subdiaconos adigendus, certē quominus hęc fiant nulla est ratio, Adhęc, appendenda est causa, propter quam, qui ob studia spatium temporis septēne, suscipiēdi sacri ordinis obtinuit, interim subdiaconus tēpore suo fieri debeat, quod si appendatur, eandem in vtraque proposita specie dicemus, causa igitur fuit, ab ipsomet Romano Pontifice prolata, ^f nē scilicet, excusso tempore septēni, studiosus ille, intra hoc tēpus, fructibus ecclesię perceptis ab ea postea desciscat, eiuret sacerdotium clericalemque ordinem planē, exuat, quę res in primis in ecclesia Dei cauenda, hęc ipsa causa, atque ratio in pubere isto qui minor viginti quinque annis, ex gratia Pontificia adeptus est curatum & parociale sacerdotium, planē viget, nam decurso viginti quinque annorū spatio, eadē ipsa, quę studio suscipere potest ipse facere atq; vterq; ordinē deferere igitur ab equali iure, quoad hoc, de quo agimus, censēdi, subdiaconatusq; frāno in ecclesia dei retinēdi, nē fructibus perceptis, ecclesiā temerē flagitioseq; eludāt, hęc isti adferūt pro cōfirmatiōe huiusce sentētię, ego tamē ipsis hac in re nō ac-

cedo quinimmo contrariū cēseo, Aioq; minorem istum, cui Pōtifex summus, ad obtinendū parociam, etatis fecit gratiā etiā si nec subdiaconus, nec diaconus, suo efficiatur tēpore, nihilominus tamē, suo sacerdotio minimē moueri pelli que posse, nā, tamē si gratiē huiusmodi cōtra leges cōcessit, angusto cōtractoq; iure cēseantur, debeātque intrā suos cōcludi fines, nec vltius sint prolata ^e tamē fieri nequit, quin hęc quoq; ad exēpla reuocētur necessaria, atq; ad cōsectaria vt ad eas res, quę ab hisce dependent, veluti in hoc exēplo nostro, quo minori à Pōtifice facta est etatis gratia, vti curato isto ornari possit sacerdotio, nā ea gratia, alteram quoq; includit gratiā, nē vt minor iste, intra annū à iure prescriptū, sacerdos quoq; fieri, ex lege nē teneatur, sed subdiaconatus diaconatusque cū appēdices sint ordinis sacerdotalis super his quoq; haud dubiē censetur facta minori isti gratia, Quod verō isti Doctores, sanctiōnē Bonifacij, positā in dicto capitulo cū ex eo, pro sua adducūt sentētia, ea certē ipsa admodū contra eos facit: nā ibi, cum Bonifacius, episcopis permittat, studiorū causa, etatis tēporisque gratiam studiofis posse facere, id vnum nominatim adiicit, modō ii, inquit, quibus ea sit gratia, intra annū subdiaconi fiant: Cum igitur Pōtifex nominatim illic, eā cōditionē adiungat, si in ceteris omnibus gratiis, quas itidem facit ipsā vellet obseruari, certē eā quoque difertē, clarisque & manifestis verbis sicut in eo capitulo, declarasset, quod cū nō facit, vt in hac de minore posita specie, eā sanē suā noluisse addi gratiē, liquidō cōstat quī potius voluisse, plenissimā suā esse gratiā, manuq; vberima, in minore istū eā effudi, Nā quod isti argumētū deducunt de gratia, quā facit episcopus, ad Pontificiam gratiam, argumētū sanē istud parū habet roboris, nec videtur in iure nostro satis posse, cōsistere, Cū inter hęc duo, plurimum omni ex parte intersit, nā primo, in gratia, quā facit episcopus, causa semper requiritur & non solum causa, sed & cause cognitio, explicatioque, cum qua, ea debet fieri gratia, nec causa illa creditur vnquam, vllō. præsumpto iuris iudicio, rationi congruens, nisi quatenus de ea clarē constat.

p ca. cum ex de eo elect. in vi.

q ca. cum in cunctis inferiora ex de elect.

r l. scire oportet de excusa. tuto.

f dic ca. cum ex eo.

t ca. i. & ii. de fil. presbi. ca. quę dilectio de consang. & affi. v ca. si quis in clero vi. questio i.

E contrariò Romani Pótificis gratia, semper præsumitur facta, cum causa, etiam si non explicetur, ille enim, cum legibus quosuis homines soluit, rectè semper soluisse existimatur, nemo causam quærit, nemo causam in aleam vocat, factum est de eo, id iuris præiudicium, ut quicquid is facit, iuste faciat, cum etiam sine causa vlla possit, uti vult, homines lege soluere, non enim legibus obnoxium habet imperium sed summum eximiumque, Quare de eo, ad episcopum quæuis, repudianda quæuis est argumentatio, repudianda quæuis similitudo, atque comparatio, preterea Bonifacius ipse Pontifex, fatetur sanctionem capituli: licet Canon, sanctionem esse poenariam, aliarumque legum emendatricem, atque correctricem, ob idque eam, ait, coarctandam & angustis concludendam terminis, ob quam causam, scilicet ob eam coarctandam, emanauit capitulum istud: cum ex eo, cum ergo ita sit, interpretemur uti in sua loquitur specie, nec illius finè causa egrediamur cancellos, ipsamque interpretationem ducamus ex his, quæ vniuersali statuta sunt consensione, legeque, nempe in Lateranensi Concilio, quo scitum, neminem ob non susceptum intra tempus sacrum ordinem, nisi monitione præuia, suo priuandum esse sacerdotio, nec indicta causa, beneficiû quod alioqui legitimè possidet, illi ob id auferendum.

Titul. 3.

QUONIAM PACTO, PER SPON
sionem veram Coniugij, ecclesia quauis præfecto suo
vacare censeatur.

Cap. 3.

Constat sanè, ex clero, quemuis, etiam si ad minores ordines sit perductus, posse quidem puellam legitimè in matrimonium ducere, sed illud item constat, si id fecerit, suis ipsum sacerdotiis, quibus antea potiebatur censerî penitus abdicare

abdicare se, Etenim dū se alligat coniugio si per id quoque coniugij, clericalem vestem exuit, si ius abiicit eximii initiatique sacrorum verticis, utrobique patet, omni quoque ipsum clericali priuilegio exuere prorsus sese: canonumque præsidia planè à se depellere, Quod & ampliùs id ipsum utique facit, dum Digamus fit, sed si matrimonium dum init, modò digamus non fiat, habitum clericalem non dimittit, sacrique verticis tesseram haud abiicit, certè tunc perspicuum est, duabus ipsum dūtaxat in rebus, priuilegiarî posse semper consistere, quarum altera est, Parisiensi scita in concilio, quæ ius ei, forensium Codicillorû non adimit iudici ipsum ciuili eripiens, dedensque Pontificio, Altera est, ut qui illum pulsauerit, affeceritque verberare, poenæ canonis (si quis suadente diabolo) fiat planè obnoxius, Porro cetera clericorum priuilegia omnia, dum copulatur coniugio, planè perdit, quia contrariò illo facto, statim amittuntur, nec eam ad rem necessaria est vlla omnino declaratio, satis est, si pateat, ipsum clericum, secum, aliquam matrimonio coniugij, Cum tamen alioqui, per mutationem vestis clericalis sacrique verticis non obseruantiam, & gestationem illa ipsa priuilegia minimè depercant, niantecefferit admonitio, cui, clericus iste, qui vestem & insigne verticale dimiserit, more sibi gerendum haud quaquam duxerit, causa autem cur hac in specie, hæc canonû præsidia, hæc ob res, ni anteierit admonitio, non abeant, hæc est, quod clericus iste, nullum factum in se admiserit, quod clericatui sit planè contrarium. Enimuerò cum suprâ statutû sit, clericum alligatum coniugio, sacerdotio obtinendo neutiquam esse idoneum, id quidem perspicuum est, iure ipso cautum esse, At verò possitne is, ab episcopo solutionem legis, hac in re, impetrare, ita ut cum coniugio retinere queat sacerdotium, in ea quidem questione dissoluenda, varij varia adferunt Doctores, Aliqui putant, episcopo planè licere, homini ex clero, qui vxorè duxerit, dum Digamus is nè sit, vestemque clericalem, & verticale insigne secum deferat, negotiisque prophanis nõ det

operam, gratiam huiusce legis facere, sacerdotiumque vna cum vxore concedere, modo adfint duo, quæ omninò hoc in negotio sunt necessaria, vnum est, beneficium vt illud, q̄ clerico isti vxorio possidendum, vtendumque permittitur curatum nè sit aut parociale vel dignitas, sed simplex duntaxat beneficium, Alterum est, vtilitas vt ecclesie, cuius precipuè semper habenda est ratio, id ipsum, hoc est hanc legis hac ipsa in re, solutionè in primis suadeat: Quod si hæc duo adfint, nihil impedire, quominus clerico vxori coniuncto, hanc gratiam episcopus possit facere: hæc isti proferunt, quæ etiamnum aliquot Romanorum Pontificum respõsis confirmant, ^a Adferunt & nonnulla alia, pro confirmatione suæ sententiæ, ducentes argumentum à ratione simili, tametsi nulla sit his in exemplis similitudo, nonne fit (inquiunt) vt homicidæ episcopus autoritatis suæ vi, largiri queat, quòd beneficiũ possit retinere? ^b nonne item fit, vt ei, qui loco suo motus sit, quem depositum vocant, ille ipse episcopus interdum faciat gratiam? ^c Alii ^d plerique, quibus hæc nõ placet opinio, multa alia, contrà adferunt, Aiunt in primis, nullo modo permittendum, vt qui vxorem habeat clericus, autoritatem tituli habeat vllò in sacerdotio, neque id ei, episcopum posse tribuere, quippe cum certum sit, clericum vxore ducta priuilegiis clericorum nullis, preterquam his duobus de quibus supra egimus, suffultum esse posse, Cæteroque ad prophanos redigendum: cū in reliquis sit illis planè par, eorumque consortio adscribendus, porrò perspicui iuris esse, prophanis hominibus, qui & laici dicuntur, attribuenda nulla esse sacerdotia, Adhæc peruulgatum esse, aduersum iura, episcopo statuere quicquam non licere, neque fas esse, illorum solutionem alicui præbere homini, nisi in his duntaxat rebus, in quibus, vt id queant facere, legibus est illis nominatim indultum, nam per ista episcopalium gratiarum, extraordinaria beneficia, conuellituri Romani Pontificis maiestas, atque autoritas, violantur sacrosancta conciliorum iura, quod facere minori potestati haudquaquam sic

a ca. si qui
xxxii. dist. ca.
quia tua xii.
quest. i. ca.
Ioannes de
cleri. cõiuga.
b ca. Henricus
de cler
pug. in duell
c ca. suadeat
l. dist. ca. pref
byteri xxviii
dist.
d Ala. hosti
panor & car
dina. ca. ioan
nes de cleri
coniuga.

temerè permittendum: Nam quid iuris habet magistratus inferior in placita superiorum? Præterea tantum abesse, vt ista legum, hac in re solutio episcopis sit alicubi attributa, vt his ipsis ob respectum principis summi, maximè interdicta esse censeatur, Addendum, clericum, vxore sibi iuncta, altaribus ministrare, non magis, quam prophanum hominem posse, neutrumque huic utique ministerio esse vllò modo idoneum, Quid igitur ecclesiasticum beneficium, clerico isti vxore irretito, impertiendum est? cuius munia nequeat capesser, ecum præsertim beneficium quantumuis simplex sit, tribuatur ob quaecumque ministerium, obque præstandam qualem qualè in ecclesia, pro sua cuiusque sacerdotii natura, tũ officii-tum obsequii functionem necessariã, Ego itaque istis libentissimè assentior, nec commoueor his, quæ alij dixere nam quod adferunt responsa Romanorum Pontificum ceu stent ab illa sua parte, Id quidem nihil est, ea enim ipsa respõsa tantum annuunt, clericos vxore donatos, posse nihilominus stipendium ab ecclesia consequi, Igitur non ius autoritatemque tituli hisce responsis, probatur, posse eos habere vllò in sacerdotio: Quod verò attinet ad ea, quæ in exemplũ adduxere, in quibus lege, soluit episcopus, idque iure permittente, ea sanè ipsa vno verbo refellantur, quod sic habet hæc omnes legum solutiones, iuri esse aduersissimas, ius enim & conuellant, & peruertunt, Igitur eas, æquum esse, intra suos modò consistere terminos, nec in his, de re nominatim permilla ad eam quæ permilla non est, deducendum vllò modo argumentum esse, nam & præscripto iuris ita cautum (Quæ à iure recedunt, deflectuntque, ea ad exemplum minimè reuocari debere.)

Nunc non prætereundum hoc vnum, cum supra scilicet sit dictum, sacerdotium hominis ex clero, qui vxorem sibi ascerit, ipso iure, hoc est, statim ab initio, & perfectio coniugio, nullo alio expectato iudicio possessorè suũ amittere, planèque vacare: id quod esse intelligendũ, si matrimoniũ quo clericus ille beneficiari se colligauit, verũ firmũq; fuit, õniq; ex

parte legitime absolutum, quod si coniugium illud minime
 valuit, nec fuit quidem licite perfectum, quid porro hac in
 quaestione statuendum, ambigitur sane mirum in modum,
 & quia tum hic quaestionis locus, pulcher est & frequens,
 potestque multifariam contingere, equidem non grauabor
 hic omnes eius species in transitu conuocare, atque etiam
 differere explanareque: prodibit igitur haec prima species,
 Ecce ex clero quidam, maiores iam ordines adeptus, utpo-
 te factus, vel diaconus, vel subdiaconus, vxorem duxit, infir-
 mo quidem coniugio, nam coniugium illud, per leges stare
 nequiuit. ^y Quæritur, an suis ob tale cassum coniugium, ex-
 cidet ille sacerdotiis, & omnes quidem iurisperiti, excidi-
 cum debere confirmant, ^z sed in eo utique dissentiunt he-
 retique, excidet ne is, iure ipso, hoc est confestim, nullo alio
 vti diximus expectato iudicio, an per sententiam, quæ a iu-
 dice sit proferenda: sunt ^a qui sententiam, hoc in casu neces-
 sariam existiment, antequam is iste suis decedat beneficiis, &
 pro confirmatione suæ huiusce sententiæ hæc adferunt, nõ
 tenuit (inquiunt) matrimonium, ergo vxori clericus iste
 beneficiarius, minime alligatus est, vnde fit, vti ecclesie
 commodè queat deseruire, munusque, suo in sacerdotio ad-
 ministrare suum, igitur ab ecclesia, cui potest adesse serui-
 tio, ipso iure, non excludendus, sed expectandus iudex,
 qui suum hac in re interponat iudicium, quod si valuisset
 coniugium, illico, facto ipso, pellebatur clericus fano suo:
 cui simul & vxori haudquaquam dare poterat operam, ^b
 quæ quidem ratio, in illa altera cessat specie, qua coniu-
 gium futile cassumque fuit: igitur cum cesset ratio, cessat
 quoque, quæ super ea, lata est lex, hæc isti, quorum sen-
 tentiam non probant plerique ex nostris, ^c aientes, hæc item
 in specie vacationem sacerdotii, ipso facto, vel ipso iure pla-
 nè induci, nã quæ pol maior veriorque esse potest sacerdotii
 vacatio, quam ea, quæ per eiurationem seu renuntiationem
 fit? hic autem clericus, vxorem dum ducit, beneficium

y ca. p. de cle-
 ric. coniuga.

z glo. auto.
 ioan. and. pa.
 immo. car. ca.
 p. de cler. cõ-
 iuga & ca.
 iohannes cod.
 titulo.

a glo. autho.
 immo. dic. ca.
 p. ioan. and.
 dic. ca. ioan.

b ca. diuersis
 de cler. coni.

c ioan. and.
 panor. & za-
 bari dic. ca. i.
 de cle. coniu-
 ga. anfre. de.
 ci. cap. tholo.
 cccxxxix.

tacite abdicat, renuntiatque, vel illud habet pro derelicto,
 quia rem agit, ordini sacro, pristinaeque suæ functioni omni-
 nõ contrariam. ^d
 Scit enim vxori operam dare, & altaribus administrare, sa-
 craque obire munera, res esse planè inter se dissidentes, nec
 simul exerceri posse, cum igitur tacite eiuravit renuntiarit-
 que, vel quod in se fuit, dereliquerit beneficium, vacat qui-
 dem ipsum necessario possessore suo, vel domino benefi-
 cium, probatur quidem assumptio ab exemplis: Ecce, qui
 potiebatur sacerdotio: alterum sacerdotium est adeptus,
 per adeptionem istius secundi, primum amittit^e planè ipso-
 que iure vacat ipsum, quia utriusque deseruire non potest fi-
 gitur, cum alterum accipit, primum censetur abiicere, quod
 si secundum accipit, inutiliter cassoque & inani titulo, nihilo
 fecius vacat primum, proinde ac si secundum autoritate
 iusti tituli adeptus esset, Ergo & qui vxorem inutiliter va-
 nèque duxerit, non minùs perdere debet quod prius obti-
 nebat sacerdotium, ac si eam verè optatoque & licito sine
 secum iuxisset, ecce item episcopus, impulsu suo, suapteque
 sponte, ad aliam sedem transit, certè vtramque tum pos-
 sessam, tum ambitam, iure amittit ^f sic igitur statuendum est
 in clerico isto, qui addictus sacris, ornatusque sacerdotio, v-
 xorem, cum non posset, conatus est odiosè sibi adiungere,
 vt in inuidiam odiumque illius, perinde quoad sacerdotiũ
 quo potiebatur, sit decernendum, ac si coniugium illud, quo
 se inutiliter irretiuit, firmum, omnique ex parte stabile fu-
 turum fuisset. quia per eum non stetit, quominùs verè fue-
 rint nuptiæ, hæc tamen res, eo est moderamine circumscri-
 benda, vt possit quidem episcopus, clerico illi qui se vanis
 neque firmis aduersum leges alligauit nuptiis, post actam
 ab eo poenitentiam, tum retinendi beneficii, tum continua-
 ti sacri officii gratiam facere, ^h Quod tamen ipsum, antè
 actam poenitentiam non ei esset indulgendum. ⁱ
 Vnum quoque hic annotare libet nempe sic quod cum su-
 præ diximus, per coniugium etiam nullum, uacare ipso iure.

d ca. extran-
 missa. de re-
 nuntia. ca. cõ
 recunt. xxxii.
 questio pr.

e ca. de mul-
 ta ex. de pre-
 bend.
 f ca. cum sin-
 gu. de preb.
 in xi. ca. rela-
 tum de clo.
 non resid.
 g ca. cum qui
 de preb. i. 6.

g ca. quanto
 de transi. pr.

h ca. sanè Nj.
 ex. de cle. cõ.
 i ca. presby.
 xxviii. dist.

facerdotia, id ita sit accipiendum, ut illud quidem consistat, nisi clericus ille, hisce in nuptiis vanis, atque inutilibus, se in fraudem episcopi superiorisque Antistitis, impeditum implicatumque iuerit: dedita utpote opera, uti eo modo, ab Ecclesia, potestatemque episcopi descisceret, suaque abiiceret beneficia. nam id cum ita sit, veluti fugitiuum mancipium, ad Ecclesiam quam fraudulenter deseruit, retrahendus esset, certi enim clarique iuris est, citra auctoritatem, suffragiumque sui Antistitis, non posse eum sua eiurare dimittereque sacerdotia, ^k quæ iam tranquille, aliquo possedit temporis spatio: alioqui ni hæc essent, pateret facilis via, illudendi quodtidie superiores Antistites, quibus quidem illusionibus, dolis atque fallaciis omnis aditus quoad maximè fieri potest, obseradus est: item, ^l & idè iudicandum est, in clerico, qui cum cõsan guinea iugitur, quod in clerico sacerdote supra diximus. ^m Altera species est, quam hac in materia, huc induco: in qua, licet constitutatur verbis paratis presentibusque, à clerico beneficiario coniugium, non tamen abeunt ab eo sacerdotia: Pone enim mihi tu, clericum impuberem beneficiis ornatum, puellam quandam, presenti sibi despondisse colligasseque coniugio, num eam ob rem, sacerdotia perdit: eaque vacare cõseatur? non quidem sane, causa est, quia iuris interpretatione, matrimonium tale, ab eo, qui impubes est, verbis contractum presentibus: ad futura verba quod referendum est, ita ut non vxorem, in presenti duxisse, sed eam in futurum se pollicitum esse ducturum, cõseri debet. ⁿ Vnde cum non presens quidem sit coniugium, sed pollicitatio tantum, illud aliquando futurum: non vacant in presenti illius quoque sacerdotia. Idem constituendum, si puella illa, quam sibi in vxorem clericus verbis presentibus adsciuit, impubes sit, ita ut ætas legitima nubendi, in ea desit: Nam utrobique, eadem est ratio, utrobique enim, hoc est, siue uterque, seu alter tantum, vel sponsus vel sponsa, ætate nubendi iusta deficiat, fit matrimonium in presens contractum, ad futurum tempus, iugendo matrimonio conueniens prorogatio, atque iterum possessori salua manet sacerdotia: confirmatur hæc ipsa aliquot

exploratum inductionibus, Nam in primis statutum est per sponsonem futuri voti, non amitti sacerdotia, antequam is qui ea possidet, sacramentum sacræ sodalitatæ, vel tacite vel clarè inierit: seseque ex professionis voto religioni addixerit, ^p Sic item statutum est, dum recipitur altera parocchialis & curata ecclesia, primam non abscedere, nisi qui utramque recipit, secundæ quoque possessionem inierit, vel per eum steterit, quominus in possessionem secundæ venerit, ^q sic etiam nec per sponsonem solam futuri coniugii, decidendum vacua cõseri possessore suo, qui futurum sponsondit coniugium, sacerdotia. ^r hic Rota, suo sanxit iudicio, eum qui petit, vacans sibi per coniugium, attribui sacerdotium: non sat habere sponsalia constituta probare, quinimo perfectum esse, necesse habet, uti probet matrimonium: hæc tamè idfa, quæ allata sunt superiore in positione, existimatum, inter eos locum habere, qui impuberes se iugali copula iunxerunt, nam si puberes dum sunt, id quidem ipsum fecerint, seseque verbis presentibus alligarunt, non secus in his statuendum, atque si coniugio, iuncta sit corporis communicatio subsequutaque coitus vera copula: sicque absolutum sit omni ex parte coniugium, ^t nam tanta est vis, ea in re, verborum presentium, ut per ea, si quis se vxori colligarit sacerdotale sacrum ullum amplius consequi viua coniuge nequeat, nec item propter sacerdotale sacrum, ordinemque presbyteralem, infringi possit, dissoluique hisce presentibus verbis celebratum maritale consortium, huc obtrudo, & vnum aliud, quod mihi non videtur prætereundum silentio, nempe puellam desponsatam homini beneficiario, verbis presentibus, tametsi illa postea sese addicat deo, ingrediaturque cõnobiū, quo vno facto, dirimitur vis cõnubii, non tamè efficere: ut beneficiarius ille, qui eam sibi verbis despondit presentibus, ad sua redeat sacerdotia, quæ quidem per hoc perdidit ^v presens matrimonium, quantumuis illud matrimonium per hæc professionem infirmetur, tollaturque, quia beneficiarius ille, dum puellam sibi matrimonii sponsonem copulat, sua cõseritur dimittere sacerdotia, vel ea in derelictis & perditis habere. ^x

^k ca. admo-
net ca. quod
in dubiis ex
de renuntia.

^l ca. quanto
ex de diuor.
m Ange. de
clanatio ver-
bo clericus
panor. dic. ca.
p. Aufre. de-
ci. cccxxxix.

ⁿ ca. vnico
de spon. im-
pub. in. vi. §.

^o zarabel ca.
Ioannes de
cle. coniuga.

^p ca. benefi-
cium de reg.
iur. in vi.

^q ca. licet de
preben. in vi.
ca. commissa
pe elect. eodè
libro.

^r Ioan. and.
& sic. ca. pr
de cler. cõiu.

^s rota decisi.
xxvi. anfreca,
addi. ad cap.
deci. cccxxxix.

^t glo. ca. vni.
de voto &
vo. redem. in
vi. archi. ca.
ex publico de
conu. coniu.
capel. tho. de
ci. cccclxvi. &
est hodie tex
rus in extra,
Ioannis xxii.
quæ incipit
antiqua, &c.
v anfre. deci.
cccxxxix.

^x ca. ex trans,
de renun. ca.
ca. cum tenen-
tur xxxii.
questio p.

Id quoq; hinc subiungendum, quod cum in huiusmodi matrimonio, consensio sub est vitium, quo casu, neque tenet, neque consistit matrimonium, utpote cum beneficiarius, dum ex furore laborat, uxorem despondit sibi verbis presentibus, vel is, cum valeret, eam duxit quae infania tentaretur, qua in neutra specie, valere potest connubium, non quidem ob culpam nubentium, sed quia alteruter si in furore est, consensum adferre nequit, nec obligare quidem, nec obligari, vel etiam ex voti causa, tum ergo per huiusmodi etiam presentibus verbis conceptum coniugium, cui consensus ob furorem alterutrius coniugum non adfuit, haudquam possessa à sic nubente sacerdotia abire. ^a

^y ca. dilectus
ext. de spō. s.
^z ca. Sicut
ext. de regula.

^a Ioa And.
zabarella &
dic. ca. Ioan-
nes.

Titulus 4.

QUOMODO, ET QUANDO QUI
à sacrorum communionem, finibusque Ecclesiae exterminatus est, per exterminationem illam, seu excommunicationem, suis concidat sacerdotiis: Quoniam item patet, per abrogationem sacrorum, vel suspensionem, priuatur quis sacro possessio beneficio.

Cap. 4.

IN hac proposita primo loco quaestione, dicendum est mihi, primum pro comperto indubitatoque apud omnes summi: neminem vllum ob sacrorum interdictionem, excommunicationemque, suis priuari sacerdotiis, sed in eo ipso consistit difficultas, quo, quaeritur, an per obstinatam in abdicatione parentis ecclesiae, expulsionemque sacrorum, & anathemate, perseverantiam, qua quis se irretiri implicarique diutius patitur, fiat sacerdotiorum priuatio: Qua in quaestione expedienda, tam vario certamine variisque contentione litigant inter se Doctores: ut haud facile sit iudicatu, quam in partem crebriore itum sit calculo: horum plerique putant, ^b eum, qui annum vnum in sacrorum interdictione

^a ca. i. ext. de
iud.

^b Glo. ca. i. ex
de iud. lo. de
imo. in ca. pa
storalis ext.
de appe.

excommunicationemque obstinate permiserit, possessis deturbandum planè esse sacerdotiis: quippe qui flagitiose contumax sit, qui anni spatio se diris deuotum, restitui ecclesiae non curarit: hancque opinionem utque adeò probauit Innocentius, uti existimarit anni decursum solùm, quo quis in abdicatione sacrorum perseverauit, satis esse, ad eum prorsus suis deturbandum beneficiis, nec expectandam vllam sententiam quae id proferat, atque annuntiet, obstinatum enim illùm, anno vno, se à coetu piorum abactum, pertinaciter sustinentem, non esse amplius ad causam super sacerdotiis deturbandam admittendum: huc accedit speculatoris ^d sententia, aientis abactum sacris, anno vno non esse amplius eo in crimine, vel in eius criminis defensione, ob quod crimen est ei sacris interdictum, audiendum: quin tantam ob contumaciam, pro confesso reo, conuictoque eum censerit: ita ut post annum, quo in hacce dira proscriptione perstitit, possit quidem per sententiam, ut anathema iudicari, magisque ac magis aggruari, tum & aqua & igni ei planissimè interdici, dein abrogatione vel suspensione (ut aiunt) officij, tum sacerdotiorum priuatione omnino multari, Felinus ^e grauis sanè autor testificatur, hanc opinionem à recentioribus iurisconsultis veluti frequentiore recipi: qua quidem opinione, constituitur eum, qui sacrorum atque ecclesiae, interdictionem per annum pertulit, priuatum esse suis sacerdotiis, Alij multa, hanc in rem adferunt, plerique dissentiunt, plerique vero cōsentiunt mihi quidem, ut symbolum meum hac quoque in parte adferam, videtur summopere animaduertendum, an sacrorum illa interdictione, in qua clericus beneficiarius, anno vno extiterit, emanet à debito obligationemque civili, hoc est, ab aere alieno, quod clericus ille contraxit, nec dissoluit, tumque statuendum, abdicatum eo modo eaque de causa, propter id non amittere sacerdotia, hoc vnum solùm subire, ut siquidem annu vnum in ea interdictionis peruicacia constiterit, possit apud fidei quaesitorum iudicem reus peragi: causam de religione dicturus, de qua malè sentire videri potest, cum tanto tē-

^e Inno. ca.
cū bonæ ext.
de pta. &
qual.

^d specu. tit.
de accusa. s.
sequitur ver-
si porrò secū
dū canones.

^e Fe. ca. de
nonnull. eo.
nu. viii. ext.
de iudi.

^f Glo. ca. cō
tingit verbo
constituatur
de do. & cō-
nu. Ioannes
de Selua que
stio. iiii. ter-
tia partis.

g anfre. deci. capel. tho. de ci. cccclxv. h ca. cū cōtū macia de hēre. in. vi. i Glo. dic. ca. cū contumacia. K ca. inuētū xvi. quāstio. vii. ca. i. lxxviii. dist.

pore in sacrorū abdicatione obstinatē permāserit, & quod si vadimonium ad diem illi dictā nō obeat, neq; se ad tribunal fidei inquisitoris sistat, in eaque interdictione obstinatē, eam ob debiti & isq; alieni causam anno vno permaneat, obnoxiiū tunc quidē ob pertinaciam fieri cōstitutioni poenariæ, Alexandri quarti, quam Bonifacius Pontifex, sub titulo de hæreticis recēssit, h Sed si interdictione illa, cui anno integro, clericus habēs beneficia turpiter immoratus est, pueniat ex crimine, causaque delicti, tunc appendendam esse qualitātē causamque criminis, ob quod crimen facta est huiusmodi interdictione, propterea quod canones volunt, vt si quis interdictionē latam ob crimē, anno vno in se exceperit, annum illū, quem excurri ita permisit, id vtique efficere: vt is ipse criminis illius quod ob dictū fuit primū, aduersus eum interdictionis iudiciū, reus confessus prorsus habeatur; idque iuris interpretatione fieri: ppter obstinatā illius rei, illa in re mala perseverantiam. Atqui cū certū fit nō omni ex crimine induci per leges priuationē sacerdotiorū, k certē relinquatur, tacitam illam cōfessionē, quę per reuolutā anni excursionē, huc adfertur, non maioris momenti esse, quā sit cōfessio, claris apertisque verbis à reo dictata, sed in qua specie, ex clara illa & manifesta cōfessione delicti, à reo ipso facta, non contingit sacerdotiorū priuatio, in eadem ipsa cōfessum vtique esse, ex tacita illa confessione, ipsam quoque priuationem sacerdotiorum minus contingere, hoc sic posito, ita decernēdum, vt si crimen illud, propter quod, facta est interdictione, quam clericus ille vnum annū pertulerit, non adferat per legum scita, sacerdotiorum ipso iure priuationem, nō esse vtique clericum illum, ob talem vno anno in interdictione lata, ob huiusmodi crimen, perseverantiam, suis euiciendum sacerdotiis: duntaxat clerico illi, annum, vnum in interdictione permanenti, adpingendam multam arbitrariam, perinde ac si verē crimen confessus esset: neque tamen interim dubitandum, clerico illo, post decursum annum, interdictionem illam, adhuc obdurato

animo sustinente, quia peruicax est, nouique delicti affinis, cuius habitus est pro condemnato, cōfessoque, quin in magnam insignem que cladē animi is incurrat, nec suspitione quidem careat eam ob cōtumaciam, deprauatæ religionis: Quapropter, causam nullā adferri: quominus ei, ita sese in re flagitiosa obdurati, tolli possint causa cognita, & perpēsa possessa sacerdotia: l Sed si (quæ secunda huc est i ducēda facti species, accusationē criminofam respiciēs) clericus ille beneficiarius, huiusmodi accusatur criminis, ex quo introducatur ipso iure sacrorū beneficiorū priuatio, i scriptoq; et cognito iudicio multatur is i troductione sacrorū, in qua, per annū obstinatē cōsistit, tūc haud dubiē decidēdū clericū istū, ob peruicaciā malignamque vno anno in interdictione perseverantiam, sacerdotiis quoque suis multari debere: eaque ipso iure perdere, Et hæ sunt duæ, hac in criminosa materia exemplorū species, huc à me, quia ad rem pertinebant allatæ: quas nouisse non fuerit inutile. Nunc restat exponendū, quænam sunt crimina illa, quæ priuationē beneficiorū ipso iure inferunt, & ea certum est, esse maximè tria, nempe crimen deprauatæ religionis atque hæreseos, † tum crimen incestæ scelestęque beneficiorū nundinationis, quod simoniam vocamus, tertiū Cōcilio Lugdunensi declaratū, quod Bonifacius in titulo de homicidio retulit, horum trium scelerum qui conuincitur, eum constat suis illicò deiici sacerdotiis: m Itaque scitote, hanc distinctionē Cardinali, n Panormitanoque, o nostrisque recentioribus iuriscōsultis, p probatam fuisse, in qua quidem distinctione ego item libēter acquiesco. Iam verò, quum generaliter supra positum sit à nobis, abdicatū à sacris clericū beneficiariū, etiā si in interdictione perseveret, nō deiiciēdum tamen iure ipso suis à sacerdotiis, at id faciēdum causa cognita: præter ea, quę sunt excepta nunc deinceps, commodè quærendū an saltem priuandus sit, frustrandusque dum à publica Christianorum communitate depulsus vitam agit, fructibus decimisque eorūdem beneficiorū vel quotidianis, si canonicus est, aut

l ca. cū bono de ata. & qua.

† ca. cum secundum de hæret. in. vi. in Anchara. cōci. cxciii. incipit vltra alia. inno ca. cū in nostris ex de cōfess. presb. com. post. ca. cōfessionem ext. de elect. n car. ca. per pēdimus ext. de sent. excō. o Panora. ca. i. ext. de iud. p iohannes de Selua quest. iiii. tertij partis. Anfre. de cōfessio cape. cccclxv.

fodalis quis in collegio, sportulis & largitionibus, & quia hac in quæstione, non multa inest difficultas, rem puto vni ca subdistinctione extricari posse, quæ sic habet: aut clericus iste beneficiarius, interdictionis sententia iniuste quidè, vel etiam nullam ob causam, notatus est, tumque haud dubium esse, ad eum prouetus omnes possessorum beneficiorum, qui ob iniustam vel etiam nullam interdictionem fuerint vel auersi, vel intercepti, redire debere: sola porro hæc sitatio quotidianas sportulas, quotidianamque annonam, quam distributionem vocant hac in specie respicit, quæ ita est explicanda, vt siquidem clericus iste a sacris iniquè abactus, antè abactionem illam excommunicationemque, in delubrum sodalitiû, templique adita, non alioquin ventitabat, neque canonicum suis cum sodalibus frequetabat collegiû, is vtique ne hac quidem in proposita specie, diarias sportulas, quas etiam propter absentiam in tēplo suam perditurus erat, recuperet: si clericus iste, antè interdictionem aduersus se iniuste latam, tum ædi sacræ, tum comitiis aderat quidem vt alii quotidie, sed eam ob interdictionē iniustam quidem, & iniquam, aditu, suos ad sodales, eaque ad sacra loca, demum supersedendum sibi duxit, tunc certè opinadum videtur, ei omnes, quas non ob negligentiam, sed ob iniuste latam interdictionem, amisit quotidianas sportulas, quotidianasque annonæ & numerorum aut cæteri victus distributiones, restituendas esse, exemplo ægroti, qui quandiu decubuit, quia ob valetudinem malam, templo comitiisque capitularibus, suis cum focis interesse non potuit, nihil deperdit eorum, quæ si presens adfuisset, erant ei quotidie obtentura, modò cū prospera vteretur valetudine, solitus esset ac antè morbum etiam illû, quo correptus est, his in sacris locis, perinde atque alii, se ad horas tempusque sistere ordinarium, aut (quæ altera est huiusce subdistinctionis pars) iste quidè beneficiarius, iure & meritisimò dānatus est, tūq; è contrario decidendum, videlicet, istum sacris interdictû, eo tempore, quo in excommunicatione illa constitit, fructus vtillos beneficiorum suorû, haudquaquam posse repetere,

q. l. pe. ff. de milita ca. f. eã, vbi gl. f. ii. quest. v

r. ca. audientiam vbi doctores omnes de cleri, non refid. cum allegatis de re milita, lib. xii.

fructus enim medii illius temporis, abdicato isti, à coetu piorum, planè pereunt: & in vtilitatem commodaque fanorum quibus is præest, omninò abeunt, diariæ verò sportulæ, distributionesque, quas antè, aliquo in sodalitiu collegio, solebat percipere, sodalibus suis tantisper dum in illa interdictione permanet, accedūt, atque obueniunt, Vnum hîc subiiciendum, quod animaduersione dignum est, clericum nēpè istum abdicatum ab ecclesia, si eo tempore, quo in abdicacione est, prouentus sacerdotiorum suorum decerpit, capiatque, quanquam eos suos minimè faciat, quippè qui non ad ipsum, sed ad ecclesiam pertineat: nulla tamen, eam ob causam, profanatione, vel irregularitate, coinquinari. Hoc amplius, quia ordo postulat, sermonisque continuatio hîc adpingendum, quum nouissimè, dixerimus, beneficium abstentum pulsumque ab ecclesia, quandiu eo in malo permanet, fructibus excludi sui beneficij. Queret aliquis vndè igitur iste, vel quibus ex rebus, eo in tempore, quo interdictum est illi sacris, alimenta sibi ducet, comparabitque? num interim victum sibi per emendicatam stipem quærabit? Quod turpe esset, nec tolerandum in ordine sacerdotali, in ordineque clericorum, nonne igitur intereà dum exultat, à coetu piorum, illi de alimentis saltem prouidendum? huic ad ista respondent breuiter doctores, vno quidem factis concordi consensu, isti peruicaci homini, qui sua in malitia vult desidere, videturque interdictionem parui facere nō esse vlllo modo succurrendû: cur enī temere adiuuabitur quid opus est, qui vsus, quū se ipsū, si velit, adiuuare queat, dū percuret ab hac interdictione expiari, tabulâq; petat absolutoriâ quam facillè cōsequetur, modò, culpæ eximi desideret, alioqui si culpam non agnoscit suam, habendum eum pro deplorato, idè nulla in re subleuandum, hinc tamen constat excipi, causas duas, vna est si clericus iste, sacris abdicatus, ad eam redactus esset inopiam, in idque venisset extremorum, ac deploratę fortunę, vt i esuritione fameque prorsus conficeretur, nam tum in humanum esset ei opem non ferre, y

t. glo. verbo dimidia in cle. secunda de æta. & qual. glo. cle. ii. verbo suspensus de v. i. ta & honesta cler. ab & im. mo ca. i. de cle. non resid. v. feli. ca. apostolica ex de except.

x. glo. ioa. andre panora pastoralis ex de appell.

y. feli. ca. apostolica de ceptio.

Altera est, si iusta excusatione niteretur, ea in interdictione consistendi, ut quia absolui nullo modo quiret, tamen si omnem ea in re daret operam, tunc enim illi etiam opitulandum, alimenta que ne egeat, ex fructibus suorum beneficiorum illi essent procuranda, ^z Nunc sese offert res, quam nec intam relinquam, nempe disparem hac in materia esse causam illius, cui sacris est interdictum, qui excommunicatus dicitur, & illius cui abrogatio vel interpellatio indicta est, aut officii aut sacerdotii, quem suspensum appellamus, nam priori, extra illas duas res, a nobis iam nunc commemoratas, dum extorem ab ecclesia vitam agit, de fructibus sui sacerdotii lex nullum impertitur subsidium, sicuti superius ostendimus: at posteriori, id est, ei, qui est suspensus a beneficiis bene conceditur suis ex sacris bonis, alimentarium praesidium, ^a Ratio autem differentiae, haec adferri potest: nam cui ob maleficium abrogatio, vel suspensio est inflicta, ei facultas non datur, abrogationis, propriae noxae sese pro libito eximendi, decutiendique multam illam iudiciariam, quin velit, nolit, sententiae pareat necesse est, Quare cum necessitate dura is astringatur, illi in re humana, uti alimentorum causa est, subueniendum esse perspicuum est: At est diuerso, qui in excommunicatione est, quia absolutionem dum vult, potest sibi procurare, si eam non procurat, illi iurisconsulti magna cum ratione volunt, non esse ferendum auxilium, ne pro alimentis quidem: praeter illas duas quas diximus causas, eadem ratione deciditur, cum cui ob solam contumacem suscipiendi committendique iudicii detractionem, vel desertos dies vadimonii, illata esset abrogatio, vel suspensio, ex fructibus sui beneficii non debere, alimentaria ope adiuuari, ^b quod per eum solum fiet, quominus contumacem illam detractionem satisfactione aliqua, vel purgatione circumscribat, tollatque, atque ita per idoneam eremodicii, vel contumaciae satisfactionem, expansionemque abrogatione illa excommunicatione laxetur.

Huc occurrunt nonnullae etiam exemplorum aliae species,

^z Cardina. cle. ut hii qui s. de eta & qual. Cle. pastoralis s. verum ext. de appella.

^a Butr. abbas & feli. ca. a. postolice de exceptio.

^b Panor dic. ca. pastoralis feli. dic. ca. apostolice.

scitu quidem dignae, ac necessariae, quas nec duxi relinquendas, in quibus exemplorum inductionibus perspicitur, quacumque ex causa, abdicatum ab ecclesia, suis quandoque fore priuandum sacerdotiis, non quidem ob excommunicationem ipsam, sed propter ea, quae abdicati & excommunicationi culpa ipsius abdicati, accessere, veluti si abdicatus iste, dum in abdicatione consistit, sciens plane se abdicatum, & excommunicatum esse, rem diuinam faciat: sacroque sacerdotali operetur, tunc enim aequum est excommunicatum illum haec ista facientem temere, suo ab episcopo, aduocato capitulari concilio, possessis submoueri sacerdotiis, idque patet non solum verum esse in beneficiario clerico, cui sacris est interdictum, verum etiam in eo clerico, qui cum tali interdictionis & excommunicationis nexu teneretur, nihilominus sacerdoti rem diuinam facienti ad altaria ministrarit, ^e Quod quidem secus se haberet, si clericus ille interdictionem illam plane ignorans, haec ipsa fecisset: tum enim non iniquum esse, ipsum ob ignorantiam excusari, nullamque iacturam suis in sacerdotiis ea de causa facere, Doctores dic. ca. fraternitati & dic. ca. si quis episcopus, id quidem censent.

Alterum est hac in materia questionis caput, ad quod nunc est ordine deueniendum, Quo in capite, fusius quidem querebatur est exponendum, id autem erat huiusmodi, An scilicet per temporariam abrogationem, quam dicimus suspensionem, inflictam clerico beneficiario, perdantur ipsius beneficia: Haec quaestio diuersa complectitur capita, pro quibus colligendis, breuiterque decidendis, a nobis hoc primum axioma seu enuntiatum constituetur, in collationibus sacerdotiorum tum & in electionibus, personae in primis qualitate, in qua conferitur beneficium, vel electionis suffragium, esse introspectiendum, animaduertendumque, an ipsa eo tempore, quo haec fiunt, idonea sit suscipiendo sacerdotio, nam id potissimum requiritur, ^f nempe idoneus ut sit homo, ad recipiendum sacerdotium, eo tempore, quo is donatur sacerdotio: ^g hoc posito, sequitur, uti

^e Archi. dic. ca. si quis episcopus xi. questio iii. Car. dic. ca. fraternitati

^f ca. dudum ext. de elect. g ca. postula sui de cler. excomu. ministr. Ca. Auditis ex de elect.

dicamus, si eo tempore, quo in clericum confertur beneficium, clericus ille, cui illud donatur, suspensionis aut arrogationis nota iniustus erat, non valere quæ illi tributa sunt: nam qui in eo malo versantur, suspensionisque vel abrogationis multam sustinent, neque eligi ipsi, neque aliis sua electionis præbere possunt suffragia, tum nec sacerdotiis per collationem aliamuè causam, ab aliis ipsi donari, nec ipsi item aliis, ylla ex causa, donare sacerdotia: hoc axiomate sic constituto, sequitur alia quæstio, Quid videlicet statuum, in hisce sacerdotiis, quæ iam cum clericus iste, in hanc suspensionis noxam incidit, obtinebat, an propter eam noxam, quæ ipsi obrepit, supervenitque, ea perdet? possessisque antea multabitur sacris bonis? hac in quæstione Innocentius distinctionem adfert, ut eam dissolvat, concludatque, quæ distinctio sic habet. Aut, inquit, perpetuò quis abrogationis suspensionisque nota, per tabulam iudicis damnatoriam, condemnatus est: tuncque ponendum, damnato tali, sua statim eripi sacerdotia, atque ad eò cuius alii, ipsa illicò conferri possent, propter regulam iuris, vel rationem, qua recipitur, ubi sacerdotiorum vacatio, per constitutionem iuris confestim inducitur, ibi non esse expectandam iudicis sententiam, qua, occupatorem tunc illum, iniustumque possessorem is spoliat: occupatis tum vel iniquè retentis deturbet beneficiis, Quinimmo ubi primò obrepit per ius illa vacatio: beneficium sic vacans, alteri donari posse: Aut verò in beneficiarium istum, latum est suspensionis temporariæ iudicium, tuncque è diverso sanciedum, beneficiarium nempe istum, suis non concidere statim beneficiis, neque ipsa alteri donari prorsus posse: Et hæc quidè in abrogatione, quæ per sententiam iudicis fit, Quòd si hæc abrogatio, vel suspensio à iure inferatur, clericusque suspensionem iuris subeat, tunc aliud planè statuendum esse, pronuntiandūque clericum suspensione iuris notatum, non amittere sua utique sacerdotia: hæc Innocentius, cuius sententia rem tali distinctione concludens, tametsi à docto viro profecta, multis tamen displicuit, qui

h ca, cum bone ext, de aca & qualitate, nos in hominem ix, quæstio i, ca, cum dilectus ext, de consue.

Inno, in ca, sicut de co, de, & multi & dic ca, cum bone.

cuit, qui apertè contradixerunt, atque id meritisimò aientes ipsi, nullam per suspensionis sententiam, à iudice latam, sacerdotiorum vacationem, priuationem vè adferri posse, seu iudex ex intentata criminose causa, seu civili ex actione, per inquisitionem ad dictandum iudicium descenderit: nam alterutra de causa, qui clericus suspensione multatur, nihilofeciùs eum in titulario sui sacerdotii iure permanere, nec enim iudicem, qui suspensionem pronūtiat, priuationem utique sacerdotiorum infligere. hæc isti adversus Innocentiū, quorum probabilis nec repudianda videtur oratio. At in hoc vno altero obtruditur perplexa magis difficultas, in quo queritur ordine consequenti, an si suspensus iste, in suspensione diu consistat, hanc ob obstinatam eo in malo perseverantiam, suis detrudi possit sacerdotiis, qua item in quæstione, proferenda est brevis quædam distinctio, ex qua, terminabitur negotium: huius autem distinctionis sic habetur ratio. Aut iste quidem simplici suspensionis nota implicatus est, tumque dicendum, nec ob perseverantiam quidem, ipsū suis priuatum sacerdotiis, nisi tanta adsit eo in homine contumacia, uti ipsius quidem contumax animus, priuationem ea in re, beneficiorum exigit, cum etiam, si malum contumaciæ in clerico illo nõ desinat, ac potius augeat, ad eum coarcedū, possit episcopus, magistratus civilis & brachii secularis implorare auxilium, Aut verò clericus iste, ad tribunal iudicis citatus est, dicturus causam innocentiam, quo labem maculamque luat, adiecta tum comminatione, nisi quidem ad diem veniat seque sistat in iudicio, suis ipsum, ob nõ obitum contumaciter vadimonium, priuatum iri sacerdotiis: atque tunc, ob pernicacis animi flagitium, eius quidem qui in ea suspensionis nota maluit desidere, atque ob id iudici, in re iudiciaria morem non gerere, censendum est possessis eum esse excludendum beneficiis, neque tamen existimandum si, dum durat hæc suspensio, suspensus iste, administratione beneficiorum suorum capeat, vel sese huic rei gerendæ quoquomodo immisceat. eum, ob id prophanationem irregu-

l dic, ca, cura bone.

m ca, rursus & ca, quicūque xxiii, quæstio ix, Antho, & Pa nor, dic, ca, cum bone,

n Archi. ca. si quis episcopus xi, quest. iii. Car. cap. fraternitati de cleri, exco. ministran.

laritatem vè subire; ⁿ Addit Innocentius, eum, qui suspensionis à Canone illatæ tempore, sacro missæ operatur, non ea de causa, prophanum irregularemque fieri, quod tamen secùs esset iudicandum, si quidem suspensio illa, notaque abrogationis, per iudicis sententiam, clericum sacerdotem uè inuasisset, nam tum neutri permissum, alteri quidem rem diuinam facere, alteri verò, facienti ad altaria sacerdoti inserruire, poena, qui facit contrà, prophanationis, & irregularitatis infligenda, & hæc, hanc ad rem, Innocentius ponit: Hostiensis verò amplius putat, nimirum eum etiam, qui à canone sit suspensus, abrogationis que iniustus labe, si dum eo irretitur malo, missæ sacrum celebrat prophanum irregularemque continuò euadere, quæ Hostiensis opinio, visa est, frequentiore assensu, assertioneque, antiquis iureconsultis, longè probatior.

Titul. s.

ACCESSIONE EPISCOPATVS,
quo iure, quoque modo, possessa antea vacant beneficia, Tum & si quis altero, atque altero post primum donetur beneficio, atque utrumque, vel alterum modo, vnà cum primo, recipiat, quam ratione, per hanc nouissimam acceptionem, quod primum is obtinebat sacerdotium, vel sacerdotia perdat.

Cap. s.

Huiusce materiæ tractatio, sanè quam foro familiaris est cognituque pulcherrima, idcirco eam hîc lubens annecto, persequarque eo, quo cœpi orationis filo, atque quod in me erit, illustrabo, igitur hoc vnum primum configno: Adiuncto episcopatu, antea possessa abscedere sacerdotia, quod tamè axioma non simplex est & absolutum, immo ad hoc, vt verum sit, requiruntur plurima, & ea quidem

quidem inducta Lateranèsi in Còcilio, ^a quæ sunt huiusmodi: primum, vt clericus ad episcopatû accitus sit electionis suffragio, vel alia quauis canonica causa, tum vt post electionem, in eo confirmatus sit sacerdotiò, dein successerit consecratio, aut excurrerit tempus, quod ad incundam consecrationem, canones præscripserunt, ac tandem secuta sit possessio nis aditio, aut per eum clericum stet, quominus eam assequatur, quæ omnia vbi adsunt, quia clericus ille, episcopali dignitate verè tunc fungitur, eodem Lateranensi Còcilio sancitum est, antea possessa ab eo, abire sacerdotia, quæ tûc ipso iure, veteri suo vacant possessore, ita vt ea antistites, quorû iuris sacerdotia illa beneficiaria esse dicuntur, cõferre queât pro arbitrio in alterum: & hæc quatuor, quæ nunc diximus, sunt planè necessaria antequàm per subueniètem episcopatum, prius obtenta sacerdotia possessore suo decidant, vel si hæc omnia non adsint, satis est adesse quæ his æquipolleant verbi gratia, hoc nostro Gallorum more, abrogatus est omnino electionum vsus, ^b quo abrogato, consequens est, vt item aboleuerint confirmationum causæ, & capita pro quibus, hoc iure vtimur, vt princeps candidatû quendam Romano pontifici nominet & rescribat deque eo, ad obtinendum sacerdotium sese proficiente præiudicium faciat, deinde Romanus ipse pontifex, secundû nominationem regiam de beneficio illo statuat, quare cum hæc, in locum supradictorum venerint, concludendum item est, vt pro electione accipiatur principis nominatio, tum & candidati, qui ad id adspirat honoris legitima professio: pro confirmatione verè, pòtitiuæ volûtatis, ad nominationem illam accessio, atque illius, quem a principe episcopum designatum pontifex admittit, diplomataria suffragatio conscriptioque bullata, quibus subsequuntis, nec quidè adhuc satis est, ad adducendâ protinus tûc beneficiorû antea obtetorû vacationè, ^c sicuti nec antiquo iure, ad eâ ipsam rē inferendâ, sufficiebat electionem confirmationemque in mediû adductas esse, sed & nunc sanè, quemadmodum olim, alia duo, quæ restant, ad

^a ca. cum in cunctis & causa vero ext. de cler.

^b Tit. de legi nomi. iun. ta nouissimi Romani pontificis cõcessi, regi indulta.

^c panor. dicitur cum vero.

id ipsum sunt necessaria, nempe consecratio, vel excursum tempus consecrationi in eundem prefinitum, tum & possessionis atque rerum administrationis adeptio, Quod si antequam hæc ipsa adsint omnia, istius episcopi in alium conferantur sacerdotia, haud dubie enuntiandum est, collationem illam præperam præmaturationemque fuisse, ^d Et hæc certè ut sic habeant, magna ratione fit: nam & olim, post electionem & confirmationem, & hodie post regiam nominationem, suffragationemque Pontificiam, in eunda est possessio, & petenda consecratio, quibus non initis, nemo re vera sed titulo solù & verbo tenens, est episcopus: ^e iniquum ergò, foret qui nondum episcopatu verè potitur, ei ob inanem episcopatus causam, antè possessa decedere sacerdotia. cum præsertim, multa possint contingere, quibus fiet, uti homo iste, in possessionem nunquam veniat talis sacerdotii, idque iure ponendum tum æquo & bono, tum & ipsa approbante iusticia. pone si quidem istum, inuisum esse principi, & eius fidem, Regi suspectam, idcirco, ne is possessionem adeat, impedimenta vel iuste, ^f vel iniuria pro Regia potestate imperioque adferri, ut qui rex electionem suam factò huic suo obtèdat, aiens ex antiqua consuetudine illius ecclesiæ, sedem episcopalem electioni suæ esse obnoxiam, ^g vel alias impedimenti causas necit, An interim, nudus iste episcopus, solaque & simplici insignitus inscriptione nominis, suis quoque quas antea possidebat, ob hanc inanitatem tituli, nudabitur sacris fortunis, quibus se suamque necessariam sustentabat familiam? non æquum inquam esset, eaque de causa, Concilio Anchiritano, ^h statutum fuit, ut quoad episcopus iste in mora per se non esset adipiscendæ episcopalis possessionis, ei ipsi beneficiorum antè obtentorum vacationem obtrudi minimè posse, hinc sub do pro appendice, tempus deponendæ consecrationis, inaugurationisque, à legibus Pontificiis, trium quidem mensium ex quo facta est confirmatio, præscribi. ⁱ Atqui interuicienda quoque huc nobilis quædam disputatio, nec silentio obducenda: dictum est, post electionem

d Glo. cle. i. vt lite pèden Panor. dic. s. cum vero.

e ca. nisi de autho. & vsu pali. ca. transmissam de elect.

f Inno. ca. q. sicut ex de elect.

g Inno. ca. sicut per ex de accusa.

h ca. si qui episcopi xcii. dist.

i ca. quando quidè c. dist. ca. ii. in fine. lxxv. dist.

Panor. Card & ceteri dic. s. cum vero.

episcopatus, confirmationemque & inaugurationem, possessionisque adeptionem, priora iure ipso vacare sacerdotia. Quid si hæc ipsa omnia, nempe electionis confirmatio, tum & consecrationis initiameta, Romæ fiant: num ibi quoque videlicet in aula Romana, atque Pontificia, vacare censentur istiusmodi sacerdotia? Id quæstionis caput perplexum satis videtur: & tamen concludendum, beneficia haudquaquam eo modo, in aula Pontificia vacare. ^k Ratio ferè supra est allata, quæ huc repetetur, quia beneficia episcopi electi, confirmati, & inaugurati non nisi inita possessione abscedunt ab eo episcopo, ^l vel quominus inita sit, in eo culpa maxima, & negligètia non excusanda appareat: nam tum, hoc est adita possessione, episcopatu is verè fugitur: vel p' eum stat, nepe nõ adita possessione cur nõ fungatur: sed cù Romæ hæc possessio nõ adeatur, dici nõ potest vacationem in aula Pontificia induci. Quæ etiam procedunt, quando confirmatus iste consecratusque in aula Pontificis, per procuratorè vi procuratorij mandati in eadem aula consecrati, in possessionem postea intromittitur, non enim inducitur, hac in specie, beneficiorum quæ ante consecrationem obtinebat, in curia Romana vacatio, licet Archidiaconus, sine causa dissentiat: non enim considerandus est locus, vbi de adipiscenda possessione conficiuntur mandati tabule. nam certum est locum illum nihil ad rem efficere, sed considerandus est locus, in quo mandatum illud exhauritur, executioneque ad effectum, ⁿ perducitur: is autem locus est, vbi per procuratorem mandantis nomine virtute superioris mandati occupatur possessio, ibique statuendum, beneficia quæ episcopus inauguratus obtinebat, vacare, nõ ibi episcopus ille, cum in possessionem episcopatus re ipsa veniat, euadit verus episcopus, ergò ibi absolutam etiam, & perfectam vacationem priorum beneficiorum contingere: quare concludendum, certò, ad inducendam vacationem illam, habendam rationem loci, vbi vsurpatur possessio, nõ autem illius loci, quo in loco, ad vsurpandum possessio-

K Glo. & Car. cle. i. vt lite pend.

l Dic. s. cum vero.

m Archi. ca. commissi de electione. vi.

n L. contra xisse de act. & oblig. l. i. ff. de of. pro vrbis ca. dist. c. de so. cõ. pet.

nis, cōscribuntur constituunturq; ab episcopo mādatoriae tabellæ, indēque fieri. vt haud dubiè decidatur, non in aula Pontificia, vbi episcopus confirmatus atque inaugura- tus, mandati dedit tabulas, sed in prouincia, qua in prouin- cia, procurator exequutus est possessionis mandatum, in- duci priorum beneficiorum vacationem. ° indēque non ineptè fieri, vt improbanda sit glossæ opinio, ° quæ existi- mat, haud parem esse causam illius, qui cum apud Pontifi- cem sit, procuratori dat mandatum, ad accipiendam ip- sius nomine episcopatus possessionem, & illius Episco- pi, cuius amicus quidam vel familiaris, cum ipse item Epi- scopus ageret apud Pontificē, ipsius episcopi nomine, sine mandato villo possessionem inierit episcopatus, cuius qui- dem possessionis aditionē episcopus is ratā postea habue- rit: nam in priore specie, scilicet cū procurator nominatim in mandati tabulis datus possessionem adit, vacationem be- neficiorum in aula Pontificia haudquaquam factam cense- ri, propter rationes iam dictas, at in posteriore loco, scilicet quando amicus, sine mandato possessionē accepit, & postea episcopus, cuius nomine accepta est possessio, in aula Ro- mana existens, ratam eam possessionis adeptionem in aula Romana facit, vt ex eo casu, beneficia istius episcopi, in Ro- mana curia vacare planè censcantur, propterea quod ibidē, scilicet in aula Romana, rem ratā episcopus iste fecerit, quæ sentētia vel eò maximè stare nequit, ° Quod sicuti rem ra- tam habere, factum quidem est quod retrò agitur, trahitur- que, instar mandati, ad diem, quo accepta est possessio, ° ita etiam ad locum ipsum, quo in loco vsurpata est eadem possessio, illud idem factum, eadem ipsa ratione, deduci- tur trahiturque, ° atque vtraque in re, mandato est simi- le. Et hæc hæctenus, de beneficiis, quæ obtinebat episco- pus iste, in aula Romana consecratus. Nunc inculcanda est & alia quoque quæstionis species, etiam si à propo- sito themate videar aliquantulum excurrere, qua in quæ- stionis specie illud explicādum subiicitur, quod certè huic

quoque quodammodo annexum causæ, potest non admo- dum insulsè videri, sic autem habet. An episcopatus cen- seatur, quandoque in aula Romana vacare. Et quidem pro explanando decidendoque, id vnum pro certo affirmo, ponoque axioma, in vniuersam causam, videlicet, episco- patum, qui vacat morte episcopi, in Romana aula, diem suum obeuntis, non posse iure vetere Pontificio, ° in aula Romana vacare censeari, quod & Concilio Basiliensi po- steà confirmatum est, ° moribus tamen nostris Gallorum, ex inita inter Leonē Pōtificē, & Frācisū regē cōcordia, re- cipitur Antistitis, qui in aula Romana obit, ipsius per pōti- cem conferri posse sacerdotia omnia, & ad eum ipsum, eo- rum tum sacerdotiorum collationem donationemque pla- nē reuolui. ° Quod ego tamen nō absolutè simpliciterque interpretor, quin ad eos referēdū coarctādumque puto epi- scopatus, quibus peculiare ppriūque electionis ius, ab Apo- stolica sede non est ipertitū, quo, iure peculiari pprioq; pos- sint ipsi episcopū aut Antistitē sibi asciscere suffragio, atq; eligere: at in his cathedralibus ecclesiis, quæ à sede A post- lica suffragiorū electioniisq; ius habēt peculiare nihil omni- no de antiquo iure abruptū esse, immo ibi saluū integrūque illud manere, ° quo, vt iam ptulimus, statuebatur huiusmodi ecclesiarū vacationē nūquā in aulā Romanā posse incidere: igitur cū ex cōcordia inter prædictū Pōtificē & Frācisū re- gem (quæ pactio, cōcordatorū inscribitur nomine) ii episco- copatus, antiquo illo et speciali iure suo electionū etianum cōseatur, certè cōsequēs est, vt eorū etiā hodie vacatio nūq; in aulam pontificiam queat irrepere. Quod si qui obiiciat, hoc in regno abrogatā nunc per vsū esse, sublatāq; diffe- rētiam, earū ecclesiarū, quæ peculiare ius habēt eligēdi, & earum quæ iure illo non fulciuntur, quin earum omnium no- minationē vel etiam præiudicationem abire planè iussis ele- ctionibus, ad regem spectare, id sanè facile propulsabitur, respondendo, hanc potestatem, vi concordatorum, pactio- nis uè pontificiæ, quæ suprā in mediū est adducta regi non

o glo. et car. dic. cle. i. p. Glo. dic. Cle. i.

q. Car. dic. cle. i.

r. ca. rati habi- tio de reg- iur. i. vi.

f. L. fin. & pe- nul. ff. de tri- ti. actio. i. vi- um. ff. si cer- pta.

t. ca. licet de preb. in. vi. vbi glo. v. ca. i. & ca. ii. s. statuit cū glo. de elect. in pragma. sac. late Ni- cola. boeri deci. per la- men. burde- ga. deci. ii. nu. iii. x. ca. i. vers. necnō per o- bitū de regia ad prelaturas nomi. facien. in cōcor. late Molin. re gula de sfr. ref. nu. clxviii. y. ca. i. s. per premissa ra- men tit. de Regia nomi. ad prelatu. fa- cie.

competere, sed hanc ipsum potestatem esse postea consequutum, ex alio diplomate pontificio Massiliæ, puto, aut paulò antè, quum de maximis rerum agendarum rationibus, conuenere Clemès septimius, & Franciscus princeps noster nuper defunctus.

Huc nunc sese offert quippiam dubii, de quo, mihi paucis dicendum: nam perplexum est, & non pauca hesitatione, scrupuloque inuolutum, ut igitur clarescat, hanc facti adduco speciem, præsul quispiam, pontificio honore, fructuque donatus, a pontifice Romano diploma obtinuit, quo diplomate, indultum est ipsi, ut non nisi intra annu, aut bienniu consecratione insigniretur. Hic dubitatur, an excursis tribus mensibus, consecrationi per leges sacras præscriptis, vacabunt mox quæ antea is obtinebat, sacerdotia. An verò diploma illud, quo, beneficentia pontificia, temporibus consecrationi destinatis, producta est anni vel biennii mora, vacationem interim sacerdotiorum, quæ possidebat is episcopus impedit. hac in questione explicanda, heret doctores, fiuntque diuersarum partium, nam Innocentius^z iudicauit, ob hoc diploma, per quod, data est ad tempus consecrationi præscriptum, legis solutio, vacationem huiusmodi beneficiorum, quæ antehac habebat is episcopus, non impediri: at illicò decurso trimestri curriculo consecrandis episcopis per leges sacras assignato, ea beneficia liberè conferri donarique posse: propterea quod omnes istius atque omnis generis legum solutiones, dispensationesque odio se sunt cum leges infringant, igitur coarctandæ, constringendæque suis cancellis, non item producendæ, aut larga amplaque interpretatione, extra suos proferendæ terminos. ^a Holtenis vero, Ioannes André, & Cardinalis, ^b distinctione rem explicant, in hanc sententiam, aut hæc, inquirunt, pontificia gratia per quam soluitur lex, quæ consecrationi tempus præscribit, vltro est, hoc est, motu (ut loquimur) proprio, a pontifice oblata vel impertita, hoc addito, ut in ea impertenda, publica utilitas sit potissimum appensa, illiusque præcipuè

^z inno, ca, de multa extr, de præbend,

^a ea, quod dilectio de cōsangu, & affi, ^b holsti, in sūma & ioa, andre & card, ca, cum in cūctis § cum vero ex, de cle,

causa,

causa, sit facta gratia, & tunc non dubium esse, si hæc simul concurrant quin horum beneficiorum interpelletur & impediatur vacatio; maneatque tantisper dum ad consecrationem sit peruentum, omneque id absolutum munus, ipsa adhuc penes antiquum dominum, disertè vero additum, modò publica utilitas huic gratiæ causam dederit, alioquin non satis erit spontaneum intercessisse pōtificis impulsum, oblatiuoque diplomate tributam esse gratiam, is enim simplex impulsus, id nō potest, nec agit, ut gratiæ amplificationem vllam adiungat, id solū agit, & potest, ut ipsius interuentu, tollatur obreptionis suspicio, ^c Aut vero diploma istud legis abrogatorium, datum est tantum in gratiam commo-
dumque electi episcopi, & tunc statuendum, illud tantominus, tanti esse debere, ut obstare queat, quominus huic episcopo eripiantur antè possessa sacerdotia, veniantque in causam vacuarum caducarumque possessionum, nisi eo in diplomate, id vnum nominatim sit adiectum, ea nempe beneficia, propter huiusmodi gratiam, vacationi nondum esse obnoxia: nā hæc expressa clausula, vacatione planè interturbaret, in aliudque tempus differret: hinc Anthonius & Panormitanus ^d subsistunt, neque approbāt omnia hæc distinctio-
nis capita, quinimo censent, sinè aliqua distinctio-
ne, diploma id, quo consecratio in annum, vel tempus aliud prole-
tur, in gratiam solius episcopi, qui vel electionis suffragio, vel benignitate pontificia, hac episcopali dignitate sit reces donatus, id efficere, uti episcopus iste de beneficiis antea possessis securus planè inter has moras remaneat, nec ipsi interea eripi possunt, causam adferunt, quia cum verè, proprièque illa sacerdotia, per consecrationem decedant veteri possessori. Quam consecrationem is adeptus sit, vel in ea petenda, adipiscendaque intra trium mēsiū spatium, huic rei statim, post confirmationem a iure præstitutum, moram nexuerit, certè in proposita specie, neutra in re culpam is sustinet, in causamque venit amissionis sacerdotiorum, nam neque cōsecratus est episcopus, neque negligentiz nomine,

^c cle, Romanus de preb. in ca, non potest de preb. in 9.

^d anto, & panorm dicit, § cū vero,

cur consecrationem intra iustum tempus nõ petierit, suspectus esse potest, vt quem ab omni ea negligentiæ suspitione, ab omnique, quod ad hanc rem attinet, culpa alia, excuset diploma Põtificium, in quo sanè diplomate, cõsecratione in annũ fauorabiliter extrahente, is acquiescēs, tẽpus illud triũ mẽsium, à iure huic rei destinatũ, præterire permisit. Quare iniquum, si propter hanc fidem, quam diplomati Põtificis habuit, damnum is vllum pateretur, cum Põtifici summo in rebus ecclesiæ & credendum sit, & planè fidendum. Adhæc certum est, vacationem beneficiorũ, post cõsecratione, per cõsequentiã quãdã induci, ipsa enim vacatio cõsecrationem, vel consecrationi assignatũ tẽpus subsequitur, at diploma, quo indulgetur legis solutio, & protrahitur tẽpus cõsecrationis, protendit, producitque vim suam & fauorẽ ad omnia, quæ cõsecrationem cõsequuntur: * quamobrem concludunt isti, ne utiquam distinctioni alicui locum relinqui, sed in proposita facti specie vacatione beneficiorũ, per ante dictum diploma impediri, vt quæ vacatio, consecratione planissimè cõsequatur, atq; per eã vel ppter eã maximè inducatur, qbus qdẽ ita sentiẽtib; ego quoq; assentior. Sed de episcoporũ causa, atque ratione, quod ad hanc quæstionem pertinet, satis supẽrque dictum, nunc transeamus ad alterum quæstionis caput, quod positum est in scriptione huiusce tituli, in quo quidem quæstionis capite, quærebat, quid iuris statuendum, in dignitatibus, muneribus, præfecturis, magistratibus, & generaliter in omnibus diuini iuris possessionibus, quæ inferioris sunt ordinis, nec Pontificio gradui æquantur, atque in hac quidem quæstione multa sunt quærenda, multaque disceptanda, quæ sese sponte suo quodam consequutionis ordine offerunt, præstantissima sanè omnia, & ad huius sententiæ cognitionem admodum necessaria. Et primò quærendum an per accessionem vnus istius inferioris minorisque generis beneficij, vacent ante possessa beneficia: atque in eo quærendo, perspicenda est primũ explanandaque natura, omnium sacerdotiorum, vt quum quæstio de horum aliquo, hac in causa in-

e ca. Accipimus de æta. & qual. glo. ca. quia in tẽtum ex de prebend.

ciderit, ex vi naturaque sacerdotij, de quo quæritur, aptè congruentèrque respondeatur.

Principiò igitur prodeant in medium beneficia, quibus inest in vniuersum animorum procuratio, tum dignitates, & cæ præfecturæ, quas vocabulo & si minus latino, claro tamen & recepto personatus appellamus, atque in his omnibus habetote, pro varietate tẽporũ, iura etiam quæ horũ vacationis causam statuebãt variasse, diuersisque modis fuisse constituta, quæ omnia differere mihi est animus. Repetẽda igitur primo loco Alexãdri Romani Põtificis tẽpora, quibus tẽporibus, qui duo accipiebat sacerdotia, atque ea non sociabilia, vel (vt cõmunibus verbis vtamur) incompatibilia, neutro horum, indicta causa, hoc est, ipso iure, excludebatur: at ei dabatur delectus, sacerdotiis ex hisce duobus, vtrum mallet, eligẽdi, retinẽdiq;, eoque tranquillè potiebatur quod elegerat: f his postea tẽporibus successit Lateranense Cõcilium, quo Cõcilio vetitũ est, itidẽ, ne quis pro fus duobus pluribũsue oneraretur parocciarũ fanis, neu q̄ ipsa acciperet, si fieret contra, q̄ duo simul accepisset huiusmodi fana, spoliãdus erat altero, nõ tamẽ cõfestim, id est, ipso iure cõtingebat huiusmodi spoliatio: idẽ quoq; eodẽ in Cõcilio de dignitatibus sacris cõstitutum, ne duæ scilicet aut plures vlli darẽtur homini, eadem poena, quæ de curatis sacerdotiis dicta est, in hisce dignitatib; irrogata. g Subsequutũ est tertio loco tẽpus Innocẽtij summi põtificis, quo tẽpore cautũ est, generali Cõcilio, vt si quiuis sacratus homo curato vni aut absolutè parocciali quod trãquillè possideret, sacerdotio dignitatq;, aut psonatui, alterũ quoq; parocciale vel curatũ sacerdotiũ dignitatẽ, psonatũuẽ adiungeret, hoc ipso facto, cõfestim, id est, iure ipso, priore quod possideret, curato aut alius positi modi sacerdotio, dignitateuẽ, aut personatu excluderetur. h quæ quidem omnia, ipso itẽm iure, suo vacare antiquo domino censerentur, nec ad id quidem requirebatur, vlla, que antecederet, admonitio. Venerẽ postea & quarto loco tempora Ioannis vigesimi secundi, quæ hanc legem ex feueritate Christiana tulere, vt si quisquam

f ca. præterea, & ca. referente ex de prebend.

g ca. quia nõnulli ext. de cler. non resid.

h ca. de multa ex de prebend.

ex clero, ordinéque sacerdotali post primum obtentum parociale curialeue sacerdotium, dignitatem aut personatum, secundum quoque istiusmodi generis possidendum reciperet, nisi priori statim post obtentam tranquillè possessione secundi, decederet renuntiaretque, & ipsum re ipsa, ac testibus quidè eam ad rem adhibitis publicis hominibus, dimitteret, vtriusq; statim iacturà faceret, ipsoq; iure ambo actutum ab eo abscederèt, & in quosuis alios ab ordinario Antistite cõferri, iure vacationis possent. ⁱ Non prætereunda quidè quinti tẽporis cõstitutio, qua assumptus est ad Põtificatum Bonifacius, in cuius pontificatu statutũ fuit decreta Iõannis vigesimi secũdi, & Innocẽtij, modò relata, ad prioratus quoq; monasticos, quos regulares appellamus extẽdi, ita vt in his etiam, sit ponendũ, Qui post priorem obtẽtum prioratum, assecutus est, alterum ipso iure priore prioratu decuti depelliq;, tum & illud statutum, vt nisi quem priore loco prioratũ assequutus est, post accessione secũdi, spõte statimq;, eo quo diximus modo, is dimittat, vtroque planè deiici, vacatione enim amborum ipso iure, hac in specie ^k Adiuncta sunt & sexta tempora, Vienenfis nèpe Cõcilij, celebrati dum Clemens quintus Apostolicam sedẽ regeret, Quo in Cõcilio, supradicta à nouissimis illis prioribus pontificibus constituta, ad prioratus etiam, quos manuales vocant, porrigi protendique placuit, vti scilicet in his quoque, sacerdotiis, qui suscepto primo, in possessionem secundi consultò venerit, is ipso iure, ex causa vacationis primũ perdat. ^l Prodiere item septima tempora, eodem in Vienenfi Concilio, Quorum ea fuit ratio, vti quod ius, quæuè causa, vacationis inducta sint, ob multitudinẽ beneficiorum simul acceptorum, quæ beneficia sint illius generis infociabilis, de quo superius facta est mentio, idem ius eadẽque vacationis causa, in hisce sacerdotiis obseruaretur, quæ vicariẽ perpetuẽ nomen obtinent, in qua vicariæ ædis sacre designatione, constitutio- neque, sacerdos vicariã perpetuò impẽdens operã, animorũ

curationem habeat, ^m ita, vt his quoque sanxerint patres temporibus per adeptionem huiusmodi sacerdotii vicariẽ perpetuẽ, & curatã nomen obtinentis, primum eiusdem generis antea obtentum, omnino statimque vacare: hi quidem sunt septem temporum status, quibus temporibus, pro varietate Conciliorum, & Pontificum, variã quoque hac in re, & hoc in beneficiorum genere, introductã fuere leges. Sequitur nunc alia quẽdam disputatio, copiosa illa quidem sed paulò abstrusior, atque concertationi addictior, in qua disputatione, exponendum, an in sacerdotiis, quæ simplicia appellantur, vacatque omni animarum, curiali, vel alia quãpiam, siue in functione, siue in expiatione, siue item in re, siue in tituli nomine, accuratione, idem statuendum sit, quod in superioribus diximus, vsque eò, vt in his quoque per adiunctionem secundi, primum perdat, atque in vacationis causam abeat, Et sanè glossa, ⁿ videtur censuisse in hisce sacerdotiis aliquantò mitius, lenioreque iure agẽdum, nec abscisore vtendum iusticia: quæ quidem abscisior, & durior iusticia, in perociali causa, & simili genere sacerdotiorum rigidè obseruetur, Itaque illius glossatoris sententia fuisse videtur, in hisce sacris beneficiis, quæ à capessendã animorum procuratione, sunt libera, adeptione secundi, haudquaquã primi vacationem irreperẽ, cui sententiã Innocentius fauet, adhibito tamen huic sententiã hoc temperamento, nempe vt ea res disertè intelligatur, in eo genere beneficiorum simplicium, quæ commorationem beneficiarii presentiamque haudquaquam requirunt, vel eam requirunt, quæ assidua perennisque non sit, at temporaria solũ, vel in his sanè beneficiis, quæ assiduitatem huiusmodi ministerii, desiderant ob solam duntaxat multã irrogationem, priuationis scilicet fructuum, quẽ beneficiario infligetur, si non adsit, moreturque in beneficio. Cetero qui putat idem Doctor, in aliis omnibus simplicibus beneficiis, quæ præfectum postulant assiduum, eumque, qui perenne sedulò in administranda sacre suæ functionis ratione, obsequiũ præstet, non aliter, quoad

^m cle. i. de of. fi. vicar.

ⁿ glo. ca. fin. ext. de cleri. non resid.

hanc causam de qua agimus, remque pertinet, iudicandum, atque de sacerdotiis suprâ relatis, quibus inest animorum curatio, est iudicatum decisumque, ita quidem, ut qui tale secundo loco est adeptus sacerdotium, primum quod possidebat, haud dubiè vacationis iure perdat, causam adfert in hisce simplicibus, quod eorû natura sit, uti assiduam in his ipsis perennèque sit præstandum obsequium, ob idque perpetuò ibi commorandum, perinde ac in illis, quæ curata dicuntur: commorationem autem duplicem assiduitatemque nemo quisquam homo, vno corpore quit præstare. Panor-
 mitanus, ° huc se infert, remque adhibita distinctione, nititur explanare, cuius hæc est sententiâ. Aut quæritur inquit, discipaturque, de iure, quod quis habet ad rem euenturam, cuiusmodi est ius in mandatis indultum apostolicis, tuncq; planè fatendum, concludendumque per assuetudinem cuiusvis beneficii, assiduam obsequium, assiduamque commorandi causam, requirentis, ius illud pontificiæ gratiæ, ab eo statim recedere, p nam ius quod quis habet, ad rem, tollitur longè facilius, quam ius illud quod quis iam est in re assequutus. Aut verò ponitur quæstio, in iure, quod clericus iam habet, in beneficio simplici, qualis est illa, quæ in hoc capite pro exemplo subiecta est species, & tum proculdubio animaduertendum esse, an istud secundum simplex, quod clericus possidendum accepit, situm sit in ea diocesi in qua situm est primum. quod iam is tranquillè obtinet, nam si vtrumque in eadem est diocesi, per adeptionem secundi, etiâ perpetuam desiderantis operam, assiduamque beneficiarii præsentiam, neutiquam vacare primum, sin huiusmodi secundum beneficium, simplex quidem, & perennem habens secundum morandi causam, collocatum est in alia quapiam diocesi, aliud statuendum: nam in ea specie, & per acceptionem istius secundi, abdicationem primi resignationemque tacitè induci, nisi constet clarè & nominatim, perque aliquam præcautionem disertam, clericum istum, aliud habuisse in animo, ac nihilominus quam de eiuratione resignatoria prioris

o panor, ca.
si de clerico
resid.

p glo. cle. gra
tiæ de rescrip
in cle.

sacerdotii cogitasse: hæ sunt antiquorum doctorum hac in re, distinguentes sententiæ, quarum ego nullam approbo, saltè quod attinet ad huiusmodi sana simplicia, quæ aliquis sacerdotus homo obtinet, in quibusque ius habet in re, ut qui videat hæc omnes sententias pontificiis decretis repugnare, nec esse aliquam harum, quæ aliqua pontificia lege possit confirmari, Quod ut appareat, clarumque fiat, repetenda hæc sūt paucis suprâdicta septem tempora, quibus temporibus nullam prorsus legem, nullam omnino rogationem, à Pontifice vllò factam, aut aliquo in Concilio dictatam, reperimus, qua in rogatione, quæue in lege aut decreto, aut canone, hæc simplicia beneficia, quo ad id de quo quærimus, comprehensa sint, quinimmo expressa Romanorum pontificum responsa omnino contradicunt. Atque in primis adducantur, ex primo decretalium constitutionum iure Alexandri Romani Pontificis constituta, quæ hac de re perlata fuere, nonne constituta illa clarè innuunt, ex acceptione secundi beneficii, primum neutiquam mox perditur: nec à suo possessore, per vacationem ipso iure auelli? quæ tamen constituta, aliqua ex parte postea emendata fuere, Quare videndum, quibus in sacerdotiorum generibus interuenerit hæc emendatio: ut in quibus correctio nulla accesserit, illa antiquo iure censeantur, persistantque in ea lege, quæ & harum rerum initio, & tempore ipsius Alexandri Romani Pontificis, obseruabatur: igitur illa lex, quæ præsidente in ecclesia Alexandro, hac in re vigeat, correctâ primùm fuit per Lateranense Concilium, deinceps subsequutum, atque sub eodem Alexandro celebratum, quo concilio, ab ea lege, atque antiqua obseruatione excepta fuere parocchialia curataque beneficia, tum dignitates, personatusque: aliud præterea nihil nec in his quidem ipsis vixdum inflicta est, improvisa, minusque festinata priuatio, Dehinc subsequuta est altera emendatio, dictata in Concilio generali, Innocentii Pontificis tempore, quæ ad ius antiquum, & ad Lateranense Concilium, addit, in eo quidem sacerdotiorum genere quæ animorum habet procurationem.

q ca. præte-
rea & ca. con-
querente ext
de prebe

r ca. quia non
nulli de cler-
non res, ext.

f ca. de mul-
ta ext. de pre-
bend,

Tum & in dignitatibus, personatibus, præfecturisque magnis, & momentosis properatam ipsam atque præcisam exclusionem, sanorum accumulationi planè, moxque & præfractè obfistentem,

Alia & postèa prodire tempora, quæ ad prioratus monasticos relata item fuere, ut scilicet in his quoque cessaret, antiqua Alexandri Romani Pontificis laxa nimis constitutio, At nusquam nūquamque supradictis temporibus supradictisque constitutionibus, de sacerdotiis simplicibus facta est vlla mentio, præscriptaque lex vlla, quæ diceret in hisce antiquum Alexandri ius emendari, quod cum ita sit, cōsequens est, in hisce simplicibus sacerdotiis antiquas Alexandri constitutiones vigere planeque obseruari debere, Quod consequens corroborabo, hac item validissima ratione, Recentioribus quidem Conciliorum decretis: ad emendationem iuris antiqui statutum fuit, per adeptionem secundi curati parochialisve beneficii, ipso iure in vacationis causam, primum quod possidebatur, incidere, concilium vero quodcumque sit illud, disertè de curatis vbiq̄e sacerdotiis, dignitatibus, prioratibus monasticis, & curialibus, parochialibusque templis, hac in correctione iuris veteris, verba facit.

Ergo cætera fana, quæ sunt in alio genere beneficiorum censentur hinc excludi, atque ad antiqui iuris obseruationem reiici, " nam si patres iisdem in Conciliis, voluissent antiquum ius, in hisce quoque simplicibus corrigi, cur nominatim de curatis, dignitatibus, personatibus, monasticis prioratibus, idque genus templis aliis, mentem suam, quo ad hanc attinet emendationem, expressissent: at non potius de omnibus cuiuscumque generis sacerdotiis, fanis, templis, leges has antiqui iuris emendatrices, generaliter pertulissent, cum illorum expressio, claraque in hisce conciliis inductio, horū sit, id est, simplicium beneficiorum, manifesta, plana que ab ea noua lege exclusio, qua, si significare voluerunt, ista simplicia beneficia, à correctione, quam inducebāt, excipi par esse: præterea, illæ leges, correctrices sunt, & multæ simul, poene-

que

que inductrices, quarum legum illius nempe modi, rarò, aut nunquam, sit extra suas species egressio, & ad ea, de quibus nominatim non fuit dictum, extensio, aut interpretatio: Ad do vnum, quod maximè ad rem facit, videlicet, si hæc ipsa in simplicibus fanis assiduitatem, perennèque moradi causam postulantibus, ita se haberent, uti prædicti doctores censuerunt, vsque adeò ut in ipsis, per adeptionem, acceptionemque secundi, primum, templum, ex vacatione dominum mutaret, quid opus erat Vienenfi in Concilio adiungere vacationem huiusmodi, nempe quæ sit, per acceptionem secundi sacerdotii, etiam ad ea sacra beneficia referendam esse, quæ vicariæ ædis perpetuæ, nomen obtinerent? in quibus, animorū esset itidem habenda cura: nam cū certū sit, eas omnes ædes tales assiduū sacerdotem, quique ministerio quotidiano alligatus, perpetuò ibi degat, requirere: certè ea ipsa ratione, sub prædictis legibus, quæ antiquū ius emendarūt, intellectæ cōprehensæque fuissent, qua, isti putant, beneficia simplicia in legibus illis cōclusa, atq; cōplicata fuisse, ob assiduitatem scilicet quæ requirūt ministerii: sed id certum est, si patres eo in Vienenfi cōcilio, non existimassent, per superiores Lateranensis, & aliorū pōtificū leges, Quod ad correctionem antiqui iuris attinet, de huiusmodi vicariis perpetuis, nihil cautū fuisse, nunquam ea de causa legem vllam nominatim, apertisq; verbis fuisse laturos, Qua lege sancirēt, id genus sacerdotiorū, in quo perennè vicarius, perenni pro animorū procuracione, impedit operā, ad præcedentiū conciliorum iura, quod ad hanc vacationis causam attinet, deduci debere: ineptum nāque fuisset, atque superuacaneum, quæ iam cōciliis & Romanorum pontificum constitutionibus, sancita fuissent, tanquam dubia & noua, iterum nouo iure, & planè superuacaneo, eadem de re sancire: Quam opinionem quandoque Paternitano placuisse comperio, reiecta sua, quam postea adiecit distinctione. Nec stare potest sanè, Argumētum, quod pro sua constabilienda sententia huc adferunt nostri iuris pōtificii cōsulti, cuius argumēti talis est ratiocinatio. Benefi-

m

ca. cum singula de prehen. in vi. cle. quare gulares de suplen. negli prelato.

v l. cum prætorff. de iud.

ciarius curatus aut parochus (inquiunt) quia assiduam debet operam, suo perpetuò commorari debet in sacerdotio, & quia duobus in locis, eodem tempore nequit consistere, neque duas simul, duobus in fanis præstare functiones, idcircone duas quidem, eodem tempore possidere potest parœcias. quod si secundam accipit, priorè ex vacationis causa ipso iure perdit: hac eadem ratione, præfectus sacerdotio cuius simplici, assiduam functionem requirenti, quia eodem tempore, duo nequit præstare obsequia, eodem quoque tempore, duo talia fana, non quit retinere, Quæ argumētatio, ex partibus, vt ipsi inquiunt, ducta causis, mihi non placet, quòd nulla iuris autoritate fulciatur, nulla enim lex, canon nullus hoc innuit, eaque de causa, præter leges induci vacatio nequit: neque par est, causa neque ratio similis perœciarum, & horum simplicium fanorum, nam in perœciis, agitur de salute animarum, quæ haud dubiè in periculum possunt incurrere, si qui eas procurant, suo non fungantur, assiduo officio, quæ ratio in his simplicibus fanis cessat, vt pote, quibus parœciis præter assiduam immorandi causam, adiuncta est quoque, assidui officii, animarum scilicet procurationis, momentosa ratio, quæ ratio simplicia illa fana, quantumuis perennem fessoris sedem exigant, neutiquam respicit, Et quidem perpetuò vsquam desiderare, satis id ipsum per se leue est, si cetero qui non adest, curationis animorum, ponderosa, & æterna causa. Restat adhuc quoddam genus sacerdotiorum, de quo in hac materia nihil dum est dictum, quod tamen minime prætereudum videtur: ea sunt Antistitia, & religiosa, monasticaque cœnobia, quæ vulgo abbatias appellamus, dicendum igitur in hisce, quid hac in subiecta quæstione iuris statuendum veluti, Ecce quidam qui abbatia donatus est, cum antea nonnulla possideret sacerdotia, Querendum, à quo tempore per adeptionem istius monastici Antistitii, vacent illius priora beneficia, an ex quo benedictione faustaque & auspicata (vt latini loquuntur) precatione, per superiorem magistratum, ob causam adepti Antistitii, lustratus est, an ve-

rò ab eo die, quo in cœnobii possessionem tranquillè venit: & profectò, hæc quæstio aliqua dubitatione non caret, nam si referamus, vt certè referendum esse concludetur huiusmodi antistitia & genus cœnobiorum, ad causam rationemque qua censentur aliæ minoris inferiorisque ordinis sacratæ dignitates, præfecturæ, magistratus, aliaque vulgaria, & popularia sacerdotia: tum satis decisum erit, per subsequutam abbatie possessionem tranquillam, vel culpam abbatis, quæ factum sit, quominus possessio illa tranquillè subsequeretur, vacationem priorum sacerdotiorum in medium prodire, propterea quod, in hisce inferioribus sacerdotiis, solius admistrationis, quæ vel iure, vel re ipsa aduenit, habetur ratio, modò antecesserit ex collatione non inanis titulus. Certè idem quoque, in hisce monasticis cœnobiis, de quibus incidit quæstio, constitui debere putandum, nã nec cœnobiarchæ abbatæque consecratur, & ideo ad rationem causamque episcoporum, quorum propria est consecratio, referri & adduci nequeunt, duntaxat manum ipsis imponit episcopus, & tum instar quoddam, & quasi faciem consecrationis accipiunt, at non veram utique consecrationem. Quod verò atinet ad lustricam illam benedictionem, qua sunt abbates à superiore potestate insigniendi, ipsa quidem exornatio quædam est, ea, pro ceremonis decoreque Antistitii introducta, Verùm sine ea, abbas, verè abbas efficitur: potestque si episcopus, cuius est, illam benedictionem dare, protrahit, differtque in aliquot dies, nihilominus monachis suis lustricam suam benedictionem, tanquam verus absolutusque abbas impartire, ^b At episcopus nisi adsit consecratio, quæ illum inaugurarit, absolutè perfectèque non fit episcopus, ^c Quare in re de qua agimus Abbas cum Episcopo nequit, componi compararique: hinc relinqui, vt quo ad hanc item re, cum inferioribus ecclesiastici ordinis præfectis cõmodè congruenterque cõparetur, Quod si hæc res secus ac diximus sese haberet, sequeretur perincosequens: nã cum clari iuris

a glo. ca. or
dinationes ii
questio. ii.

b ca. statui
mus de sup.
negli. præla

to.
c ca. trammif
sa de electio
ca. nisi de au
tho. & vsu
pallii.

fit nullum tempus huic auspicandæ lustricæ benedictioni Abbatibus per leges præfinitum esse, profectò eueniret, si ad tempus illius benedictionis inite priorum beneficiorū referretur vacatio, antè verò nō: abbates vacationem illam eleganter possent eludere, dum moræ neccentes vel etiam ultrò accerfentes causam, lustricam illam benedictionem, (cui petèdæ, ineundæque nullum per leges assignatum est tēpus,) de die in diem ducerent, nunquamque ad illam peruenirent. Et postremò vt clarius dignoscatur, quanta sit inter episcoporum consecrationem, & hãc abbatum benedictionem differentia, atque distinctio, ne eas inter se committi componique atque comparari hac in re posse putes, Accipe tu in primis, in consecratione, dum ea episcopus inauguratur, sacratū characterē, sacratamque inunctionis sanctæ figuram in ipso episcopo imprimi, ^d adfigique, modò is antè in sacerdotum ordinem fuerit relatus, ^e At in hac abbatum benedictione, nihil horum fit, nullus sacrosanctus character adpingitur, nulla sacrati ordinis nota datur, nulla inunctio, ipsa namque nihil habet in se sacratorum ordinū, tantum solēnitas quædam est ^f & fausta auspicataque vt diximus, precatio, qua abbates ad benè agendum sanctèque ac religiosè munus suum, tum capessendum, tum etiam administrandum, quibusdam piis & sanctis orationum precatationibus, auspice autoreque deo, per præfulem superiorem incitantur, id quod ipsum subtilius atque altius Oldradus aliquando & disputauit & explicuit, ^g igitur colligendum, idem ius quo ad hanc rem in abbatibus vigere, quod in aliis viget inferioribus, tum templis, tum sacerdotiis: porrò quæ superius diximus omnia, inducuntur in ea specie, in qua pro exemplo, proponitur sacratus homo, cui cum vnum is haberet beneficium, datum est & alterum: maior vtique abditiorque, in eo est difficultas, in quo, prodit idem sacratus homo, qui duobus oneratus sacerdotiis, tertio subinde superobruitur. Et certè si clericus iste, cui tertium aut quartum nō sociabile sacerdotium

d ca. de sacra
vnctione.
notatur ca.
post transla-
tionem ext.
de renuntia.
e ca. ex lite-
ris ext. de ex-
ceptio.
f hugo lxi.
dist. ca. quo
niam & ca.
manus i. quæ
stio p.
g oldrad. con-
ci. xliii. inci.
cum quartis.

tribuitur, destitutus prorsus est diplomate pontificio, quo diplomate, ei ad hoc tertium vel quartum recipiendum nō sociabile sacerdotium, facta sit aduersus leges gratia, non ambigendum, tunc factam illi de hoc tertio aut quarto sacerdotio collationem in irritum planè cadere, ^h hac etiam illi adiuncta pœna, si in possessionem istius tertii, aut quarti spontè consultòque & citra controuersiam veniat, simul ac in eam tranquillè venit, illis omnibus, quæ antè possidebat, sacerdotiis, per meram vacationem omninò vt concidat, ⁱ ita vt meritissimò, per vim autoritatemque legis, confestim ob ipsum factum, cui repugnabat Canonica lex, illis iam dictis omnibus antè possessis sacratis beneficiis, vnà cum no uissimi tertii, vel quarti, cassa planè irritaque collatione, penitus deturbetur, ^k iureque, & summi æqui, summi que boni contemplatione depellatur: infaturabilis quidem vir, & homo profligatè ambitionis, qui quum vni stationi, vt hominum communis est captus vix queat esse satis, tot sibi tamè temerè obeundas statuatur, qui pol quidem certè, hac ætate nostra, ac memoria maiorum complures sui habet, habuitque hac in re vna viros, confimiles: at de hoc iam satis.

h ca. ordina-
rii § in conf.
de offi. ordi.
in vi,

i cle, si plu-
res de pre. in
cle. ca. eum
qui de preb.
in vii

lz glo. card.
& ceteri dic-
cle, si plures.

Titul. 6.

DE SUBROGATIONE CON-
trouersi beneficii, atque lite, quæ de eo adhuc est sub in-
dice, in alium quempiam, vel per mortem, vel per cefsio-
nis causam tabulamque resignatoriam, transcribenda,
aut transcribi petenda.

Summa eorum, quæ differuntur hoc
in Capite.

Mortè, vel eiuratione morientis, vel resignantis eiurantisque beneficiarii, perit omnis, quem eo in beneficio, habuit, titulus, nec illius quicquam abit in successorem.

- 2 Qui iure trimę possessionis innititur, ex capite de pacificis possessoribus, illi opus est trium annorum tranquilla possessione, nec illi eam in rem, potest quicquā prodesse decessoris sui possessio.
- 3 Contendentium in fano, moriente possessore, altero verò litem persequente, non dabatur vlla olim, ex ordinaria antistitis ordinarii potestate, in ius locumque obeuntis, subrogatoria suffragatio.
- 4 Cui in alterius locum tribuitur subrogatoria tabella, necesse habet omnium, quę obtinet, sacerdotiorum meminisse.
- 5 Hodie moribus gentis nostrę, si in iudicio contendendum de fano vllō alter obit, siuè is sit in fani possessione siuè non sit, in illius vtiq; partes, vicemque, alius quidā ex ordinario præscripto subiicitur, impetrato eā in rem a principis cancellaria subrogatorio codicillo.
- 6 Qui sic per subrogatoriam tabellam, sufficitur, vestigia litis relictę repetit, statumque veteris causę, vti apud suū fuit decessorem, in manus sumit, nec illi, vlla opus est alia nouę litis institutione.
- 7 Isti subrogato petitori nihil est necesse, ob petitionem subrogatoriam, aduersę parti nominatim diem dicere, sat quidem est, si procuratori qui in antecessorē, pro aduersario steterat, nouationem litis denuntiet, subrogatoriamque controuersiam formula forensi indicet.
- 8 Petendę subrogationi præstitutus est annus, nisi petitor subrogationis, in possessione sit fani controuersi.
- 9 An qui per subrogationem in ius litęque sufficitur mortui, censeatur itidem in possessionem, quam defunctus habuit, suffectus esse.
- 10 Estnè subrogatus iste, qui hanc in causam, vel ex capite resignationis, vel ex mortis causa succedit, si quidem causa postea cadit, restitutioni fructuū obnoxius, quos suus percepit decessor.
- 11 Ad quanam, quātaque onera ex sui decessoris causa, vel

alio ex capite, tenetur iste subrogatus, qui sese hęc ex formula subrogatoria, litigatorem succidaneum apposuit, dictauitque aduersario subrogatorium iudicium.

Cap. 6.

HÆc tota subrogationum, vel trāscriptoria actionum causa, quum in medium proponitur, quæriturq; quid ea nata sit agere, efficere, dictare, quid item pati, in quæ diuidi, in quæ dispesci, quæ sit eius origo, qui vsus, quæ causa, quæ actio, qui tum casus, quæuè exemplorum species in eam incidant, denique quid habeatur hęc conclusum, diffinitum, præscriptum, atque plurima alia huiuscemodi, pro disceptatione huiusce loci, sicuti poscit artis ratio, causęque institutio, in rem præsentem cum veniunt: statim obiici potest, totum hunc locum, à re sacra & sacerdotali planè explodendum, abarcendumque, neque per veterum instituta fieri posse, vt vnquam vel in actū via ordinaria, vel in vsum legitimę actionis deducatur, quare superuacaneam videri omnem de re ea quæstionē disceptationēque, vtpote de causa minus canonica, quippe quæ hæreditariam rationem suboleat, referatque planè naturā imaginēque causę successorię, quam improbat funditusque tollit sacer Canon, ^a a ca. Moises, viii. quęst. i. hinc haberi, ius omne titularium, quod quis vllō modo habet, in fano, per mortē ipsius omnino extingui, nec aliquid illius, in successorē transgredi, ^b qui successor, à se solo pēdere debet, suoque inniti capite, omnē scilicet causam, à noua, quā in id fanū sibi quæsiuit collatione, possessionēq; planè deducēs, nihil prætereā, quod alienū sit, spectaritque ad alterū, hac in causa respiciēs: præsertim quū liqueat, beneficiariā rationē omnē iuris, prius esse (vti diximus) personalis atq; ad eōdē personalis more veterū, vti decedēte persona, vel à se illud abalienāte, ipsū quoq; illico pereat, atq; subuertatur, nec in vllū quęquā aliū hoīem, vna alia quaq; ex causa,

^b Io. And. ca. ex parte ext. de arbi. Panor. ca. cura ex. de iure patro. Io. ca. mona. de indemnitati-bus de elect.

actione uè ab alienate vel moriete, successione iure, vim capiēte vnquā trāseat, ^e hinc fieri etiam, vti sit decisum, in omni hac sacerdotiorū causa, à possessione vnus que sita, etiam bono cum titulo, non iuuari vllum alterum, neque ab ea, suum posse quequam hominem, vllō pacto titulū (vtpote rem singularem quæ suum solum respiciat dominum) suffulcire, vel paulò quidem modo adminiculari: ita vt posita specie in homine, qui biennium totum potitus tranquillè beneficio, hac ex vita decedat, in cuius locum, ad id beneficium succedit alter, totidēque dies, hoc est, alterum biennium, eo itidem tranquillè beneficio potiat, nō posse tamen sibi quicquam de tempore illius superioris premortui, in cuius deuenit sanum, desumere, ad hoc, vt ex capite de pacificis possessoribus, quod integrum requirit triennium, sese tutum, eo in fano queat conseruare, omnēque eius controuersiam, submouere præscriptione temporis, quippe quia in ea præscriptione temporis, trimam exigēte diem, id solum tempus quod suum fuit, sit ab eo deducendum, non item alienum, cuius hac in causa, nulla habeatur ratio, ^d propterea quod in beneficiis, ppria specialēque sunt tituli, ppria & peculiaris ratio, ppria causa, ppriaque & peculiaris possessio, tantumq; sibi, de his quisq; potest addicere, adscriberēq;, quantum suo ex capite, in causam per ipsum quit deducere, nihil præterea aliud, alia ex aliena causa, alio uè ex homine adiectitium sibi apponere, vnde bene patet constatque liquidò, in beneficiaria causa, nō posse quequā, alterius titulum, ad se traducere: quæ res, nempe traductio omnis talis, antiquis legibus adeò displicuit: quæ voluere cum omni persona aboleri planēque extingui omnem titulum, vt si acciderit, è duobus super fano vno contendentibus alterum litigatorem, in possessione obire, alterū porò superstitem esse, eumque per se autoritate sui innixum tituli, causam persequi, non posset tum per easdem veteres leges, ^e id sanum, ordinario à collatore seu vacans tribui, cuiquam superuenienti alteri, quin nec quisquam alius, per idem

^c Inno. in ca. quia Gufflermus ext. de iudi. & de ca. dilectis de res. Ro. ma. conc. cccclxxiiii.

^d Glo. prag. sanct. tit. de pacif. posse. verbo possedit. gome. regu. posse. quæ titione xvi.

^e ca. hi cōtra quos vt lit. pend. in xvi.

idem ius, in causam locumque demortui, eam ad sacrā adē, sublegi, vel subrogari, ^f quod si ita res habet, sequitur clarè, verū esse, quod initio positū est, videlicet, totū hoc quæstionis caput, quod ad subrogatiōes litēsque, rebus in sacris trāscriptitias pertinet, veteribus legibus nō valde placuisse: ^g quia tamen vsu venit, vt in cōtrarium hodie res verterit, immò non sit causa, ferè alia, vel in foro crebrior, vel etiam plausibilior, & ad omnem iudicialē disceptationem accommodata magis, discutiēda sunt nimirum superiora thesis capita, de origine scilicet illius, vsu, causa, specie, & ratione, aliisque supra positis. Atque vt negotiū in pauca conferam, sciēdum porrò habēdūq; est, his omnibus, & causam & initium, pōtificē summū dedisse: omniaque hoc in negotio, ab eo depēdisse, vt qui primus, illud in actū speciēq; deduxerit, ^h nam euenit, vt petentibus sese hac in specie, in locum iusq; defuncti litigatoris suffici, rescribique suā ille gratiam nō denegarit, huicq; pōtificæ gratiæ nō obstitit re ipsa vetus canonū ius, summū ordinarium uè præscriptum, ⁱ vnde accidit, pcedēte dein tēpore, sicuti rebus in omnibus fit, vti ea gratia pluribus postea sēsīm poscētibus nō denegata, mo dū acceperit viæ ordinarię, trāseritq; veluti in ius scriptū, & quodāmodo quotidianū, ita vt ea gratia, vim adepta collationis ordinarię, omnibus causis, quibus innititur immittiturq; ipsa collatio ordinaria, vel Papę, fuerit suffulciēda. ^k hinc respōsum per doctores, huic succidano, & subnūcupato litigatori, sua in subrogatione, & subnūcupatiōe, necesse esse, beneficiorū quæ iam obtinet, mētione facere, si cuti sit in omni beneficiarię impetrationis, pōtificio diplomate, quod ni fiat, impetrationē illā, vt rem planè obreptitiam censendā. ^l hoc igitur fuit harū subrogationū, in litigiosis sacerdotiis, suffectionūque, & transcriptionū, de vno in alterū approbationis initium: nam videns æquitas, quotidie per Pōtificum summam autoritatē, hisce locum dari, subrogationes tribui causæ mortuorum, in iudiciis succedi, subdisceptatores quotidie in rationē abeūtium enasci, id vt

^f cle. si. vers. cum interim vt lite pend. in clement.

^g Rota deci. cccviii. inci. nota quod se cūuū & deci. cccxxxix. inci. nota nunquid in Ant.

^h Dic. cle. i. vt lite pend. i Rota deci. cccxi. quæ incipit, item si lite pēden. te & deci. cclxxiiii.

quæ incipit itē quod sic. K glo. prag. sanct. tit. de paci. posse. verbo possedit. Ruzeus tract. regu. in quāto priuil. ebu. tit. de mada. apost. verbo successores.

^l Rota deci. cccxi quæ incipit itē si lite pēden. te, & deci. cclxxiiii. Inno. sic Phi. franc. dic. ca. ii. vt lite pēdente.

minore cum damno, minoréque cum prouincialium dispendio, fieri posset, suasit, vel saltem permisit, vt id quoque tribuendæ subrogationis ius, ad ordinarios collatores, vel alios legitimos, hanc ad rem Antistites in prouincia quoque nostrate vel alia dilaberetur: hocque passim iure vtimur: quare pro conclusione huiusce loci, hæc nunc pono, hanc in rem, ordinaria moribusque nostris receptissima axiomata, nempe sic, Altero ex contenditibus de fano, decedente, in illius ius & causam, ordinarius Antistes, alium legitimè substituit, confertque: porrò qui ab eo Antistite in id ius, per viam collationis est sublectus, vel qui per mortui aut superstitis, resignationem, in id ius per Pótificem deuenit, literas tum iustitiæ, à regia cancellaria ^m impetrat, quarum autoritate, in defuncti vel cedētis ius, omnémque causam, rei litigiosæ, subiiciatur: & eundem ipsum, quem habebat mortuus, ea in cōtrouersia locū planè obtineat, hac ille suffultus codicillari autoritate, litè quidē nō inchoat, nec illi necesse est, tantum procuratori superstitis ⁿ litigatoris, cōtrouersiam denunciat, citraque vllam partis, ea de re, in ius vocationem, ^o litem illi indicit, vel per obitus causam, vel per resignatoriam eiurationem agnoscendam, atque eo in statu causæ repetendam, in idque omninò ius continuandā, quod defunctus habuit, & secundum hæc omnia, iuxtaque hanc obseruationis formulam, ius illi hodie, hac in subrogationum materia, moribus nostris dicitur.

Item aduertendum, propterea quod ciuili regioque foro, vbi de possessoria beneficiorum causa, per interdictum hodie agitur, cōtenditurque, ea quidē interdicti causa, summaque rationis possessoriæ, annalis est, nec vltra progreditur, subrogatum istum hominē, si intra annū, sua in iudiciū nō profert subrogationis diplomata, horum que vi, in causam mortui, trāscribi non petit, non esse postea, eam in rem admittendum, ^p vt qui, cōtrouersiam morte, vel celsione, iam primūm (quod attinet ad ius defuncti) sopitā, intra annum spatium, hac in causa possessoria, in foro regio tribu-

^m Ruze. tract. rega. priuile. viii. Moli. reg. de publ. nu. cccxiiii.

ⁿ Rota deci. iiii. s. Antiquis Feli. ca. quia v. de iudi. o Rota deci. cccxli. in no uis.

^p galli. arest. cccxiii. Ca. ro. Moli. reg. de publ. nu. cccxiiii. Rebusi. titu. de mād. Apo stol. ver. successores.

tum, pro eo defuncti iure, quo solo innititur, nō curarit vllam ratione refocillandam, sciueritque superstitem litigatorem, sese aduersus subrogationis vim, annali possessione, eaque tranquilla munivisse, propterea quod, neque illi, ea de re, per id tempus, iudicium mouit, neque possessioni alio modo incubuit: nam si alterutrum fecerit, aut re ipsa venerit in possessionem, tunc secus est ^q statuendum, dicēdumque quancumque voluerit, aut potuerit, hunc in casum, permittum esse, superstitem litigatorem, vel de subrogatione, vel de repetita cōtrouersia, in iudicio appellare, tum quia possessori, in suum detrimentum, tempus nunquam currit: quin, quò possidet sine lite diutiùs, eò hac in re sacerdotali, causam suam potiorè efficit, tum quia quoquomodo huic iste insistat possessioni, seu occupator, seu verus possessor, modò possideat suo nomine, causam subit hac in posita specie veri, & nō ficti possessoris, talisq; etiam si non prædicet quicquam huiusce rei, proponatq; per præsumptum iuris iudicium existimatur. ^r Nunc subsequitur quæstio, quæ à superiore dependet, scilicet, qui transcribitur in ius, cōtrouersumque defuncti iudicium, an in omnem quoque possessionis rationem quam defunctus habuit, hac subrogatoria transcriptione suffectus fuisse censetur, hæc quæstio, est pars atque accessio quædam, tractati capituli, nec hîc tamen est minor cōtrouersia, nec minore explicatione res indiget. Poterat quidem videri Rota, omnem exemisse scrupulum, cum suo in iudicio pronuntiavit, suffecto isti, & in ius defuncti subrogato, omnem addici defuncti titulum, possessionis verò causam tum demum dari, si id nominatim ferat tabella subrogatoria, sitque dictum: sin minus, possessionis certè cum hoc subrogato nullam habendam esse rationem. ^s huic quæstionis solutioni, hoc forsitan Rotæ iudicium satisfecisset, si in eo acquiuisset recentium Doctorum schola. At isti recentiores, dum adhibita maiore quadam (vti putant) moderatione, rem nituntur euoluere, illam magis

^q Moli. dic. reg. de pub. & dic. nu. cccxliiii. Rebusi. dic. rubric. de mād. aposto. ver. successores.

^r Io. And. & Gemi. dic. ca. si hi cōtra quos Glo. & docto. L. stipulario ista: habere licere s. hoc quoque de verb. oblig. ix.

^s Rota deci. cccxxxv. in Anti.

inuoluunt, contegūtque obscuriore verborum inuolucro, sua cum allata moderatione, ac temperato proloquio aientes, per modum nescio cuius formę, distinctionisque, sic extricandum negotium, vti habita scilicet ratione, quemodò concepta sit subrogationis tabula, ad eum modum, ad eamque verborum rerumque formulam, qua illa fuerit concepta, res tota sit dirigenda, nempè si verba transcripti iuris, transcriptęque controuersię, sic habeant, vt indicent planè gratiosam esse subrogationem, ferantque in se gratificationis eximię iudicium: tunc illa ad possessionem quoque pro tendantur, eò quòd tributa summo fauore, summum etiam fauorem complecti debeant, & possessionem quę eo a fauore maximè pendet, planè includere, atque in eam successorem nuncupatum sublectumque, fauorabili nuncupationis suę vi, acciuisse censeatur: nam si id non fieret, quid haberet gratiosa illa subrogationis tabella, in se eximium precipuumque? Sed si verba subrogationis tributę, nullam precipuam denuntient gratiam, tantummodò mandatum habeant de attribuenda in ius demortui nuncupatione, conceptum quidem simplici, & vulgato more: qualem morem modumque fert stricta subrogationum lex & vulgaris, cõmunisque attributionum formula, hunc in casum, haud dubiè esse statuendum, per hanc communem transcriptionis subrogatorię tabulam, possessionis ius neuti quā venire, & neque eam possessionem in hũc verè rescribi posse sic subrogatum litigatorem, vel ob id maximè, quod quum hęc attributiones omnes, mandati que subrogatorii tabulę, stricto angustoque iure censeantur, nihil certè in his sit extendendum, * quin coarctanda omnia strictimque etiam, angustissimèque ac intrā suos modos accipienda, ita vt quātum in his sit expressum, tantundem intelligatur, nihil præterea aliud, atque hoc in subrogatorio generali mandato, nulla de possessione fuit nominatim adposita clausula, nullum in id coniectum verbum, de iure tantum & titulo demortui facta fuit generaliter mentio, cautumque eo dũtaxat nomi-

v ca. si pluribus de preb.

v gomefi. regu. de subro colligato quest. ix, x ca. p. & ca. dispendi. de rescrip. in vi.

ne isti homini subrogato: igitur eo in defuncti titulario iure, attributio ipsa remaneat, nec cancellos suos egrediatur. hæc adferunt isti, & pro confirmatione opinionis suę, non contenti priore illa Rotę sententia, mihi verò, vt quod sentio, dicam liberè, nec admodum placuit Rotę ea in re iudicium, nec istorum etiam positę distinctioni subscribo, nam perpédeti Rotę iudicium statim subibit, nihil attinuisse de facta, in nũcupatione subrogatoria, vel non facta possessionis mentione discrimen ponere, id enim ad rem non facit, nam subrogatoria tabella, quantumcũque vt volunt isti recetiores, arcto contractoque (vt re vera est), iure sit cęsenda, nec vltrā suos efferenda terminos, instar omniũ aliarum extraordinem attributionum, quarum parcè habenda est ratio, tum istius maximè, vt quę bona ex parte repugnet iuri antiquo, tamen vt id ipsis concedam, vnoque breui contextu discutiatur Rotę istorumque censura, non video quid ob id vetare possit, vt non vtrobiquè in posita specie, censeatur in subrogatum, translata possessionis ratio, siuè nuncupatoria subrogationisque in tabella, id sit nominatim dictum siuè non, vel item, sit illa tributa in fauorabilem quantumuis gratiam, vel in mandati solummodo vulgaris cõmunisque formulam, nam quocũquè res vertatur, in hac subrogatione, mea quidem sententia, cõprehēdetur possessionis causa, perpendatur enim subrogatio, in quāuis concepta generalem mandati formulam, indicabit ea quidem certè, vel clarè disertèque, vel tacita quadam atque ea inexpugnabili interpretatione sui, atque proprietate, scriptionem nihilosecius semper in litem, tum mancipii tituli que, tum ipsius possessionis atque vtrumque, in æquam partem respiciet: atque eo, quod ad possessionem attinet, æquiorum quidem secundum nos, propterea quod moribus nostris, Gallorum solo iudicio possessorio, hoc est interdicto in re beneficiaria, semper contendatur, vnde fit, vt i statuam non inani ratione, in hisce quę dicta sunt, istum sublectum in-

y gomefi. de subro colligato quest. p.

ius, litemque defuncti, per hanc suam transcriptionem subrogatoriam quantumvis generalem, subiectum semper censeferi in causam omnem: itemque in ius omne decessoris sui, ideo non solum mancipio iudicioque titulario certare posse, verum, & uti possidetis ex capite quidem eiusdem decessoris interdicto, proinde petere quidem vindicias quæ secundum defunctum aut cessorem fuerunt dictæ, sibi adiudicari, ex eisque iuxta possessionem fiduciarium, bona sacerdotii omnia, fructusque possessum & perceptum tum ire, tum mitti iure optimo postulare posse,

Quod ut ita censeam, moueor etiam auctoritate Ulpiani iuriconsulti, suo in claro responso, ^a ad superiora etiam confirmanda multum faciente, innuit enim is ea in specie, qua in specie proponitur, pro aliquo homine, quadam ex causa interpositum decretum fuisse, qui homo sit postea mortuus, decretum illud in heredem ipsius plane transferendum, ipsumque heredem eo omnino loco, eoque ipso in rerum statu, causaque, & ratione, quod attinet ad ipsum decretum, omnibus ex partibus futurum, ac si pro ipso heredem, decretum illud, peculiari precipuoque ipsius quidem nomine, interuenisset: qua ex Iuriconsulti decisione, superiora nostra liquidò item constituuntur, firmanturque, cui & adiungenda Alphenitè Iuriscòsulti responsio, pluribus exemplis, & rationibus sua in lege allatis, plane corroborata, cum ait subrogationem vel potius vel iudicium, subdisceptatorumque, qui in controuerso iudicio, in locum aliorum subleguntur, eandem omnino rem, idemque plane iudicium, quod fuerat antea, efficere, ac in eandem venire causam, rationemque, qua in causa, & ratione, priores, in quorum isti venere locum, extiterunt: nihilque omnino hac in transcriptione immutari, præter litigatorum, & iudicum nomina, cetera rata, firmaque, & eundem, que antea statum causæ obtinentia permanere, ^b Atque sic, ex utriusque potissimum Iuriconsulti responso, nostra modo posita rata maneat sententia, quæ & Baldus comprobasse videtur, ^c nec putandum cum hic de eadem, tollam, ago de possessione, eam me possessionem solam intelligere, quam

^a L. cum qua
si de fid. com
miss. liber.

^b L. propone
batur. ff. de
iudi.
^c Bald. l. vni
ca s. i. in fine
de cad. toll.

reale vocat, hoc est apprehensionem factam corpore, pedisque vel per se, vel per procuratorem illationem in sacerdotium, nam illa, cum occupando corpore, veniendoque; vel per se, vel per procuratorem in rem presentem solum, fiat meri utique; est facti, idcirco ad subrogatum neutrum transfunditur, nisi eam ipse per seipsum aut delegatum, in id, hominem, rem ipsa capiat, ^d factum enim ea in re mortui, qui in possessionem ipse deuenit, requirit; ipsa sanquam apprehendit, isti prodesse nequit, nisi rem vera possessionem ipse quoque apprehendat, ex parte sua. Hoc extricato questionis capite, aliud nunc sese offert, An scilicet ex hoc subrogationis capite, litigator transcriptus, si cadit causa, multandus sit, restitutione fructuum, quos is percepit, in cuius est causam transcriptus hic locus, ad superiora pertinet, ab hisque causam omnem ducit. Esto igitur, ut breui expediatur tota questio, fac, ut competitorum in fano alter obierit, vel cesserit, prius tamen percepto emolumento fructuum, occuparitque illius locum alter quidam, per formulam codicilli subrogatorii, isque causa exciderit, tenebitur enim is restitutorio fructuum iudicio, quos fructus decerpserit cessor suus, aut is, a quo ex alia ratione causam subrogationis habuit: & quidem hac in specie, id vnum dubitationem adferre videtur, quod æquum sit cum qui spe lucri, controuersum ambiuit iudicium, damnatum quoque, si quod hinc suboriatur, æquo animo perferre, atque in utrumque paratum esse, seu fors iudiciorum bene ceciderit, seu in contrarium verterit: nam quum sponte quidem, cogente certe nullo, in litem irrepfit, scire debuit, ancipitem esse iudiciorum aleam, & vnde commoditatem spectauit, incommoditatem quoque si eueniat, esse ab ea parte sustinendam, hæc quidem perbella est ratio, quam tamē facile obruet, qui dixerit, huic rationi locum esse posse: si quidem transcriptus iste, ab auctoris sui iure, id est, ab eo, cui successus est, hac in controuersia, totus penderet, nam tum dictarum æquitas, ut cuius lucrum, exuuiasque, in ancipiti causa sequutus est, eius quoque, si ferret casus, eadem ex causa subire debeat incommoda, hæredum more, quæ cum cernunt damnosam, vel dubiam hære-

^d l. cum hæ
redes ff. de
acq. poss.

ditatem, damnis quoque, si qua sint, aut casibus aliis dubiis obici coguntur. At hic longè aliter habet ratio, nam suffectus iste, nihil omnino, vel paululum admodum, à cessore, vel aliàs mortuo, sua in controuersa causa dependet, quin illam omnem aut potiore melioremque partem ad collationem refert Antistitis ordinarii, vel Papæ. quam collationem, vel ius quodcunque aliud bonum, canonicumque, mortuo, vel cedente autore suo, sibi quæsiuit, perindè atque fit, quum beneficiarius quiuis, suum quod tranquillè habuit, in alium vel per mortem, vel per cessionem, beneficium transmittit, nec hîc respicitur autoris causa, nisi per obliquam viam nempè vt perspiciatur, an in vacuum beneficium, vel per mortem, vel per cessionem ceciderit collatio: ideo non mirum, si hic subrogatus, omninè, quod à predecessore suo, in cuius est locum suffectus, debebatur, fit liberandus: vt pote à causa, quam ipse suo ex capite non contraxit, & quam ad se neutiquam spectare magno cum iure potest dicere: idque adèò verum esse putatur, vt à multis doctis viris responsum sit, ipsum autorem, hoc est, antecessorem subrogati, tum pro fructibus, tum pro cæteris litis impendiis, & accessionibus, quæ ad id quanti interest referuntur, obligatum ex suo semper capite persistere, atque in nexu litis, hisce pro rebus remanere, atque eum litis nexum, pro eaque impendiorum & fructuum causa, obligationem, non quidem ad subrogatum sed ad hæredem suum transmittere, Quin etiam, sunt ex nostratibus, qui pro hac parte, quoddam senatus placitum intercessisse asserant: vt cum què res habeat, sic in vtranque partem disceptata, ego tamen, quod frequenti in senatu, hac in fructuum causa, & agitatum, & decisum obseruauit, hîc adferam, quod fuit huiusmodi, vt in simili proposita specie, adhibita distinctione quadam, decisum iudicatumque sit negotium, videlicet, si quidem qui in litem per codicillos subrogatorios transcriptus, atque in locum abeuntis suffectus est, testificatus sit palam, se eam litem, ita demum agnoscere, in eamque conditionem, eam in sese recipere, vt ex ea, nolit quod at-

quod attinet ad fructus, ab antecessore decerptos, vllam suam captionem fore, vllam obligationem ad se transfundi: quicquid est huiusce rei, omne id à se planè abiicere, in eumque duntaxat modum, hoc controuersum subire iudicium, quod non subiret, si apud se putaret, horum fructuum rationem remansuram, tum quidem senatus, ob eam iudicalem testificationem, consueuerit transcriptorium istius subrogati diploma pronè, exauriendo, postulatque subscribendo, ipsum subrogatum, in eam litem transcribere, mandareque, ea quam is subrogatus testatò dixerit conditione, inacta referendum, cætero qui, illum alterum qui antecessor fuit, aut si quidem mortem obiit, hæredem ipsius in pristino controuersæ nexu pro fructuum, quos ille decessor decerpserit, reliquatione retinere: sed si accidat, vt suffectus iste, in causam subrogationis, pura simplicique via, sit transgressus, neque quo ad fructus attinet sui antecessoris, quicquam huiusmodi, quod dictum est, testatò reclamari, tunc illum haud dubiè, cum omni nexu, omnique præstatione fructuum, de quibus agitur, litem suscepisse censerit, ad omnemque præstandum iudicii euentum, quem, is à quo causam habet, præstitisset se planè obligauisse, atque eam prorsus obligatione teneri, sicque rem ipsam vidi, adhibita hac prudenti equaque moderatione in curia temperari.

Sequitur nunc alia, hac in materia disceptatio, Quid porrò de oneribus censendum, quibus oneribus, eo in fano controuerso, obnoxius erat antecessor, An & ea, in subrogatum transfundentur, ab eo quidem, postquam & liti successit, & in ius antecessoris trãsiit, præstanda exoluendaque omnia: & certè, hanc in disceptationem, pro ea parte, quæ subrogatum hunc oneribus hisce exoluendis, quæ suum autorem contingebant, obligatum, quoque & planè nexum vellet, adferri possent, quæ supra de fructibus allata sunt: nam illa etiam, hanc causam respiciunt, tamen sublata maiore contentione, verborumque colloquutione, breuiter meam hacce de re, habeto sententiam, atque dicito, tum secundum rationem

e ioa. and. ca.
ex parte ex
de arb. ioa.
mona. ca. si
tibi de præ
ben. in vi.
probus addi
ad ioa. mona
ca. præfenti
de offi. dele
ga.

frebus. tit. de
manda apo
sto. s. decla
rantes, verbo
successores.

legis, tum iuxta doctorum sensa, onera illa atque debita nomina, nexus, obligationes, atque cætera huiusmodi, quæ in causam aris alieni veniunt, siquidem ipsa rem respiciat, sintque fano naturaliter, atque ex perenni obligatione innexa, eorum quoque, causam rationemque omnem subrogato planè addici, residereque penes ipsum obligationem, nam is fano succedit, & eæ res ipsæ, ex capite causaque fani, non autem ex ratione antecessoris proueniunt: proindè hîc cessant causæ suprâ positæ, quæ innuebant obligationem auctoris, suum subrogatum non contingere, hîc enim obligatum est ipsum fanum, quod cuiuscumque addicatur, suam secum habet causam, obligationemque fert perpetuam: At è diuerso, si supradicta sint eiusmodi, uti non ad rem, sed ad personam attineant, tum hîc subrogatum non teneri, at penes antecessorem autoremque, qui ea contraxit, aut ipsius hæredem ipsa omnia remanere, Ac pro huius causæ decisione, audi quid Parisiensi in senatu, quod & vidi ipse, sit iudicatum: in causa successoris cœnobiarchæ diui Ioannis, in agro, vel oppido Senonensi, is quidem successor cœnobiarcha, eo senatus iudicio multatus fuit grandi pecunia, cuius summa erat quadringenæ nostratæ libræ, ad quas, ob sumptus litis, quæ ceciderat, dependendas, fuerat damnatus Abbas antecessor, idque propterea, quia de iuribus causisque litigarat, quæ ad ipsum spectabant cœnobiarchium, quæ iura eorumque accessiones omnes, obligationes, nexus, onera, nomina, cuiuscumque tandem addicatur ipsa cœnobiarchii dignitas, ad eum ipsum, trāsmittere debere dictat, sicuti modò est ostensum, ipsa iuris æquitatisque ratio.

Titul. 7.

DE EA SPECIE QUÆ CAPVT

ducit à sacerdotiorum vnitate & copulatione.

Elenchus horum, quæ hic tractantur.

- 1 **C**vilibet fano, & cuius ædi sacrae, attribuendus est peculiaris rector suus.
- 2 Duplex causa, facultatem episcopo tribuit, per copulam vnionis, fana connectendi: Altera ducitur ex necessitatis imminentis capite, Alteram porrò concinnat euidens fanorum vtilitas.
- 3 Ne Romano quidem pontifici, citrà causam iustam, rationique congruam, licet fana copulare.
- 4 Vnio quam induxit falsa causa, est ne ipso quidem iure nulla, an per causæ discussionem euertenda?
- 5 Quinam sunt vnionum recepti probatique effectus?
- 6 Quæ in vniuersum, censendæ sunt personæ, quibus vnio num tributa sit faciendi potestas.
- 7 Non adhibito capituli & sodalitiæ consensu, ne utiquam sunt per vnionem copulanda, quæ alicui ædi sodalitiæ, aut episcopali, adscripta sunt fana.
- 8 Nulli fas est episcopo, templa per vnionem colligare, quæ beneficiario iure alteri sunt attributa, nisi iste alter, cuius collationi ea sunt obnoxia, eam in rem suam interponat assensum.
- 9 Estne necesse ad firmitudinem vnionis, ut ei ipsi vnioni ad stipuletur accedatque qui copulati vel copulandi fani, præfectus est aut dominus?
- 10 An in copulandis his ecclesiis, quæ exemptio & priuilegiario iure censentur, satis sit, si copulationi accedat episcopi autoritas & suffragatio?
- 11 Cœnobiarchæ, & inferiores Antistites, habentne ius, beneficium in hanc vnionis causam firmiter inducendi?
- 12 Estne in copulatione fanorum, quam consignat episcopus, necessariò faciendæ actionis tractatusque (ut nunc loquimur) per formulam præscriptio, perque solennem, & annotatam scripturam?
- 13 An vnionem antecedere debeat, capituli, quæ requiritur consensio. An verò satis sit in ita iam copulationi, eam ipsam dein consensionem accedere?

- 14 Vbi de omni solenni, iustaque formula quam fanorū postulat copulatio, non planè liquet, valet nē ibi, satisfique est, ex diuturnitate temporis, ad ostendendum solennium interuentum, præsumpta ductaque probatio?
- 15 In specie, in qua ponitur de facta quidem fanorū vnione, non alioqui liquere: tantum, certum esse, post hominum memoriam, ea semper fana, tanquam ex iusto copulationis vnionisque capite, possessa fuisse: an nē ea in specie, id sufficiat, satque habeatur, ad hanc vnionis causam probabiliter confirmandam?
- 16 Quanam sunt causæ à iure explicatæ, quibus idonea suppeditetur ratio: sacras ædes, per hanc vnionis causam copulandi:
- 17 In omni negotiorū genere, à legibus, pro licita & profanorum copulatoria causa, nominatim consignato, non solum licet episcopo, fana copulare, verum etiam, si id non facit, potest, vt id faciat, adhibita causæ cognitione, vrgeri & compelli.

DE EA SPECIE, QUÆ CAPVT
ducit, à sacerdotiorum vnitate,
& copulatione.

Cap. 7.

HÆC causæ species, à fanorum copulatione, rationem caputque ducens, quæ nunc ordine suo in manus incidit, iuri est dissentanea: id propterea coarctanda, angustoque circumscribenda modo, instar aliarum causarum, quæ in vniuersum, quum iure reclamante inducuntur, angustissimo itidem iure, atque admodum stricto sunt censendæ: Porro in hacce ratiocinatione, inductionis primæ causa, omnium est in oculis: Cuius enim iniquitatis esset, vel

ineptiæ, vni homini plurium rerū onus imponere, quarum rerum vni, vix omni in vita sua, si modò suum probè vult facere officium, par esse queat. tu quidem (cleric) vel avaritia, vel ambitione mala incitate, plura tibi cupis fana coniunctim addici, edium sacrarū copulationem affectas, onera quidem vnum super aliud, capiti tuo accumulatas, eadem opera, quum hæc facis, prouiciam duram, neque viribus tuis æqualem, tibi imponis, fascis molem cui succumbes animo tuo iniicis, nec id tibi, in re præferti in sacra licere puta, in qua re sacra, quæque ædes suum sigillatim rectorem desiderat^a qui eam curet, administretque, & in ea sit functione affiduus, id quod ab vno, eodemque homine, pluribus in fanis, nequit commodè præstari: propter quam rationem, placuit etiam Placentino concilio, vt sua cuique administro, peculiariter semper attribueretur sacra ædes: qui omnem suam operam, in eam impenderet, ibique hereret perpetuò: quarè factum est item, vt hinc sinodus Toletana, ^b ecclesiæ in qua, dena noscuntur, etiam sola, inesse christi mancipia, hominumque curialium capita, suum tamen proprium ecclesiæ illi, & quidem tam paucorum hominum existenti, peculiariter atque affiduum pastorè adscripserit, vnde patet ambitioni ponendum modum, consistendumque esse intra æquos terminos, nec quicquam in ecclesia dei, per malas artes denormandum. hoc iacto fundamēto, sequitur vti dispiciamus, possit ne generale istud axioma modò positum, aliqua exceptione circuncidi præfertim cum iuriconsultus dicat, omnem diffinitionē, hoc est, sicuti doctè exponit Placentinus, omnem generalem traditionem, periculofam esse, parum enim esse, vti ferè semper non subuertatur, & aliqua exceptione non circuncidatur: adferatur huc igitur quædā species: qua in specie, duas vel plures paræcias, vel quasuis alio in genere sacras ædes simul iungi, ecclesiarū poscat utilitas, id velit clerus, id cupiat populus, episcopi quoque ad stipuletur suffragatio, nonnè hunc in casum permittetur isthęc vnitas (quam vnionem appellari receptum est) &

^a anacletus in epistola relata ab Isidoro super ordinatione & ordine primatum ca. sanctorum lxx dist. ^b ca. vnio x, quest. iii,

c. ca. præcipi-
mus, xvi. quæ
stione, i.

quidem certum est, modò illa concurrant omnia, permittit: quia ratio superior, quæ id prohibebat, cessat quidè hîc, vsus scilicet ecclesiæ, qui in còtrariù vertit, vtpote in vnionem fanorum inclinat, propterea quod, quæ separatim in aliis sunt administranda, hîc per vnum, ob vicinitatem, vel quâuis ob causam aliam, episcopo cleroque probatam, & cognitâ, meliùs commodiùsque fiunt omnia, & propterea hac in specie, in qua insunt prædicta omnia, copulationem iura permifere, atque in episcopi plerûque arbitrium, autoritatèque contulere: ab axiomate generali, hunc peculiarè casum, propter causam magnam excipientia: si tamen accideret, vt quid deesset supradictorum, nec probaretur copulatio, iuxta legem Constantiensis còcilij, certè tunc ea pessum quoque iret: nam Constantiensi lege dictum est, istiusmodi vnitates, si probabili veraque causâ non innitatur, & modò positam rationem secum non adferant, haud consistere, quâtumuis eas firmarit Apostolicæ sedis suffragium: quinimo iustitia dictante, conscindi reuocarique debere, vel ex eo maximè, quod non obseruato modo, hoc est, non appellato eo, cui aintererat, censeatur Pontifici in ea copulatorij fanorum diplomatis impetratiõe esse obreptum: cui Pontifici, si patefacta essent omnia, vero haud est simile, eum fuisse permissurum, autoritatèque sua, rem còprobaturum, qua ex Concilii rogatione, decidenda item nobis est summa quæstio, quæ hac in vnitatum materia prima venit ad manum, videlicet, An facta, falsa ex causa, & non probabili, beneficiorum copulatio, ipso iure còcidat, sitque prorsus nulla? An verò non concidat quidem, neque sit ipso iure nulla, at per ipsam iuris & iustitiæ sententiã sit postea obruenda, qua in quæstione, varia occurrunt, in ancipitem partem, eaque vrgent omnia. Porrò mihi libet, ea ipsa, pro instituto meo huc paucis adferre, Igitur pro ea parte, quæ hoc in posito casu, plurium fanorù, diuersorûq; in vnù corpus copulationè non dicit nullâ, at per iudicem euertèdam, faciunt multa argumèta persuasibilia. Atque imprimis ad-

d Còci. Cò-
stan. quadra,
iii. sessione
cit. de vnio-
nibus.

feruntur verba ipsius Còstatiensis rogationis, quæ ad literã sic habèt. (Nisi vniones ex veris & rationabilibus causis factæ fuerit, vocatis his item quorù interest, quâuis Apostolicæ sedis interuenerit autoritas, reuocabimus, iustitia mediante) quæ verba, planè inclinare vidètur, in hanc istã sententiã: vrget dehinc Rotæ iudiciù quo, deciditur huiusmodi vnitatè, factã ex falsa còcinnata causa, non quèd merito iure in irritù cadere, quinimò còsistere, verù postea si videtur, demonstrato, falsam esse causam, æquum esse, vt diruatur, reuoceturque in pristinù statù: huic Rotæ decisioni, adstipulari etiam potest iuris præscriptum, quo, habetur, in his quæ sunt stricti iuris, cuiusmodi hæc vnitatum causa, si dolus dederit causam contractui, ipsum quidem còtractum ipso iure non esse cassum, at causa cognita, circùducendum, tollèdumque, nam si nulla omninò, ne quidem falsa, nec inepta, nec etiam vera interfuisset causa, at res solù ex abrupto facta narraretur, tunc bene verum esse, tale factum dici nullum. At hîc quidem interuenit causa, verùm ea falsa fuit, ergo per hæc iuris præscripta, actù patere non esse nullum, sed rescindendum, atque isthæc sunt pro hac parte, cui parti subscripsere ex Doctoribus nostris plerique, Rotæ sequuti iudicium, Alij verò, quibus & ipse accedo, planè dissentiunt, maxima quidem cum ratione, aientes hac in thesi proposita, copulationes fanorum, quas fecerit falsa causa, prorsus nullas fore, pro quibus stat primùm causa iuris, innuens, qua in actione requiruntur plura, vti eam necessariò forment, atque efficiant, si quid horum deest, actionem omnem planè corruere, neque enim illorum vnum, potest sigillatim, rem in actum verum, firmumque deducere, cum natura rei, essentiaque non illo solo, verù suis aliis cum adiunctis, innitatur. Atqui hæc fanorum copulatio, pro suo habet naturali fundamento, causam primù vtilem, & necessariam, còiungèdorum fanorum, atque eam perspicuam, tum & solennem modum, formamque, qualia sunt, vocare quorum interest, & id

e Còst. còci.
dic. cefsio.
xliiii. tit. de
vnio.
f Rota deci.
lix. in nouis.
g L. si quis
cum aliter. ff.
de verb. obl.
h Rota deci.
clxxviii. & de
ci. clxix.
in Anti.
i Guido pa-
ris conc.
cxxxiii.
deci. còci.
ccxxviii.
lz cardi. cle.
i. de elect. &
cle. ii. de of.
ordi. Abbas
sieu. ca. sicut
vnire de ex-
cess. præla.
Ripa lib. ii.
resp. ca. x. nu.
ii.
l L. si vnus.
C. de testa. l.
cũ hi. s. præ-
tor. ff. de
transact.
l. ii. s. nã c. de
rei vèd. l. li-
ect. C. de ac-
qui. poss.
m ca. expo-
sisti ext. de
presb. ca. dn
dum de re. ec
cle. non alio
in. vi.
n cle. ii. de
re eccl. non
alic. cle. i. s.
adhæc de
ita. mona.

genus alia, quod si quid horum abest, quæ quidem istius rei naturale sint fundamentum. Quid causæ adferri potest? quin actus omnis prorsus corruat, sitque nullus per ipsum ius: nam sine omnibus, quæ rem naturaliter formant, velle actum consistere, perinde est, ac putare, citrà maris & foemine conjunctionem, partum posse concipi, aut sine bono fundamento, constitutaque fultura, coementitiam domum, veluti in aëre dependentem, substrui: Nec vrget aduersa ratio, deducta à regula iuris, de dolo dante causam cōtractui: nam illa in ciuili loquitur actione, ° hinc porrò agitur de re sacra, in qua omnia quæ iuri ordinario repugnant, summo iure sunt censenda, & ad supremam vsque rigoris lineam, perducenda, ita vt quod in illis ciuilibus rescindendum sit, hinc pro rescisso habeatur, P hoc certè poscit templorum charitas, ædium sacrarum unicuique attendenda prospectio.

Explicata hac quæstione, discussisque aliis, quæ etiam sunt huiusce capituli, veluti positum fundamentum, necessariò videtur faciendum, vt secundum minima quæque, quæ restant, quæque sigillatim possunt occurrere, tota fusiùs illustretur materia: Igitur, cum de diffinitione causæ satis constet, nēpe quid sit vnitas vel vnio, nunc ratione logica, discutiendum more nostro, quid ea agat, quid uè efficiat: agit porrò atque efficit, vt plurimum fanorum, in vnum fiat coitio, vni- que personæ, vel per sese agenti, vel alicuius corporis, collegiique nomine, rem sustinenti, demandetur eorum fanorū, quibus antè suos quisque sigillatim adhibebatur: curator, procuratio: hoc quæsito, cognitoque, discutiendū, quis eam fanorum copulationem, sua firmet autoritate, in promptu respōdetur, sicuti iam est obiter perstrictum, ad Romanum Pōtificem, eam autoritatem potissimū spectare, etenim imperium summum in Ecclesia Romanus habet Pontifex, ° faciat quod volet, nemo vnquam illi, ea in re, rationem facti est reposciturus, ° quæ si vera sunt, sequitur planè, nō solū, quod positum est, verum esse (illum nempe copulare posse sana, è multis quidē possessionem vnam cōstituere, huicque posses-

possessioni, pluribus aliis conflata, autoritatem fundamentumque adiicere, vni que homini, aut vni in ecclesia corpori, plurimum templorum curationem, ministeriumque, hac copulationum via, imponere) verū & cū is hæc fecerit, nullā esse huiusce facti requirendam causam, statimque, vt copulatio vnioque fanorum, Pontificia videtur autoritate conflata, in ea esse acquiescendum: nec vltra quicquam examinandum, adducendumque in dubitationē, aut iudiciū: ab eaque sentētia stat omnis propemodū doctorū nostrorū schola, ° quæ fortè aliquando vera fuit, sed nunc in contrariū flexit Constantiensis Concilij rogatio, quæ facit, vt cū ego fatear istorum opinionem, quod ad hanc presentem rem pertinet, iure Pontificio quandoque firmari potuisse, ita planè negem, post Constantiense concilium, eam sacro canone in niti posse, quippe quia, in quadagesimo quarto illius Cōstantiensis synodi cōfessu, ° videam, de absoluta illa summaque Romani Pōtificis potestate, hac in vnionū & copulationum causa, aliquid fuisse limatum & circuncisum, ibique nominatim cautum, nisi vnitas facta fuerit cognita cū causa, veraque, & probabili, & ni vocata pars omnis, cuius interest, ea vnitas, ne rata firmaque esset, huicque autoritatem roborque, Romana sedes nē adderet: nam in re tātī momenti, recipi nō debere oblatiua diplomata, hoc est, motu pprio, nullaque probata, aut explicata causa expedita: hinc fieri, vti more gētis nostræ Gallicanæ, quoties aliquod vnitatū negotium, proponitur deduciturque in forū, quod videatur à Cōstantiensis decreti formula, præscriptoque recedere, cognitor illicò regius, intercessionis puocationisque solēne clausulā iniiciat, testeturque ab usum, & factū in leges, atque cōcilia, tū & diplomatū executionē remoretur, dū res in accuratiorē examinationē venerit, qua in causa, notū est istiusmodi copulationū, quæ repugnant aliqua in re, synodo Cōstantiensi, à curiarum iudicibus rationē nō haberi. Porrò hac ex disputatione, cū sit factum, vti planè discutiatur caput illud, quo quæsitum est, qui poscit vnitatem inducere, Sequitur

s Panor. ca. sicut vnire de exce. præla. Guido papæ concil. cxxxiii.

t tit. de vnionibus.

o l. i. de resc. ved. cū glo. verbo irrita de do. l. interpositas C. de transact. p. ca. in noie xxiii. dist. ca. vbi periculi s. ceterū de elect. in. vi. ca. cū locū de spōsa. ca. peruenit de iure iu. iuncto ca. si sine. xii. quæst. ii. ca. de re eccle. non adie.

q Latè Hosti. in ca. quāto de exce. prælat. r. Ca. ii. de trāsla. præla. Bald. lib. de præci. impe. offe.

quæstio altera, supra quidè tacta sed non planè suis in omnibus numeris explicata, Videlicet, An episcoporū sit, hoc quoque genus copulationū, vnionūque in ecclesia firmare: pro qua re explananda aduertendum primū, episcopū quidè, quod attinet ad isthæc, suo in episcopatu, eodem penè iure, quo summus Pōtifex in vniuersa ecclesia cēseri, ^v quare nō dubium esse, illū quoque fana suæ dicecēsis copulare posse, idque, veterè etiam more, antè Constantiense cōciliū obseruato: in hoc vno differebant, hac in ratione, Pontifex summus & episcopus, quod in illo nulla causa, cur copulasset exigebatur, ^x in hoc, copulationis factæ reddenda erat probādaque ratio: ^y nec enim vlla in re ecclesiastica, tam liberas habenas, potuit vnquam habere episcopus, quā Romanus Pontifex. Addidit quoque alias differentias Vienenſis ſynodi rogatio, hac in re, nempe tales, episcopo ſcilicet copulare fana non licere, niſi accedat ſui capituli aſſenſus, ^z Tum & itidem hoc, ſic, Episcopus, Fana, Tépla, neu iungat, neu copulet, quæ ſunt alterius Antiftitis in beneficio, eiquè ſubſunt ditiōis collatiōis que iure, ni Antiftes ille, huic vnitati adſtipuletur: ^a hīc tum olim quærebatur, vt id quoque neceſſariū quiddā alterū, videlicet, An in hac copulatione quæ autoritate innititur episcopi, iteruenire debeat rectoris copulandi fani voluntas, quæ quæſtio decidi poteſt, ex Vienenſi cōcilio, atque in promptu reſpōderi, iſtius rectoris interuētum, hac in re nō eſſe neceſſarium, ^b cū ei nullo modo ſit fraudi hæc vnitas, vt qui, quoad viuet reditus fani copulati, emolumenta que omnia ſit collecturus, nec de illis quicquam poſſit ei detrahẽre inita copulatio, ^c & fanum alioqui ad hæredes ille non eſt tranſmiſſurus, cū igitur hac in copulatione, nihil illius interſit, nō conuenit illū hāc in rem appellare: hæc quidè pbabilis vt cū maximè eſt ratio, Vienenſi quoque cōprobata cōcilio, ^d ego tamen Vienenſe iudicium hac in parte ſic duco capiendum, vt poſita cauſæ ſpecies, ita demum ſua in deciſione vera ſit, ſiquidem hanc episcopalem vnitatē, antecēſerit probatæ & ra-

v ca. ſicut vnire ex. de excels. prælato. cle. i. s. adhæc de ſta. mona.

x Panor. dic. ca. ſicut. y Dic. ca. ſicut. z cle. ii. de re eccl. nō alie.

a Cle. ne in agro. s. ad hæc de ſta. mona.

b dic. cle. ii. de re eccl. non alie.

c ca. cōſultationibus ext. de dona.

d Dic. cle. ſi vna. ii. de re eccl. non alie.

tionalis cauſæ cognitio: nam dum res ſic agitur, etiam reclamate rectore, peragitur copulatoriū negotiū, ſed ſi ea probata cauſa nō antecēſerit, equum eſt item, vt i rectoris conquerentis habeatur ratio, poſſitque huius vnitatis effectus, ab eo interpellari, impediturque: ^e Adde hīc diſertè, iſthæc, quæ de episcopali dicta ſunt copulatiōe. Locū quidè habere in fanis, primatibusque, & reliquo beneficiorū genere, quæ intra regularē ordinariāque iuriſdictionē cōſiſtunt: nam in exēptitiis, iurēque eximio & priuilegiario innixis, lōgè alio more vtimur: hæc enim, niſi adſit nominatim Pōtificis Romani qui vniat ſumma autoritas, copulari nequeunt, ^f tum quia in ea ſacerdotia, nihil ſibi arrogare poteſt Episcopalis poteſtas, tum etiam quod Vienenſis lex, hoc clarè videtur excepſiſſe, dum dixit, per locorum ordinarios, vnitates, vt decernātur, ^g aganturque: nam nominatim ſic loquens, ea excepit templa in quæ nō agit vis ordinaria, qualia ſunt iſthæc exemptitia & priuilegiaria, quam rem doctores noſtri fuſiùs diſceptant, ^h Adferenda nunc tertia huiusce loci quæſtio, quæ ſic habet, Quidnam in Abbatibus hoc in cauſæ genere, conſtituendum, copulentnè etiam iſti, fana, iuſque habeant, ea in re, episcopalis functionis? Breuiter ſic habeto. Cœnobiarchas, inferioriſque ordinis Antiftites, autoritate ſua ordinaria, ſibi que per leges attributa, non poſſe in hoc copulationum ius, poteſtatēque, pedem inferre, propterea quod, hæc poteſtas, tanquam magna res, excelsaque, & ad grauẽ relata cauſam, ſolius ſit muneris episcopalis, & tamen ſi qui Abbas, aut quiuis aliorum minorum gētium Antiftes, proponeret ſe ius iſtud, rationēque copulandi, ex legitima præſcriptione quæſuiſſe, modò ea ſit præſcriptio, extrā memoriã hominum concinnata, nihil certè tum vetat ſuo in vnitatis faciēda iure, audiendum eſſe, ⁱ quod quidè ius iſtud vnionē obnoxium, ^k Quamobrem, qui Abbas quiuè Præful inferior, ex præſcriptionis cauſa ſibi in eccleſiis iuriſdictionē leg-

e Car. dic. de ſi vna.

f ca. cū nullè de tēpo. ord. in. vi. ca. autoritate de priu. ca. veniēs, de verb. ſig. g dic. cle. ne in agro. s. ad hæc de ſta. mona. h Dic. s. ad hæc.

i Glo. cle. ne in agro. s. ad hæc de ſta. mona. Guido pa. conci. cxxxiii. Archi. ca. cū ſingula de præſby. in. vi. lz ca. auditis & ca. cū olim ext. de priuileg.

quasi episcopalem, iustè comparauit, certum est, eum hisce
 in ecclesiis, copulationis quoque munus exercere posse: at
 textenda quoque & alia species, qua vt idè copulandi ius, ad
 Abbatem vel inferiorem dilabitur antistitem, videlicet, ea
 in ecclesia, quæ pleno absolutoque iure, huic inferiori sub-
 ditur antistiti. cuius rei decisio, ex superiore ratione ducitur
 scilicet eo quod, in tali fano, taliq; ecclesia, minor iste anti-
 stes, vel abbas, quasi episcopali pollet imperio, m vndè co-
 pulandi idem fanum, ducendique in vnionem, non potest
 illi negari ius: n extra quas positas in inferioribus præfuli-
 bus causas duas, ac extra in vniuersum prædictas, probataf-
 que rationes, copulare fana, templorumque beneficia vnio-
 ne colligare, nulli licere, ex superioribus colligi, clarè que
 liquere potest: iis enucleatis, nunc sese aliud offert dubium,
 in hanc rationem. Vtrum in hac quidem vnionum actione,
 quam episcopus consignat, necessaria sit ascripta pactio, re-
 rumque cōnectendarum, inita tum conditio, tum tractatus
 per scripturam, appositio, vertitur sanè in hac quaestione,
 causa, quã nõ vno modo disceptat doctores, quin varia, mo-
 re suo, controuersaque huc adferunt: Rota ° primùm suo
 in foro pronuntiat, in ea, quam init, facitque episcopus, fa-
 norum coniunctione, vnioneque, nullam vtique requiri
 apponendam tractatus conditionumque, aut actionis vel pa-
 ctam vel descriptam tabulam, nam ex Vienēsi rogatiōe ha-
 betur, isti vnioni episcopali, adesse quidem debere, capituli
 publicam communemque consensionem, at nihil preterea
 aliud quicquam desiderari, p quanquam in omni alia distra-
 ctionum ecclesiasticarum abalienationumque causa, con-
 cinnanda sit actionis, pactorumque & fēderis conscriptio, q
 & alienationis imago quædam seu species sit, hæc vnionum
 causa, nihil tamen talè quicquam, aut solenne aliud, fēderis
 appositi adscriptitium, vel maximè ob id exigens, quod in
 ea, nulla sit fanorum transformatio, vel excidium nullum:
 mutant quidem ipsa, relinquuntque pristinam præfectorum
 suorum curam, sumuntque pro prioribus ministris qui

l panor, ca.
 sicut de exce
 prela. inno.
 ca. ii. de tran
 glo. cle. p. de
 re, eccle. non
 alie.
 m ca. quoniã
 & seq. de pri
 ui. ca. vno de
 cape. mona.
 in vi.
 n panor, dic.
 ca sicut præ-
 dictas.

o rota. deci.
 166. inanti,
 inci, nota
 quod vbi,

p cle, 2. dare
 eccle, nõ alie,

q ca, tua de
 his quæ si, a
 prela,

plures erant, alium quendam, vel ministrum, vel dominum
 ad eandem tamen curationis, sacrorumque tractationis cur-
 ram recidunt, idè non mirum, si quū hæc nostra sit causa, vt
 quæ intra eosdem sacrarum rerum terminos consistat, nec
 quicquam mutet, præter administratorem, & œcumenicum
 mancipium, nihil talè aliquid pactionum appositarum, ini-
 tique tractatus, hac in specie, sibi adiici velit: Atque ab hac
 parte, ab hacque sententia stetit Burdigalensis senatus, r In
 contrarium eunt pleriquè huiusce pontificiæ scientiæ ho-
 mines, quibus superior opinio non satis probatur, volunt
 enim omninò, hac in vnionum causa, non minus quàm in
 aliis ecclesiasticis quibusuis causis, pactionem tractatumque
 scriptum intercedere, f hac innixi ratione, quod nisi accedat
 magna quædam probataque causa, neutiquam liceat episco-
 po vlli, antistiti vlli, præfuli vlli, regulari quidem & com-
 muniter recepto more, rem vnus fani, alteri fano attribue-
 re, t quia hæc commixtio, rerumque confusio, rebus a sacris
 citrà aliquid valde magnum, rarumque, quo id suadeatur
 procul vt absit, sacrarum rerum poscit causa, iurisque equi-
 tas, nè ordo decorque perturbetur ecclesiæ: eadem quoque
 ratione fieri, vt ab hoc templo, ab hacque ecclesia, in aliud
 templum, aliãque ecclesiam, omne onus, omnem præfectu-
 ram, rerum sacrarum tractationem, & ministerium trans-
 ferri, è què duobus curionatibus, vnum efficere, vel plures
 sacras ædes, ædi vni per copulationem annectere, haud fas
 sit, u nisi item adferatur euident quæpiam, perque magna
 huiusce fanorum & rerum copulationis ratio, quæ ex dedu-
 cta appositaque conuentionis scripta tabella, planè pateat,
 At verò, hæc quæstio, sic vtrinque agitata, aliam nunc nobis
 trudit disceptationem, datque in manus: Quæ sic habet po-
 sito eo, quod Vienēsi traditum est concilio, x tum iure e-
 tiam communi receptum, y uidelicet in copulandis, colli-
 gandisque per vnionem, ab episcopo fanis, requiri consen-
 sum capituli, an nimirum debeat hic consensus antecedere,
 an vtiquè sit satis, initæ iam copulationi, aliquo post tempo-

r boe. deci.
 cccxlv,

r Oldar, cõ-
 ci cclx, abbas
 sicut con, cvi
 deci, cccxxiii,

t ca, p, de re.
 eccle, nõ alio

v ca, precipi-
 mus xvi, que,
 prima

x dic, cle, ii,
 de re, eccle,
 non alie,
 y ca, p. sto,
 ex, de dona,

re,interiectoque interuallo,,consensum istum accedere:qua in expediēda quēstiōe,mihī prorsus(vt dicitur) hāret aqua nam video ius pontificium aliud prorsus hic statuere,interpretēs autem nostros,aliud penē censere , etenim sic loquitur Vienenſe concilium,Episcopus adhibito capituli, consensu,fana copulare potestō , Et Romanus pontifex sua in pontificia decisione itā in vniuersum edicit,Episcopus, nisi totius capituli interueniat,tum ad stipulatio,tum inita & cōformata conuentio,de rebus ecclesiā quicquam ne donato, quicquam ne permutato, quicquam denique in alienationis speciem ne deducito. ^b

a ca. tua de hisq' fiunt a
præla.
b dic. ca. pastoralis ex. de dona.

At fanē,ad hoc vt firma sit ab episcopo,de re ecclesiā, facta distractio,vel ab alienatio,habeatque iuris robur,antē adhibendus est publicis capitularibus in comitiis,capituli legitimus assensus, Porro hīc Doctores alia quādam adferunt, quæ videntur in diuersum quoddam ius recedere,aiētēs clarē, istum capitularem assensum,post iam initam copulationem,& episcopali agitatā autoritate , planēque absolutam, accersi posse,ac nihilo fecius, eo tunc accedente cōsensu pristinam copulationem vnionemque planē mansuram, Tu igitur ab æquiori parte statō, ^c quæque tibi videbitur rationibus ac iuri magis congrua.

a alexa. conc. ccxix. volu. vi. deci. xliiii boe. deci. cccxlviii

His discussis,expeditoque cōmuni loco , qui ad requisitam in beneficiorum coagmentatione vel vnione, formulam, solemnemque modū & speciem respicit,nūc subiicitur quoddam aliud quæstionis caput,quo, differitur, siquidem de hoc solemnī modo,& aliis huiuscemodi, quæ postulat vnio, nō benē cōstet, an fieri possit, vt ex tēporis diuturnitate, isthęc omnia antecessisse, factamque fuisse legitima nota fanorum copulam, præsumi præcipique queat, Et quidem ad hoc expediendum, ponatur regula, qua habetur, in hoc omni causæ genere, per quod scilicet, plura, simul beneficia tanquam partes, atque membra coagmentantur, vt vnum modō corpus repræsentent, vel efficiant, solis in verbis episcopi, qui hęc copulauit, deduxitq; in vnitate, neutiquā conquiescēdū

esse: ^d neque illa, pro inexpugnabili indubitatoque fundamento, hac in causa habendum. hac posita regula, sequitur vti clarē decidatur, ei, qui vnionem proponit, defenditque, ipsius quidem vnionis causam clarā & manifestam probādi onus incumbere, quo cognito, restat discutienda dubitatio, ecquid nimirum, in solemnibus statuendum (nam & ipsorum quoque, quæ minus vrgent, quam illa euidētis & claræ causæ intercessio, in hunc vnionis defensore, haud dubiē transfertur probatio) ^e An ergo istorum solemnīū probationem, ex magno quopiam & diuturno temporis lapsu cursu, queat ipse deducere, satisque illi sit, ad firmādam causam suam, talis probatio: Et quidem nonnulli opinantur, satis esse, ^f quippē quia dicatur, ex vulgatis iuris præscriptis, isthęc omnia iusta solemnia , quæ vnicuique actioni reique debent inesse & euenire, lōginquitate temporis, tacito quoddam iuris præiudicio, concipi atque præsumi, ^g Ego tamen contrarium prorsus colligo, neque id iuris præscriptum, ad hanc nostram speciem, deduci, aut accommodari posse putō qua in specie, inducitur quippiam, à iure communi & ordinario prorsus alienum, qualis planē est vnionum causa, sicuti est suprā explicatum, iuris normæ sese directo opponēs, ergo coarctanda, ergo ad hoc, de solemnibus modō positū iuris præscriptum, minimē producenda: Quamobrem benē mihi videor facere, si concludo, hunc istum vnionum defensore, suam, hunc in casum causam per claras potentesque probationes alias, iudicibus nominatim necessariō expedire debere, nec esse q̄ sua in vnione defendenda, quod attinet ad isthęc solemnia, & alia huiusmodi omnia, soli confidat diuturnitati temporis, atque pro isthac decisione extat etiā Burdegalenſe senatusconsultum, & ego frequenti in foro & senatu vidi, procuratorem regium, sua in intercessione, prouocationeq; admissū, quū ille veluti ab usū testatus, aduersus executionē cuiusdā diplomatis, fanorū copulatoriū, diseretē iniecerat, q̄ diceret id pōtificiū diploma, aduersus cōciliū scita, ipetratū: tametsi iā indē ab eo, hoc est, à diplomate executioni tradito, abiisset tempus triginta annorū, q̄ tēporis

d ca. quatuor in fine xii. quæstio. ii. ar. chi. ca. hoc ius.

e ca. constitutionem in i. de verbo sig. oldral. conc. ccli.

f alex. conc. ccxix. ludo. roma. conc. cclxv. g l. si filius. c. de pet. hare. l. qui in aliena de acq. hæ. red.

spatiū, satis alioqui, aliis in legitimis causis videtur esse diu-
tinum, at verò, isthæc causa, quum, sicuti est dictum, sit pla-
nè extraordinaria, nescio quid etiam magis extraordinariū
videtur semper postulare, nec ad vllum quidem regulare iu-
ris præscriptū, dirigi posse. Porro isti decisioni subditur hinc
veluti appendix quæpiam, controuersus quidam locus alius,
cuius adiudicatio diffinitioque, huic modo positæ cognito-
ris regii intercessioni videtur quodam modò repugnare, res
autem sic habet, Age, ponitor, de legitimè facta vnione ni-
hil dum liquidè constare, duntaxat certum esse, duo quædā
fana, tanquam ex vnitatis causa, tandiu fuisse colligata, quan-
diu cōmuni hominū opinione, veluti per vnionis rationem
in hoc colligationis statu iuncta, suis à præfectis possessa,
fuere, atque ita hanc in vnionis causam possessa uti horum
omnium initii atque originis nulla prorsus extet hominum
memoria, An nimirum hæc tanta tēporis diuturnitas, vnio-
nis causā de qua aliter non cōstat, firmare probareq; queat?
Dubitationem quidem ut dixi, adferre videbatur, superior
decisio, posita de intercessione & prouocatione regionum
hominum, sed tamen quum tota res appenditur diligentius,
Pōl hinc, longè alia est ratio, quia ponitur species aliquantò
diuersior, quare ius item statuendum aliquantò diuersius, res-
pondendūque, haud dubitanter nihil obstare, quin præsum-
ptum iuris iudicium, hac in modo positæ vnione locum pos-
sit habere, eamque validissimè, ^k firmare, quum & (quod-
quidem pluris est ducēdum) crebrior ferè doctorū nostro-
rum calculis habeat, ad firmandam, hac in præsentī specie,
copulationem, quadragenarium tempus satis esse posse, ^l itā
ut post id temporis spatium, de firmitatis vnione non am-
plius sit quærendū: neque verò disputandum, eam ne tū an-
tecesserit, aut illi admota fuerit, vlla idonea causa, quia ipsam
per se satis firmat corroboratque vetustas, quæ quidem ve-
tustas tanti præsertim temporis, abundè esse potest, vel ad
omnē, cuiuscūq; beneficii statū formāq; & effigiē, nō immu-
tandam modò, verū & penitus deformandam, ^m modò sua
semper

lz cle. i iun-
sta glo de ex
cess. præla.
verbo ad me
sā, Ant, re,
qui contra
iura de re. iu.
in mercu feli
ca. cū contin
gat de foro
compe. Rota
deci clx. &
deci ccv & de
ci. ccc. lxxv.
in anti. Abb
fic. concil. iog
l feli. ca. cum
si diligenti &
ca. causā de
præsc. & ca-
cū contingat
de fo. compa
card. conc.
cxxxvi. in cip.
videndū. or.
cōc. cccxviiā
L. sciendum
de verbo.
oblig.
m ca. cū de
beneficio de
preb
in vi.

semper rei sacræ stet, consistatque, tum causa, tum materies:
quæ duo, ab ecclesia vix queunt vnquam intercipi, aut aliò
auerti, ne vlla quidem quam maxima, atque longissima tē-
poris diuturnitate.

Nunc videndum, quænam sint causæ, que hanc vnionum ra-
tionem, in speciem possunt inducere, & profectò multæ se-
se offerunt species, in quibus videri potest, atque planè in-
telligi, ad copulanda & per vnionis rationem, annectenda
fana, legitimam causam multifariam accedere posse, vtpotè
existit fanum quoddam parœciale, vel aliud cuiusuis sacri
generis, quo in fano desideretur, quæ prius fuerat multitu-
do populi, ⁿ quæ quidem populi multitudo, ob varios ca-
sus hominum, vel penitus sit intercisā, vel aliò quopiam di-
lapsa & auersa, tantaque nunc ibi laboretur plebis & cleri
penuria, ut decem illa christi mancipia hominesque curia-
les, in parœciali tribu conclusi (quem saltem denum nume-
rum, eam ad rem, requirit Toletanum concilium) vix ibi
queant reperiri, haud dubiè, tunc vult publica religionis v-
tilitas, uti ad id desertum fanum, addatur ex aliqua inita ra-
tione, æqua quidem, & bona, iustum supplementum homi-
num, ^o quò tum plebs, commodè possit in congregata, uti
par est, multitudine sacra percipere, tum curio, vel præfe-
ctus, ipsis, eo in sacro negotio, cōmodè dare operam, nec
enim singula fana, pro administrādis singulis solū homini-
bus tribui solent. Cum igitur alicubi, id deficit, nempè iusta
hominum corona deest, tūc exigit ratio, ut illi defectui me-
dicina adhibeatur, ea autem commodè adhibetur, per istud
copulationū genus: ^p succeditque tum postea, ac altero lo-
co, alia causa quæ a paupertate pendet, & rerum angustia, ec-
cè tibi plura fana, vnum, duo, vel tria, quæ sigillatim nequè
queunt suum ministrum alere, neque plebi commodissimè
ob inopiā & rerū indigetiā, sacra seorsū exhibere, ruit qui-
dè tēplū, deest vestiariū, deformātur altaria, certè rationi est
cōgruū, ut tū quod ibi singula cōmodè prestare nequeunt,
collecta simul, & in vnū deducta corpus, ^q id ipsū prestet: cū
ca. vnio.

n ca. & tem-
poris qualita,
xvi. quest. p.

o ca. vnio. x.
quest. ii.

p dic. ca. vni.

q cle ne in a
g, s adhæc de
ita. mona. dic
ca. vnio.

bona cōmoditate. nā & cōmoditatis plebis, & ecclesiarū de
coris, habenda est potissimū ratio, nec negligēda itē ipforum
ministorū, (quāquā ipsa per se, ad copulādū parūm valeat,
vel nihil omninō, si sola sit) priuata & familiaris causa, nam
& naturalis est quādā ratio, quæ dicat, neminē debere, suis
militare stipēdiis, cui rationi hac in ecclesiastica militia quo-
dāmodo adstipulatur fauetque dictū Domini, aientis, ope-
rarium quemuis, sua dignū esse mercede: Adfertur & alia ra-
tio, aliaque causa, Nempe si proponatur euidentis quādam
causa alia, aut necessaria, eūdem coniungendarū vtilitas, quæ
itā pateat in oculis ecclesię, vt eam negligere, eius non sit ho-
minis, qui rē sacrā, sartā, tectā, omnisque dāni, & incōmodi
expertē esse cupit, tunc enim ad hoc extraordinariū vnionū
præsidiū, quin cōfugiatur, nulla adferri potest, r̄ probabilis
causa. Annectitur & alia causa copulandorū tēplorū, quæ du-
citur à paucitate, nō quē plebis, & hominū, vt illa superior,
sed ministorū, vt quia quadam in sodalitia ecclesia, tā pau-
cos apparet sodales esse, & canonicos, vt illorū exiguus nu-
merus, cultui diuino, prēbeat difficile ministerium, adferat-
que nō satis ornatā, & decentem sacrarum rerū administra-
tionem, tum enim haud dubiē prospiciendum, perque hanc
copulatoriam rationē, danda opera, vt ibi, ex dignitate suus
rei diuinę prēstetur honos, fasciscatur suis vnā cum mini-
stris, ex vicinioribus, templum alterum, atque ambo decen-
ter tum iungantur. Postremō subdi potest, eam esse quādo-
quē ædiū sacrarum aliā viciniam & propinquitatem, vt illa,
maximo cum rerum sacrarum vsu, maximoque cū bono &
cōmoda causa, tum cleri tū populi, vnū corpus effici queant
simulque possint iungi, & coagmentari, r̄ Antē omnia ta-
men, hoc vnum hac in vnionum causa, potissimū habeto.
Vbi quidem queritur, poniturque in medio, de copulatis
vel copulandis fanis dissertatio, ibi semper prospici debere,
canē vnio, vtilitatem fanorum, rerumque sacrarum vsu,
& commoditatem, ad quam semper isthęc causa redigi de-
bet, respiciat, posthabita vbiquē, vel non magni æstimata,

r̄ ca. exposui
sti ext. de prē
ben. ca. nouit
ne se vaca.

fca. pe. de cle
non res. ca.
cum ecclesię
ext. de elect.

r̄ ca. & tempo
ris xvi. quest.
i.

personarū, quæ hīce ex templis, priuatū quæstū colligunt, ra-
tione, vtilitateque, v̄ quod ea, ex numero sit rationum, quas
exteriores, causamque per se minimē efficientes vocant lo-
gici, atque inartificiales, & extrinsecus de longinquo quidē
loco ductas, atque petitas, In summa, id ponatur axioma, in
vnaquaque prædictarum causarum probabili specie, non so-
lūm episcopo licere, sana copulare, & ad hanc vnionis ratio-
nem deuenire, verūm, et si is quidem id facere nolit, vel ne-
gligat, posse ipsum, ad id faciendum, iustē appellari, compel-
lique.

v̄ ca. nouit
verbo maxi-
me ne se vac.

Titul. 8.

DE IURISDICTIONE QUAM
obit capitulum, deque ea quam habet, potestate, dum se-
des suo vacat pastore.

Periocha, in ea, quæ post, hoc in capite deciduntur.

- 1 AN cōfectio iurisdictionis, vacāte sede, addicatur capi-
tulo, tū quæ iurisdictioni illi tum tribuatur, sacranē an
ciuilis? An porrō ea, quæ vtranque, vel omnē vtiquē aliam
respicit in diocesi iuris dicendi speciem, & rationem?
- 2 Existente sedis vacatione, obcuntur nē in capitulari co-
mitiatu, ea munera, que ad functionem pertinent ordinis
pontificalis?
- 3 Qua in rerum specie, quouē in casu, ex dispensationis ca-
pitate, venia legum solutiua, iurisque scripti & positi faci-
enda gratia, episcopo per leges attribuebatur, illanē, om-
ni in ea specie, omniuē in casu ad capitulum, sede vacua,
rescribitur?
- 4 Aede magna, seu primaria suo pontifice destituta, sup-
plet nē tunc capitularis societas, vicem pontificalem, pu-
ta in his, nempē in lege sancienda, rogatione perferenda,
edicto concipiendo, deniquē constitutione per diocesim
promulganda, earum scilicet rerum, quibus de rebus, le-
gem sciscere, rogationem perferre, ædictum concipere,
deniquē constitutionem suam totam per diocesim pro-
mulgare, pontifici, dum vixit, per canonicum ius licuit?

- 5 Transitne dioecesis lustratio, cleri recognitio, populi sacra visitatio, denique totius prouinciæ, pontificalis obitio, in capitulare collegium, dum sedes pastorem non habet?
- 6 Competitne capitulo, sede vacante, potestas tradendi, clericis dioecesis, dimissorios codicillos, vt inde liberè, ab alio Antistite, extra dioecesim, sacra consequi possint?
- 7 Annè situm est in sodalitate regulari, dum sedes vacua, non habet coenobiarum, gregi suo sodalitia, gregales nouos, regularesuè sodales, aut canonicos, adscribere: eosque aggregare in suum monachorum & canonicorum cœtum, conuentumque regularium sociorum?
- 8 Sede vacua, daturne capitulo, aduersus episcopum præscribendi ius, aut antè cœptam præscriptionem cōtinuadi?
- 9 Beneficiorum collatoria erogatio, quæ iuris erat pontificalis, vtrumne transfertur mortuo ædis pōtifice, tantisper dum sedes vacat, in capitulum?
- 10 Quid porrò hac in collatoriæ erogationis specie, censendum? Quando illa addicebatur pontifici cum concilio capituli, possitne tum, quicquam in eam, sede vacua, capitulum sibi præcipere?
- 11 Quid denique, quando ea, & pontifici & capitulo datur in commune, An tunc capitulum per vacuitatem sedis, illam quoque sibi præsumat?
- 12 Postremò, quid ibi statuendum, vbi collatio est quidem episcopi, verum adhiberi opus est, capituli ad sensum, An eam quoque capitulo addicat sedis vacuitas?
- 13 An instituunt, vacante sede, capitulares sodales, hisce in beneficiis, quibus in beneficiis, ad patronorum nuncupationem, instituebant eorum Antistites?
- 14 An item & destituunt iidem sodales, vacantis sedis tempore, clericos ab ecclesiis, à clericisque & ministris sana?
- 15 An in Abbates, potestatesque id genus maiores, & præfecturas, abrogationis, destitutionisque ius, sede vacante, sibi capitulum, suam per dioecesim, vindicet?

- 16 An pro rebus pontificalibus potest capitularis ædis societas, per tempus pontificalis interregni, in iudicio contendere, siuè per intentionem, actionemque, siuè per depulsionis, vel defensionis formulam, in iusque adire vtròbique?
- 17 An vicarii constitutio, datioque iuridici officialis, capitulo, per vacantem sedem competit?
- 18 Quomodo in pontificio iure, sit vicarii vox, officialisque iuridici, tum accipienda, tum diffinienda, quotque partibus, quantaque significatione varia constituenda.

DE IURISDICTIONE, QUAM
obit capitulum, deque ea quam habet, potestate, dum
sedes suo vacat pastore.

Cap. 8.

PRImò querendum est nè ex præscripto ordinarii iuris, vacante sede attributa capitulo iurisdictione, ea quidem cōficienda, tam in eis quæ sacrarum sunt rerum, quam in eis, quæ prophanæ & temporali ciuilique addicta sunt tum causæ, tum dominio.

Hoc verò thematis caput auctoritatem suam constituit, ex morte antistitum, præfulum, episcoporum, quibus diem obeuntibus, folium pontificale incidit in causam vacui, deduciturque veluti ad interregnum quoddam, (nam & in sacris bibliis, sacerdotium quoque regale dicitur) quo quidem interregno, quauè folii vacuitate durante, quænam rerum actio, quænamuè causa, tum quæ iurisdictione, quæuè potestas deuoluatur ad capitulum, hoc est, ad sodalium canonicorum confessum, est hac in thesi explicandum, sigillatimque discutendum, quid illi sodales, tunc temporis, publicis suis in capitularibus comitiis, queant decernere: Quid porrò statuere, edicere, an vtranque iurisdictionem, tam eam, quæ sacra & spiritualis est, quam, quæ ad causas ciuiles pertinet,

per attributionem communis iuris atque ordinarii conficere? Denique, cuiam negotiorum generi possint in vniuersum, auctoritatem suam interponere. Atque primum a iurisdictione exorsi, quæ potissima rerum agendarum actio est, reliquas dein species gradatim expediemus, igitur hac in parte, mihi ponatur istud theorema.

Decedente episcopo, ad capitulum recidit sede vacante, iurisdictionis ordinariæ confectio, possuntque sodales canonici, tam in civili & temporario, quod erat episcopali auctoritati attributum, quam in sacra ecclesiasticaque iurisdictione, quam episcopus conficiebat, toti dicecesi ius dicere, ^a tantisperque per legitimi iuris constitutionem, ea in potestate, vtrumque scilicet forum agendi, residere, dum in sedem sublectus sit, & introductus nouus episcopus, Quo ex axioma patet, capitulum tum in alienatione bonorum non mouentium, quæ quidem bona, sunt adolescentum, orphanorum qui in dicecesi consistunt, vel aliorum id ætatis puerorum, & quaque distractione substantiæ & pecuniæ, quæ minorum viginti quinque annis est, posse suam publici decreti auctoritatem quemadmodum, ac quatenus poterat viuens episcopus adhibere, tum de clericorum emancipationibus diiudicare, tum impuberibus curatores, gestoresque ad expediendam litem, ineundumque & instruendum totius causæ concilium constituere, denique pro tribunali iudicare, decernere, statuere, totamque iurisdictionem, & iustitiæ munia, in omni negotiorum genere, adscripto episcopo peragenda planè absolueret, vicariorum, episcoporum, exemplo, ^b qui cum ad hæc pertractada, generaliter aut ad vnum quicque horum nominatim, sunt ab episcopis dati, hæc quæ omnia obeunt & pertractant: atque hæc hæcenus de obsequenda per capitulum, dum vacat sedes pontificali iurisdictione. succedit nunc alter locus, qui munus respicit, quod ordinis est episcopalis, cuiusmodi isthæc esse censeantur, christi solenni more, statoque die conficere, nempe quotannis in die festo coenæ domini, dum sacrum missæ, solenni cum

a cle. p. & ii, de here. in cle. ca. duobus de appel. ca. ii. ex delic. puero, ca. ad abolen. dam ext. de here. glo. ca. ii. ne prela. vices suas.

b ca. si. de iudi. in vi. inn. host. & ioan. and. ca. sua de offi. vica. le. ii. de offi. illi qui vi alter ger.

apparatu primarioque ministerio peragitur, ^c Tum & homines sacro ecclesiastico ordini addicere, tribuerèq; ius sacerdotium infularum, tum & aras, atq; altaria inaugurare, locumq; sepulcrorum per reconciliationem piacularè, religiosum facere. Postremò Antistites Antistitasque benedictione consecrare, dicere. Tum & cœmeteria expiare, repurgare lustrare, ac reliqua eius generis facere, quæ ad functiones pertinet ordinis episcopalis. Et quidè hac in questione illustranda, iam primò constat, nihil horum posse capitulo, per se cõficiendū tribui, ^d quippe quia sunt munia, quæ præcipuo quodam iure, soli addicuntur pastoralis & pontificali baculo. Relinquitur igitur, vt non sit quærendum, possuntne res huiusmodi, dum sedes vacat, per sodales in cõmune exerceri, At id modò differendum, An capitulare comitiū, orbatum pastore, quit saltem, quæpiam episcopū, ad isthæc ipsa peragenda munia, aliunde accersere, & sanè hac in re bifariam est à doctoribus cõcertatū, quidam enim sunt opinati, nec eam quidem facultatè, scilicet episcopū aliquè, ad isthæc faciendâ asciscendi, nec vllam aliam quauis, in hoc rerum genere, capitulo, sine proprio pastore existenti, vllò pacto relinqui: ^e propter hæc rationes, tum primò, quod mortuo episcopo, ea solùm, tantisper dum sedes vacat, potestas conceditur canonicorum concessui, quæ illi est per leges adscripta, ^f Atqui certum est, nihil omninò in iure reperiri, quod istiusmodi, durante hoc interregno Pontificali, permittatur capitulari comitio, Ergò quod in hoc genere leges neque tribuunt, neque conueniunt, isti sodales homines sibi in cõmune nè arrogent: quum præsertim, vbi episcopalis sedes relinquitur suo pastore, ibi quadiu illa derelicta manet, clericorum ordinatio, & ad sacra addictio, ^g ab alia maiore potestate, nèpe à legato Põtificio, vel etiam à Papa ipso, peti soleant, quod si superiora illa, ad capitulū tunc reciderent, videretur æquiori potiori; iure statuendū, hanc ordinationis sacrorum potestatè, ad superiorè ordinariū in puincia Antistitè, vtpote, primatè, aut id gen^o, alios, tuc itè reuolui, quod tamè nõ fit. Igitur nec ea iam dicta, capitulo addici posse cõ-

c ca. referète de cele. missa ca. inter corporalia de tra. prela.

d ca. his qui vbi Glo. & docto. de ma. io. & obed.

e Vincen. ca. cum olim de maio. & obed. Archi. ca. fraternitate, lxxi. diff. f ca. irrefragabili de of. ordi. ca. præterea de test. cogc.

g ca. presbyteri, xxiii. dicit.

sendum, à minori ad maius, nempe à capitulo, ad id genus augustiorum, sublimiorumque archiepiscopalium potestatum, deriuata argumētatiōis artificiali ratione, ac per isthæc & similia, suam isti stare credunt opinionem. Alteri ^h è diuerso sentiunt, quorum crebrior est, probataque magis sententia, qui statuunt planè, hac in posita quæstionis thesi, non quidem vacante sede, capitulo licere, quæ ministerio consecrationis egent, sacramentorumque ordinationē respiciūt, & characteris dicationisque munus continent, per se obire, at permitti tamen, ad isthæc obeunda, vicinos Pontifices euocare, ⁱ eorumque, ad hæc administranda, autoritatē appellare, habētque isti pro sua decisione, clarū Romani Pontificis responsum, ^k quo ex responso, fixa certè, quantum ipse queo iudicare, rataque manet istorum opinio: nam dilcere, nihil tunc capitulo licere, nisi id dūtaxat, quod illi nominatim tum lex prescribit, id quidem, hoc axioma nō cōcutit, neq; diruit, quo axiomate, isthæc capitulo, ne obeunda quidem dantur, at venia solū fit, pro illorum obitioe, ad eos cōfugiendi, qui ea faciendi ius habent, per legēsque capeffendi in ecclesia talia munera, id quod nullo iure reperitur interdictum, nulloque abnegatum senatusconsulto Pontificio. Et hæc quidem sunt, quoad functionem ordinis quum priore loco, dictū sit de iurisdictione. Porro superest, vti nunc quoque, de alio negotiorum actionumque genere, alia etiam excutiamus cōtrouersa capita, videlicet an capitulum, quum vacat sedes, ius habet legibus soluendi, faciendique ex dispensatione veniam, ea in omni rerum specie, qua in specie, id ipsum poterat, per ius commune, episcopus: pro quo, habeto ex receptiore scriptorum sententia, ^l nihil huiusmodi, in hoc posito exempli genere, canonicorum confessui, qui episcopum amisit abdicari, prohiberi que, propterea quod, talia iurisdictionem respiciunt, nec ad ordinis munia quicquam spectant, ^m & ex superioribus liquet, iurisdictionem omnem, tum sacram, tum prophanam ciuilemque, quæ in manu fuit mortui episcopi, ad capitulū planè

h cōpost. ca. suffraganeū de elect. do. m. ca. i. de maio. & obed. in. vi.

i Glo. ca. de his de maio. & obed. per ca. pontifices quæ. i. lz cū. s. episcopo de te. po. ordi.

l Ioa. And. ca. cum ex eo de elect. in vi. & ca. i. de maio. & obed. in. vi. fe. de. de se. tract. permura. de cl. xi. & xxx. in ca. transf. missa ext. de elect.

planè transire, ibique residere, ⁿ donec nouus alius adueniat episcopus. Itaque hæc quæstionis decisio, paucos habet qui reclamant.

Succedit altera, videlicet, quid in morum, statutorūq; promulgatione sit cēsendum? potestne corpus sodalium, amisso capite, quicquam recens statuere, decernere, sciscere, edicere, quod diocesi toti cedat in commune bonum, quodq; sua in omni prouincia, vim habeat, sitque instar cōstitutio- num, quas viuens episcopus, suo in territorio, pro publico vsu hominum suorum poterat sancire, ^o denique an hoc in genere, perinde queat statuere, ac sua faceret in sede, præ- sens si adesset pastor, proque imperio decerneret, & Pōtifi- calem conficeret iurisdictionem. Tu quidem, hac in expli- canda quæstione, summatim colligito, quæ posita sunt pau- lō antè, vbi est dictū, cōfectionē omnem iurisdictionis, tam sacræ, quàm temporariæ; in capitulum decedente pastore transmitti: vbi item est decisum, potestatem solutoria legis, quæ episcopo cōcedebatur, eo defuncto, capitulo etiam tri- bui, ^p atqui, pro eo quod ponitur priore loco, constat sta- tuta condere, leges figere, ac vti publica poscit vtilitas, refi- gere, iurisdictionis esse, ^q quo ex iurisdictionis capite, fas est episcopo, legē quoq; rogare, & edicere, quæ lex ad vsque successoris tempora permaneat, igitur, cui conceditur iurif- dictio, non negabuntur ea, quæ pendent à iurisdictione, quare ratum manet, conclusumque quod quærebatur.

Succedit & alia quædam quæstio, vtrum scilicet cū vacat sedes, datum sit capitulo, prouinciā sedis lustrare, recognoscere, sacræque visitationis munia obire, tum & de rebus fe- dis dare mādata, nēpe pro expediendis illis, atque tractādis, Hæc quæstio dissertationem habet nonnullam, sunt enim, qui autumant, non licere capitulo, ^r eo vacationis tempo- re capeffere proposita munera. Porro alii ^s, & fanè pleri- que reclamant, partēsque visitationis, hac in vacationis epi- scopalis specie, ad capitulum deferunt, etenim, aiunt, obire prouinciam, mores introspicere populi, emendare, corrigere

o ca. si quis de maio. & obed. ca. nul- lus, iii. quæst. iiii.

p ca. si quis de maio. & obed. ca. i. de cōse. dist. iiii. q. ca. si. de const. in. vi. ca. vestra de loca.

r ca. ecclesiæ de supp. neg. præle. s. Archidia. ca. si episco- pus. eo. tit. in vi. & in ca. i. de maio. & obed.

re, (quæ visitationis sunt munera) à iurisdictione planè pendere, in quam iurisdictionem, quum sede vacante, appellatur capitulum, sequitur item, vt ad visitationis partes asciscatur, maximè quum nisi partes eas obeat, periclitetur prouincia, priuata tunc pastore, ex impunitate, licetiaque scelerum, & omissione castigationis populi, non mediocriter capere detrimentum, cum etiam ex talium munerum salubri, atque necessaria accuratione nihil officiaturo Pontifici. Actio certè quidem est, quæ cum vtilitatem maximam adferat ecclesie, nihil tamè, de iure illius, qui ad eam ecclesiam pastor est venturus, videtur detrahere, neque iniquè delibare, hæc quidem isti, pro sua sententia dicitant: Tertia sese opinio subiicit, vtriusque prædictæ, per distinctionis causam, conciliatrix, & rem hoc modo temperans, nimirum si agatur de obeunda, lustrandaque, per visitationis munus, tota dioecesi, ea visitatio tum planè sit extra auctoritatem capituli, sin autem adferatur in medium, peculiaris quædam visitatio, instituta commodè ad emendandos certorum hominum mores, coercendaque pro re nata, quorundam, qui deliquerint, vitia, illa nimirum, capitulo orbato pastore, durate orbitate, ne interdicator quippe quia necesse sit, in peccata assiduò animaduerti, si enim remittatur, aut proteletur animaduersio, & augeantur in dies necesse est, ob sibi propositam, per has moras impunitatem, videturque ea sententia, & frequentior, & melior,

His discussis, sequitur expedienda altera pars thesipropositæ: sic habens, liceatnè capitulo, dum est sine pastore, clericis suæ dioecesis, schedam dimissionis impertire, qua videlicet scheda, liceat aliò abire petitum sacrorum ordinum insignia: putant, sanè multi, capitulo id licere, tum quia in contrarium, nullum decretum Pontificium inclinatur, neque hæc permissionis faciendæ veniã, sede vacante, vlla æqua legis ratio, abdicat capitulo, tum etiam quod id maximè ex appèdiciis sit, quæ insunt in cõficienda iurisdictione: huicque sententiæ accessit etiam Rota, in qua puto cõquiescendum, clericisque, si videtur capitulo tunc permittendum, ab alieno Antistite

te, ac extra dioecesim, ordinum infularumque sacerdotalium ius petere. Inest & in hac parte, altera consecratoria quæstio, videlicet, An datum est capitulo regulari, sodalitiaque, vel seculari, & quidem in æde primaria, & cathedrali, durante sedis vacatione, monachos novos, regularesuè sodales aut seculares, sibi asciscere, crearèq;, & sublegere, Quæ quæstio, sic breuiter deciditur, vt p certo habeatur, ea in specie, quæ ponetur, esse solius episcopi & Cœnobiarchæ, Canonicos aut monachos sodales, suã in sacra ædè trãscribere, adlegere, idque ipsum sit datum, aut vi consuetudinis, aut priuilegij, aut cõstitutionis: ea quidè in specie, vacante sede, id facere nequeat capitulum, neque vllos tunc suum in sodalitiu adoptare gregales; quãquam consuetudo etiã habuerit, vti monachorum canonicorumque creatio, adhibito totius collegij vel cõuentus concilio, sit ab Antistite cõcinnada. Porro hacce in decisione, adiectum est disertè, siquidem cõsuetudo, priuilegiu, aut constitutio, id ius soli tribuant Antistiti: nam ex præscriptione iuris cõmunis adlegere sodales, vel monachos in conuentum aggregare, inscriberèque, & præfuli, & Cœnobio, collegioue, aut capitulo, cõpetit in commune. Huic etiã loco comodissimè attexi potest tertia, hac ex thematicis parte, dependens quæstio, quæ differit, An per vacationem sedis, in manu sit capituli, quædam sibi iura, rerumque causas & actiones, ex capite præscriptionis querere, eaque episcopali functioni & ecclesie eripiendo, sibi addicere, à quibus alioqui planè excludebatur: veluti beneficia, ex causa vacationis, erogare, & reliqua agere huiusce generis, quæ ad solum episcopum & Antistitem pertinebãt, pro quo enucleando, ponatur axioma, succinctum, breueq;, hanc in sententiam. Vacante sede, præscribendi cõsignadique, ex præscriptione quæ per diuturnitatem sit temporis, isthæc talia, nulla quidem competit capitulo ratio, quantumuis cõcepta esset viuente episcopo præscriptio propter regulam iuris, quæ habet, de omni aduersus Ecclesiam præscriptione, tempus quo vacat sedes, esse deducendum, neque cum alio præscriptiois

t ca. cũ olim de maio. & obed.

v Ioa. And. cle. i. de here.

x ca. ecclesia de supp. neg. prælat. in. vi.

y Domi. ca. i. de maio. & obed. flo.

z Ioa. mona. & Ioa. And. ca. si Abbate de elec. in vi.

Bald. dic. ca. cum olim.

a ca. si religiosus de elect. in vi.

h Rota deci. cccxi. in nominis.

c ca. si. de reg. in. vi.

d ca. dilecta, de supp. neg. prælat.

e Ioa. mona. Archi. Ioa. And. & ca. ca. si. de reg. i. ca. ea. notitur de his quæ sunt à prælat. spe. de sta. mona. vers. xxi.

f Clo. ca. j. de resciip.

g ca. auditis
ca. ii. de quar
ta. ca. cum no
bis de præf-
criptio.

h rota deci.
cccviii. inno.
incip. in hoc,
insurrexit du
bium.

i ca. illa ne
fede vaca.

lz ca. inter
corporari. de
tran. prela. ca
i. de inst.
l ca. cū olim
de maio. &
obedi.
m ca. quia se
pè de elect.
in vi. & de.
statu. eod. tit.

tempore, vlllo pacto cōiungendum, s At verò, ecclesiæ par-
tes, episcopalis persona, veluti caput præcipuum, sustinet,
quodque hic de vno horum cauetur, nempe, quodcunque
de ecclesia aut episcopo constituitur, hoc in loco, id ipsum,
haud dubio quidem iure, producit ad alterum: neutri er-
go, rebus in prædictis, officit capituli vacante sede, præscri-
ptio; atque huc aliquando inclinavit Rota suo in iudicio. ^h
Subditur tum hic, & alia quædam disceptatio, his conclusa
finibus, addicitnè sedis vacatio, liberè capitulari collationi
ea beneficia, quæ in erogationis collationisque ius, sibi po-
terat ex sui episcopatus ratione, defunctus episcopus vindicare:
qua in disceptatione, ex variis, omnem in partem huc
allatis, tandem colligo, eam collationem, per causam vacan-
tis sedis, capitulo minimè obuenire, vtpotè, quæ nunquam
antè, viuente pastore in illius congregationis ius deuenit,
soli que defuncto episcopo, ex iure episcopalis autorita-
tis, fuerit planè dicata: quam in erogationem fanorum soli
episcopo addictorum, nulla vult lex pontificia, nullumque
ius, vt capitulum vnquam suam falcem immittat, nimirum
in rem non suam, at penitus alienam, a qua, manus abstinere
debet, quum præsertim, nec vlllo legis canonicæ scito, per-
mittatur, vt vacante sede, capitulum inhiet vnquam colla-
tioni beneficiorum, quæ ad sese non pertinuerunt fungatur-
que ea in re, pontificalem per mortem pontificali vice. ^k
Adhæc, cum isthæc conferendorum fanorum prerogatiua,
& gratia, in parte episcopalis fructus, emolumentique esse
censeatur, ^l quam in partem fructus, emolumentique nun-
quam capitulum, per causam vacantis sedis vocatur, ^m nihil
esse igitur potest, cur eam sibi illo tempore, collationis gra-
tiam arrogare queat, quæ planè est, instar aliorum fructuum
futuro illius ecclesiæ pontifici conseruanda: nec id successo-
ri præripiendum, quod verè ad ipsum pertinet, quin & hoc
amplius pono, ex sententia iuris & doctorum, si adferatur
tunc temporis fani vacatio, obnoxii quidem collationi epif-
copi, at in quo concilium ea quidem in collatione facienda

totius sodalitiū coetus, ab episcopo sit adhibendum: non ta-
men posse capitulum, per causam vacantis sedis eam colla-
tionem sibi desumere: ⁿ si tamen contigerit fani tunc dari
vacatione, cuius natura esset, vt illius ex capite collationis,
erogatio ad episcopum & capitulum, coniunctim in com-
muneque spectaret, proculdubio aliud tum esset statuendū,
profitendumque, prædictum axioma, hac in posita specie,
locum non habere, propterea quod hunc in casum, ponti-
fex sedis, ponitur ceu caput totius sodalitiæ coronæ: ^o sodali-
tia verò corona imaginem membrorum exhibet, inter quæ
duo, tanta censetur esse copula, tantaque vnitas, vt ea tunc,
speciem veram reddat spiritualis coniugii, efficiatque ob ta-
le societatis coniunctionisque vinculum, vt de vno, in alte-
rum reciproce deuolui queat, fanorū istius generis ^p colla-
toria erogatio, prebeantque inter se, episcopus & capitulum,
quoties quiddam huiusmodi incidit, vicariam mutuamque
commodissimè operam: Quod plerique existimarunt eo-
dem iure debere iudicari, quum ad episcopum, cum interposi-
tione quidem ad sensus, ad stipulationisq; capitularis suffra-
gii, collatio ea attineret: profitendumque hac etiam in spe-
cie capitulum posse, fana quæ in hanc speciem incidunt, iure
proprio, destituta tum sede pastore, conferre. ^q
Verum enim, hic dubitatur, an hac ipsa in specie, qua in spe-
cie, ponitur ea, quæ dicta est, episcopi & capituli connubia-
lis coniunctio, atque in conferendo ratio communio, & mu-
tua vtriusque eam in rem collatoria operatio, si accidit tunc
mortuo pontifice, fani vacui erogationem ad capitulum
transcribi, poteritnè inquam capituli vicarius, iure & vi suæ
potestatis vicariæ, fanum illud vacans, in aliquem ex eo cœ-
tu sodalitiū hominem erogare, certè deciditur, id eum mini-
mè posse ^r facere: istud enim esset leges ludificari, & obli-
quo tramite, canonicis in possessionem fanorum, domini-
cique peculii, iter parare, estque hac in decisione consistendū.
Hic postea disceptatur, an vacans sedes transcribit in capitu-
lum, ius instituendi clericos beneficiarios, his in fanis, ad quæ

n ca. cum ec-
clesia vul. de
elect. ca. noui
& ca. quado de
his que fiunt
a prela. rota.
deci. cccclxxx
in anti.
o ca. requisi-
ti de testa.

p ca. si. lxxv.
dist. l. i. c. quā
do non pet.
pars domi. ca.
si. de appel.

q io. and. frā.
late tracta. de
offi. & pote.
ca. sede vacā.

r ioa. and. ca.
i. de insti. &
regu. in tota
de reg. iur. in
vi. in mercu.

fana, eos ex præsentationis causa, nuncuparit designaritque, suus vel clericus vel laicus patronus, siquidem ea institutio soli defuncto præfulei erat addicta, qua in disceptatione, itè melius deciditur, institutionem huiusce positi modi, in capitulum, per vacatam sedem omninò deuolui: tum quod ea causa, ex earum sit genere, quæ ad iurisdictionem pertinent, cuius iurisdictionis confectio, mortuo episcopo, competit sine dubitatione capitulari coetui, tum quod vicario, & officiali iuridico, ea institutio minimè denegetur, etiam si sub generali mandato, beneficiorum collatio eis non mandetur à quorum hominù ratione, hac in specie, quæ species non minus quàm cõfirmatio, iurisdictionè respicit, capituli, ratio diuersa esse non debet, nec obstari, quin vtròbique, sua in specie, nempè à capitulo, tum à vicariis, suo in tempore, hac institutionum functio capessi queat. Et tamen hinc adhuc disceptatur, quid statuendum, in destitutione, seu depositione, abrogationeque beneficiariorum, tum in eorundem à sacris interdictione, ordinisq; & administrationis ad tēpus submotione, suspensione, atque exauguratione, referūturnè itè hæc omnia, sede vacante, in arbitrium iudiciumque capituli, ita vt tunc, suo in publico capitularique comitiatu, ea possit cum discussione legitimæ causæ, & obseruatione iuris solemnium, in noxios, & fontes dirigere, atque intorquere: Quæ tamen disceptatio, si superiora rectè sint perspecta, facilè, dilucidè que excutietur, amouebitur enim omnis disputatio, per id vnum certum, ratūque pronūtiatum, quo est demonstratum omnem ordinariam iurisdictionis tum sacræ tum temporalis cõfectionè, per obitū pastoris, in corpus collegii, tantisper dū vacabit sedes, rescribi, transfundique: nam pro indubitato est, proq; non ambiguo, quin destituere, abrogare, priuare, tum sacris interdicerè, tum mulctare, ordineq; & ministerio submouere, tū & alia in eo genere obire, & pro potestate, magistratuq; exercere, ex foro sint ònia cõtrouersæ, cõtētiosæq; iurisdictionis: q̄ cum ità res habeat, patet planè nostra thesis positæ itētio, qua colligitur, vacatè sede, ist hæc omnia munera, quæ destitutionè, & reliqua mulctarū p̄scri

scilicet de institutio causa cum illis cum auctore de præbendis in vi. ca. ad abolendam extra de hereticis ex fruentibus etc. de institutione.

ptionūq; ecclesiasticarū genera respiciunt, capitulo omninò rescribi, vti ea penes illius sint potestati, dū ædi & fodalitio gregi, fuerit suus pastor attribut: ab hacq; parte stetit, Rota. Verum enim, quid censendum, in mulctandis priuandisque cœnobiarchis, & id genus maioribus sacris potestatibus, An capitulum, vacante sede, eodem, quo in alios præfectos ministrosque minores, vti potest imperio? hinc sanè paululū heretur, atque subsistitur: nam plerique in ea sunt opinione, hac in specie, quæ grauiorum est maiorumque causarum, capitulum potestate dilabi, nec illi, rem tantā à sede vacante posse tribui, vt hi magni magistratus, magniq; præfecti, apud ipsius tribunal, queant villo modo, ex crimine compelli damnarique, Alii porrò dicunt contrà, ità vt bifariam huiusce loci scindatur disputatio, tu vide, cui magis accedas, suū enim cuique liberum relinquitur iudicium, per me quidem tum hinc, tum vbi volet, alibi vsipiam.

Nunc quæro, an per pontificale cuiuspiam ædis interregnū, quit capitulum, in causis actionibusque sedis, & vacantis ecclesiæ, Aut diem aliis dicere, Aut diem sedi dictam obire, tūque agendo, tumque defendendo, in iudicio consistere? Certum est, & indubitatum, dum priuata est, viduataque ædes suo pastore, resque rediit in pontificale illius ædis interregnū, adè illā pro quacūque re, quæ ad se suumque fanum, & ecclesiam attineat, neque cõuenire alios posse, neque ab alio villo quoquam, conueniri, eo quod suum amiserit legitimum defensorem, tutoremque, & dominum: quo primùm cognito, & discussio, sequitur planè axioma, in œconomum, curatorèq; , aut rerum ecclesiæ sequestrū, inq; cœtum capitularè, nihil eorum, quæ in causis sedis vacuæ, ad actionem fore cui ipsa est ædes, in controuersis rerum suarum obnoxia, quæque ad ventilationem iudicii spectāt, posse recidere, aut deuenire, vel ob id maximè, quod tunc temporis, nihil ab villo horum fieri queat. quod possit vel in malum, vel in præiudicationè damni vlius, anticipationemq; ecclesiæ vacati detrimētosa, erūpere: ergo nec pro ratiōe vlla, quæ ad eā respiciat, iudiciū, iusq; tūc ābulare, vbi sēp̄ dubi⁹ est rerū cūctus

a domi, ca i. de pe. & rein v. Can. flo. de. ii. de. pe.

b archi. ca. si. ne sede vaca

c glo. ca. si. ne se. vo. & glo. ca i. de pre script.

potestque causa, vel in bonum, vel secus vertere: Itaque ex sententia Ioannis André, statuendum est axioma, quo dicitur pro indubitato, vacante sede forum, pro rationibus ecclesie nullum capitulo competere, consistere quidem axioma, in omni ecclesie actione, tam coepa, quam incipiēda, cōdicendaque, antè fatum præfulis defuncti, ^d vbiq̄ enim pro rebus sedis cessare debet forum, silereque iudicium, donec venerit q̄ eo in iudicio, suā potest pro sua sede pōtificiali pōtificialē personā accōmodare, A quo tamē thesis enuntiato, vna excipitur species, videlicet in qua, proponeretur imbecilla testium valetudo, ætasque decrepita, ita vt metuentus esset sinister aliquis casus, putā mortis, aut aliò quopiā, in rem malam, malūque infortunium testium abitionis, aut similibus rerum, quibus contingentibus, periclitaretur sedes vacans, probatione sua defici, tunc enim nihil impedit, in vsu habere, permissum, scitumque pontificium, quē permissum, quoduē scitum, in simili specie, similique personarum genere, in rem præsentem posse deduci, ipse pontifex, cum indigetur, indulget, ^e nimirum super testificatione testium, senio, aut morbo, causariorum, anticipanda, faciēdaque etiā antè litem institutam, diplomatica quidem venia, quē fidem obtinet, inquisitionis factæ, iudicio iam constituto, in formā scilicet probabilis, ac bonæ coniecturæ, Duntaxat, quod attinet ad eos testes, qui iterum interrogari nequeunt, pragmatici quidem nostri, vt ait Budæus, testimonia vocant representata, Nunc deinceps, hoc in themate venit differendum, Potestnè capitularis congregatio, dum existit sine pastore, sineque duce, suis in publicis comitiis, vicarium sedi attribueret, aut iuridicos officiales constituere, à quibus iuridicis tam in causa ciuili, temporalique, quam in sacra, ius petatur, & cetera, quæ ad sedem vtrouque spectant, obeantur: quā in partem, axioma concinna hunc in sensum, Durante sedis orbitate, fas est capitulo, eum vicarium vacanti sedi attribueret, qui idem officialis iuridicus appellatur, nimirum quod is iuridicus ad actionem fori pontificalis sacrique tribunalis, pro

d ioa. and. ca.
fi. ne se. vacat.
perca. dilecta
de fo. compe

e ca. quoniā
vt lite non
contest. ioa.
and. dic. ca. fi

lis, pro sui officii functione attineat, cuius fori tribunalisque iurisdictionem, ordinariamque potestatem, sede vacante, in capitulum cōmigrare, visum est in superioribus: porro iurisdictionis est, potestatisque ordinariæ, dare iudices, qui iurisdictionem conficiant, Igitur patet axioma & quidem a capitulo, sede vacante, ponetur rectè iudex vicarius, qui forū fedi addictum, agat, iurisdictionemque ordinariam pro suo imperio delegato, sibi que attributo conficiat.

Titul. 9.

DE EO LOCO, QUID VICTVM
habet, ab eo qui beneficium viuentis, sibi ex impetrationis capite, dari ambiuit, nempe, quid hic cōsendum, quid statuendum, qua porro pœna plectendus, qui in eam impetrationem, ex mala causa irrepserit.

Periocha eorum, quæ hic post diffiniuntur.

- 1 Cōstitutione iuris, beneficia perpetuò addicuntur titulariis possessoribus.
- 2 Qua pœna plectendus, qui sciens impetrauit fanum viuentis, quoque exemplo sancienda est tam improba inuolandi in alienum bonum, cupiditas, secundum scita iuris nostri.
- 3 Qui impetrator de morte beneficiarii credidit haud temerè, sed iusta de causa, ea iusta credulitas eum eximit pœnæ noxæque, sancitè in malos impetratores bonorum viuentis hominis.
- 4 Vtrum fama, quæ de morte beneficiarii, publicè habetur, eximat pœnæ & noxæ, hosce impetratores beneficiorum viuentis?
- 5 Potestnè etiam pontificium diploma, eam in rem nominatim expeditum, hosce malos impetratores eximere pœnæ noxæque, & soluta, ex dispensationis capite, summi pœnalisque iuris sanctione, ei loco ipsos resti-

tuere, eoque in statu rerū reponere, quo loco, quòq; rerū statu, antè hanc malam impetrationem, concidebant.

- 6 An qui beneficiarii viui fanum, suo quidem moti excus-
fique fano, exorauit sibi tribui, in hanc malarum impe-
trationum, quæ fiunt de sacra viuentium hæreditate, mul-
tam incidit?
- 7 Simplex fanorū impetrator, tametsi impetrata fana, cor-
pore nõ apphédit, huic tamé pœnariæ legi fit obnoxius.
- 8 An iniquus hac in sacrorum specie viuentis boni impe-
trator, & iniquus viuētis boni donator, eadem legali pœ-
na sanciantur, puta ille à consequendo, in perpetuum ma-
lè cupito, & impetrato fano, hic porrò, nempe Antistes
ab eodem fano malè collato tempus in omne conferen-
do, eadem, vterque, iniquè viuentium beneficii auiditatis
ratione, abarceantur, planèque perpetuò cadant?
- 9 Collocutio simplex, consultrixque super deliberanda
futuri pastoris electione, facta quidem illa collocutio, vi-
uo etiam vetere Antistite, inter fratres sodales, idque sine
aliqua turba, motuque aut rerum nouitate nihil est cau-
sæ, cur improbetur, modo ea suos synceri, simplicisq; col-
loquiū cancellos haud egrediatur, nec veniat vlla in re, ad
ipsa habendorum ea de re, suffragiorum præludia.
- 10 Omnis suffragiorum, super futuro pastore, seria com-
mouensque agitatio, facta quidem inter fratres sodales
dum adhuc viuit, Antiquus pastor, omnis item comitio-
rum apparatus, denique omnis ea super eo negotio deli-
beratiua planèque vrgens prouisionis constitutionisque
communicatio, tum cõtra bonos est mores, tū iuris æqui-
tatisque præscriptioni planè refragatur.
- 11 In specie, in qua proponitur, factã fuisse viuente adhuc
beneficiario, præsentationem, aut prærogationem, cū sci-
licet nondum vacarit fanum, sed tamen ibi item scitur, ex
ea præsentatione, vel prærogatione, quæ sit sequuta insti-
tutio, eam institutionè tum verè, quum iam extincto præ-
fecto, vacarit fanum, esse subsequutam, quid nimirum,

hac in exempli positione, sit cẽsendum? valetnè videlicet
talis institutionis, suo quidem facte, tempore species? An ob
antecedentem malam præsentationem, est profus conuellé-
da, diruèdaq;? aut etia ipso iure, pẽssu iusse omnino declarãda?

*DISSERENDVM IGITVR VTI
positum est, De eo loco, qui ductum habet, ab eo qui bene-
ficio viuentis, sibi ex impetrationis capite, dari ambiuit
nempe, quid hic cẽsendum, quid statuendum, qua porrò
pœna plectendus, qui in eam impetrationem, ex mala cau-
sa irrepserit. Cap. 9.*

NVnc ad locū, manus admouèda, q̄ manat ab iniuriis mor-
taliū, amplius quidè is est vt mala sũt tẽpora, & plus fa-
tis attritus, frequèti propeq; quotidiano vsu hominũ: At ve-
rò quid iniquius, quàm exuuias captare superstitis sacerdo-
tis? quid porrò improbius minusque Christianum, quàm in-
hiare ad sacram viuorum hæreditatem, cumque incom-
modo alterius sua velle commoda comparare? ibi ma-
ximè, vbi vigere debet charitas, vigere debet dilectio
propinquorum, At certè hi propinqui sunt omnes,
qui vno consensu, in verba Christi iurauere, sacro de-
lubro, sacraque lauatione perfusi: vbi, vbi, illa secula? quibus
in seculis, sanctissimi Patres, ne ad sacras possessiones accer-
ferètur, se è corona populi subripiebant, abdebantq; in late-
bras? At nũc, quo iure, qua iniuria, illò cõtèditur, illò aspira-
tur, illò ábitiosè, & per malas plerũq; artes, prũpitur? Illius
itaq; ambitionis, causa, cœpit hic malus locus, prodire in cõ-
suetudinem hominũ, atq; in agrum alterius cœptũ est perfu-
diosè inuadi, Et tamè ius átiquũ habebat, & qdè cõmune &
positiuũ (nã q̄ attinet ad vetus illud primigeniũ, vbi in pecu-
lium domini nondum venerat ambitio, malaque ars, ibi cer-
tè, tunc nullo, eam in rem opus erat scito, aut consulto) iuris
inquam, positiui, antiqua & communis ferebat lex, vt nemo
quisquam beneficij iustus dominus, nemo quisquam re in

facra titulario innixus mancipio, suo dominio, suaque mancipij possessione, citrà causam magnam priuaretur, Aiebat item illa lex antiqua, quod & recēs cōfirmat traditio, beneficia sacra vti scilicet esēt perpetua ei quidem, qui titulario innitebatur mācipio, non precaria, non ad certū diffinitumque tempus cōceisa, neque ullo circumscripta dierum spatio (de titulis beneficiorum loquor, non de commendis, & fiduciarijs possessionibus, quæ quidem commendæ vt semper olim, id est, cum primū in ecclesia institui cœpit, hæc beneficiaria ratio, ita hodie quoque certo temporis spatio plerunque à pontifice summo possidendæ, regendæque traduntur). Aiebat ergo, vti dicebam lex antiqua, quam sequitur scitum etiam recens, vti beneficiarius absque discussione sedula, tum claræ tum legitimæ rationis suo ne multaretur vnquam, submouereturque sacerdotio, quæ omnia iura, ea in specie, qua in specie, quis se procurat in beneficium viuentis improbè transcribendum, violantur: tum & maxime iuris decus, & sacra præscriptorum constitutio laceratur, quæ constitutio ideo & factum, & factorem temerarium, acri pœna. prosequitur, seseque vindicè prestat tam audacis turpisque facinoris, nec finit istum malum ambitio sumque hominem, suo ab ambitu suaque ab actione nefaria, vt qui per hanc substitutionis transcriptionisque viâ, captarit rem viuentis, impunè abire, Etenim eum primū, interdictione sacrae communionis multat, deinde suspensionis abrogationisque & depositionis pœnam ipsi irrogat, deindè infamiae notam infligit, denique eum foedum, turpemque, sacrorum exortem, ambitus manifestarium furem, prædonemque, ac fraudatorem proclamat, & propalam proscibit, quæ quidem constitutio, prædictaque scita, si qui roget, quò tendant, tendunt nimirum vt clarè liquet, vti clericos & sacerdotes (tranquillum genus hominum, pacisque studiosum) omni à turba, omni que ab iniuria fraude, & violètia securos reddât, eosque suis in sacris possessionibus, suoque in iusto sacro dominio, indènes, sacrosq;, tectos præstet, & nõ obno-

xios maleficio iniuriosorū: tū vt õni mali arti, per quã malã artem, conuellitur societas hominum, aperiturque in re aliena, grassandi occasio, claudatur porta, quæ, neuè huic, neuè illi, neuè cuiquam hominum, sit villo pacto in ouili domini per talem vllam scelestam viam, patefacièda: quod si Socrates vir gentilis eum teste Cicerone, † detestatur, perhorrescitque hominem, qui primus, in commercium humanum, artem modumque induxit, tum acquirendæ sibi que peculiariter addicendæ pecuniæ, tum nanciscendæ dominationis rerumque perperam quarendarum, tanquã rem is tum adduxerit, societatis, foederisque hominum distraetricem, pacis turbatricem, ducemque discordiarū, quid nos, qui christi lumen accepimus, est facere æquum? nonnè manus, oculos, mentemque, ab alieno prorsus abstinere: neque nos cupidè, in bona, cuiusquam effundere, ac per iniuriam, rem nobis facere, quo vno, maximè periclitatur subitque discrimè magnum, humanæ vitæ tum coniunctio, tum charitatis humanæ obseruatio, At verò, si in re clara, licet vti maiore subtilioreque argumentatione, certum est, non magis permitti, in beneficium viuentis inuadere, quàm sponsam suo ab sponso, legitimoque viro abducere, vtrobique enim, & in nupta sponsaque, & in sacerdotio contrahitur connubium, & illic quidem vxorium, & carnale, (vt nunc loquimur) hinc verò spirituale, sacrumque, vtrobique in manum item conuenitur, nèpè ibi, in manum viri, sponsæque: hic porrò in manum administri, qui nupti sustinet personam, & in manum ipsius ecclesiæ, quæ sponsam agit: vtrobique igitur, de vno ad alterum, vtpotè de spirituali, ad vxorium coniugium, bona est, & quaque secundum nostros iuris doctores, & alibi vsquam, in re simili ratiocinatio: quare tantū abest, vt tu, malus homo, & inuasor ambitiosus qui in viuentis alterius sacram, vel carnalem coniugem, violentas manus re ipsa intètas, voto tuo nefario, rapacique, tunc potiaris, vt nè mortuo quidem sponso, priore, vel nupto, alterutrã, seu sacram, seu carnalem, possis post ducere, tibi que vindicare, vtpotè cui,

† vide budæum in annot. in pandectas

g ca. sicut vxor vii. que. p. ca. in corporalia de tran. prela.

viuente suo vero nupto, si dem clandestinam dedisti coniugii, ^h aut etiam violasti, quin & vtraque, tibi, ob tuum malum ac praeperum facinus, in omne tempus plane interdicitur, ⁱ nec est, quod sacris in rebus causeris, adducasque, te cum quaesito aliquo titulo, huc, hoc est, in ecclesiam uiuentis, petentem intulisse: suffultum nimirum, te deuoluto iure, illo venisse, cuius deuoluti iuris auctoritate, in hoc sanum, veluti, in rem, quae in causam vel vacui, vel caduci ceciderat, ex capite institutionis, aut substitutionis consulto proreperis: nam nihil tibi, hac ad rem valet ea fucata ratio, quippe qui nihil osecius, hac ab aede, qua mala arte, affectasti perpetuo venis excludendus: ^k quae cum sint verissima, tamen dantur casus, rerumque species, quibus in casibus, quibusque in rerum formis, non est edicti huius poenarii tametsi generalis, causa perpetua: vtpote, cum iste, alicuius sacri beneficii affectator, sacerdotiorumque cupidus, sanum impetrauit, eod quod fani possessorem crederet, vitam cum morte commutasse, ^l excusat enim eum, credulitas, modo ea nec sit crassa, nec affectata: ^m excusat dico eum talis constansque, & approbata de morte beneficiarii, cuius sanum impetrauit persuasio, quominus in supradictam inuasorum, captatorumque rei alterius, punitionis causam, incurrisse videatur: nec enim alio, qui, bono cum titulo, bonaque cum causa, & sine vlla vllius hominis iniuria, ad sacras aedes aspirare, & eas, quum obueniunt, lubenter suscipere, offensa est, aut criminatio: verum hic modo quaro, famane popularis, & publica existimatio quae habetur de morte beneficiarii, satis est ad excusandum hoc in loco, hunc nouum impetratorem, qui viui hominis, ex istius impetrationis non bonae capite, se intulit in beneficium respondeo, ex sententia legis, & doctorum, hunc rumorem, hancque famam, de obitu rectoris impetrati fani, quum sit naturae consona, & conformis, ⁿ (humanum est enim, naturae concedere, & diem suum obire,) supplere, hac in excusationis specie, vicem liquidè perfectèque

h ca. ii. & ca. cum ea ca. ex tuarum deco qui dux. in mat. quam poll. per adulterium. i ca. post ele. de conc. pre. dec. le. si. nu. xvii. c. de pa.

lz ca. p. vbi panor. de co. vels. preben.

l l. quidem s. fi. de dona ff. iuncta l. nec ff. de cap. l. si quis inficia. tus ff. de po. m pa. ca. post elect. de con. prebe.

n l. siquid est solu. mat. l. p. s. si uisdem ff. de testa.

de innocentia impetrantis probationis, ita vt offensa nulla, criminisque ob supradictam causam macula, hunc bonae fidei, hunc in casum impetratorem minimè subeat. Adfertur & alia quaedam species, qua in facti specie, cessat etiam superioris, axiomatisque poenalis causa, videlicet vbi iste impetrator, per Pontificium diploma, culpae, ea in impetratione beneficii, cuius dominus, erat adhuc viuus & superstes, admittit, veniam obtinuisset: nam Pontificius codicillus, datus ad id nominatim, eum noxae prorsus eximit, ^o abrogatque omne multationis, hac in re, iudicium, quanquam aliqui, contra sentiant, dicantque, nec Romani Pontificis, legatique, legis, hac in re solutionem innuant, quicquam profuturam. ^p Sed malè, meo quidem iudicio. Adfertur item & alia species, cessantis axiomatis, nemp e si illius beneficium impetraretur, qui per iudicis sententiam, causaeque iustae discussionem, inde motus esset, subiissetque depositionis censuram, vel alioqui illius retinendi, aut adipiscendi non esset capax, cuius quidem rei multa in iure traduntur exempla: nam tunc, quid vetat in locum vacuum aut perperam iniquèque detentum vel violèter & nefariè occupatum canonicè concedere, vaderèque: ^q quae uel culpa, in eo esse potest, qui ecclesiam destitutam ministro, sibi legitime poposcit, petiuitque loco abeuntis, ad capeendum sanctum, honestumque munus, substitui. Extra quas tamen, & paucas alias, hoc in rerum genere, vulgè cognitae species, adeo est semper aedicti axiomatisque causa vera, vt aduersus eum etiam hominem, sibi locum vindicet, qui homo, cum probabili tituli alicuius causa, beneficii uiuentis exorat, & accipit, nedum fore quis putet, vt in eum hominem locum non habeat, qui violèter, nulloque suffultus titulo, solaque, vt aiunt, facti via, in rem uiuentis sacrae effusus obstrususque, ea postea, uti cupiditati suae, malaeque viae colorem obducatur, impetrat per via canonici vel potius fucati tituli, a Romano pontifice: nam utrobique, & hic maximè, ^r prostrata, quatefactaque impetratione, aduersus eum, suam vim, praedictum axioma.

o Panor. dict. ca. post electionem.

p Rebu. in praxi. tit. de re. bene. vi. ue. impe. nu. xvii.

q ca. eos. vii. quast. i.

r ca. cum de presb. in. vi.

exercet, excutiturque is homo, & abigitur, à malè concupita sacra æde, perpetuò.^s

^s Panor. ca. cū iādudum ext. de presb. & ca. i. de cōcess. presb.

Itaque tam latè patet hoc axioma, caputque suum effert, & producit fines, vt etiam in eos homines sanciat, qui homines, non solùm consultò, maloque concilio, in sacrū viuentis agrum, ex malè impetrationis capite inuolantes, in illius agri corporalem possessionem, ex eo malè impetrationis titulo, scienter irrepserunt: verùm & in eos etiam, qui ex mala causa, collationē nacti, in ea sola acquieuerunt, neque vltra progressi, illi, ob rei iniquè conscientiam, restituerunt, in nullamque possessionem venerunt, nam nec iis quoque delicti sui, vllam nihilominus gratiam lex facere videtur: neque pœnæ axiomatis eximere, sicuti liquere potest, ex re-

^t ca. qui in viuorum, ca. post electionem de concess. presb.

sponso Pontificio: ^t quod quum loquatur de his, qui se sunt passi, viuentium sacerdotum, in eorum fanis successores adhiberi, eosque ob talem puniat voluntatem, & accommodatam ea in re patiētiam, tametsi in vsum impetratæ rei, & possessionem non accesserint corpore, patet bene, in eos quoque; voluisse iustius animaduerti, qui nō modò se hanc in culpā induci permisere, sed & collationem culpata, spōte sibi procurarunt, quanquam collationis illius vi, nulla sit sequuta corporalis possessio, nimirum vtrobique plectenda est mala mens, malus animus, & patefacta illius voluntas, qui viui Christiani fratris sui, improbè bonis inhiauit, cuius præcepti, in simili facti specie, violator is, qui viuum Aarōnem fratrem Moysi, expellere voluit, sacerdotio, sibi que illud addicere, pœnas ex diuino dedit iudicio, quas recenset bibliorum Pentateuchus: adeò curæ semper fuit Deo, & legislatoribus, ne in alienam hæreditatem, alienumque viuentis bonum, liceret impunè grassari. Sed iam fatis de pœna improbi impetratoris: Nunc de causa quæro improbi quoque collatoris, qui sese sæpe eadem improbitate, in conferendo viuentis alieno bono, alligat, quid de causa illius censendum? videlicet, an quum par sit delicti ratio, pari pœna plectendus, Et quidē hic locus est diligenter animaduerten-

tendus, & multa distinctione compungendus, nam & alioqui, in hoc, & alio rerum genere, plures frequenter adferuntur species, in quibus, quum par censetur esse causa, diuersa tamen statuatur decisio, quocirca illustretur res, cum appositione exemplorum, formarumque, & causarum distinctionum: ac primùm, prodeant electionis vel collationis causæ, loquamurque de actione, consultationeque, tum sodalium, tum collatorum, super eligendo, superque sufficiendo, & adsciscendo præfecto, aut administro, ex electionis, aut collationis capite, in fanum beneficiarii, nondum extincti, qua in exempli specie, ita duco censendum, simplex, in huc euentum rei, sodalium, vel collatoris collocutio, quæ sit dūtaxat, de futuro casu, consultrix & ad inopinata casuū, quædam verbo tenus præcepta ratio, nullo potest iure improbari, ^v modò intrà suos consistat terminos, neque ad vllam tradendi alteri beneficii, vllamque prouisionis causam, sese efferrat: cōtrariò sic per leges item statuo, ponoque, Omnis de liberatiua vrgensque actio, omnisque sodalium, aut collatoris consultatio, quæ, sacerdotium viui adhuc præfecti, quantumuis debilis, & infirmi, præroget cuiquam alii vlli homini: vel quæ de sano alio, quouis modo, antè fatum possessoris statuat, aut præfiniat, iure omni interdicta censetur: ^x ergò hunc in casum, neque ob eam rem conueniant, sodales, fratresque, neque comitium indicent capitulare, neque stuant, neque suffragium concinnent, neque certum vllum hominem, sano illi per electionem, vel collationem præficiendum designent, denique nihil quicquam agant, quod respicere queat futuræ electionis iudicium, non quidem designetur comitorum locus, non fiat absentum eam ad rem in conuentum vocatio, quod item collatori iniungendum, nè is quoque tunc aliquid agat neu designet neu diffiniat, quod spectet ad præiudicationem præfecti successuri, vel ad futuræ de illa viuentis sacra æde prouisionis prærogatione: quod si secus ab alterutro horum fit, quod vtrobique fit, ^y perperam fit, verùm hinc disceptatur, anne quod tunc ma-

^v ca. si trans rus lxxix. dist ca. in nomine xxiii. distinet

^x inno. hosti & panor. ca. bonæ ii. ext. de electio.

^y docto. dic. ca. bonæ ii. ext. de electio.

lè est factum, subsequètem dehinc electionè, aut collationè planè evertit: ipsoq; iure illico subruat, ita vt ea sequens p- uisio, perferat poenà antecedētis actionis, quæ suo nō tēpore ré diffinierit, aut cōcluserit: & sanè hoc loci in id cōueniunt Doctores, ^z vt propter hanc antecedentē actionē malam, quæ inde, post interitū beneficiarij, facta sit collatio, aut cō- cinnata, per ius suffragiorū, iam tum vacui fani p- uisio, ea nē sit prorsus ipso iure nulla, at cōuellēda quidē & rescindēda, neque id propterea, elector, aut collator suo multetur, ea in sacra æde eligendi conferendiū suffragio: propterea quod actus immaturus, & alieno veniens tēpore, causam alioqui bonā, & suo cōsignatā tēpore, haud debeat, citrà causæ dis- cussionem planè quatefacere, lectoriq; aut collatori, suffra- giorum, collationisq; ius, eo in fano, abrogare: satis quidem habēdum, si ipse actus per se malus, per se quoque ipsum, ad irritum deducatur: quæ quidem Doctorum sentētia omnis, hac in re prolata, ita à me in omnē casum accipitur, vt eam tum demum profitear esse verā, si quidem ad electionē, col- lationem, vel beneficij vacaturi promissionem, nō est tunc aut re ipsa, aut turba vlla rerū motrice, aut alio vllō pacto peruentum, Cæteroqui perpetuò statuendū putem, vbi col- lator, vel elector, de beneficio viuentis, sciens disponit, ibi vtrūque, ob noxiam, contrà superioris axiomatis causam, admittam, esse ea in æde, de qua perperam disponit, electio- ne, collationēque multandum, ^a quod se hīc vterque, cō- scium adiunxerit impetratoris, rēmque alienam ambientis, quia isthæc species, in causa est, earum rerum quæ recipro- cationem habent mutuam, suntque in numero relatiuorū, quæ relatiua, in re pari, parem, sibi que respondentem con- stitutionem desiderant: ^b quum igitur collator, & impe- trator, elector que, & electus, sese inuicem respiciant, Altér- que ad alterum non secūs conferatur, ac patronus ad clien- tem, suffragator ad candidatum, cumque ambo, hīc in pari sint delicti causa, quippe alter rem viuetis sciens poposcit, alter sciens detulit, & dedit, Quid adferri potest causā, quo-

minus vterque in suprā axiomatis positi causam, æquo iure offenderit, Quocircā, quum impetrator perpetua illius ædis adeptione multetur, quod eam nefariè impetrarit, collator quoque, vel elector collatione est, aut electione, in eadē æde multandus, quod vterque nefariè, & contulerit, & elegerit. Quæ opinio, aliis quoq; causis cōfirmatur, vtpote scitis cō- ciliatorum, & legislatorū respōsis, in re simili, nam habet La- teranensis synodus, collationē, quæ dictata est aduersus iu- ris formā, collatorē sua in specie, malè collati fani, collato- ria fani illius erogatione planè priuare, ^c quia ab obserua- tione legū recessit, & in culpā incidit, hīc verò quis apertū dolum malitiāq; non videt, penes istū, seu collator sit, seu ele- ctor, residere, Cū & Papinianus ^d censuerit, eum succes- sione indignū, qui bona viuentis, in quæ erat aliquādo suc- cessurus, donasset, quod nō de suo, sed de alieno esset, viuetē adhuc domino, largitus, rēmque ausus tum contra bonos mores, tum contra iuris gentium, iuris que humani præscri- pta, committere, cur ergo, & hīc idem pari in causa non sta- tuemus? vbi collator, cū alterius iniuria, nihil tamē de suo largitur, vt acrius, sit etiam plectēdus, quàm is, qui citrà alte- rius iniuriam, fanum vacuum, nō satis appēsā illius, cui con- tulit, qualitate, tribuerit, qui quidē solūm tūc priuatur, pro- ea specie vacationis, in qua errauit, sua ipsa tum potestate, tum causa conferendi. ^e Atqui iste noster præfectus, tantō magis poena est afficiendus, quò, & quidem in re sacra plus deliquit, exemplo illius positi à Papiniano, rei quidem tē- porariæ (quod multò est minus) iniusti donatoris, & tamen quidam ex nostris sine magna probabili ratione, contraria sunt in sententia, ^f Ampliūs hīc addo, per hoc axioma- tis caput, omnem planè beneficiorum, suo superstite præ- fectō, non modò interdictam esse collatoriam erogationē, verūm & omnem de eis erogandis, conferendis que in eue- tum morituri præfecti, pollicitationem. ^g Itaque quod vtroque in hanc causam fit, nihil fit, id quod ipsum per præcedentem ratiocinationem, ad præsentationum

z Inno. & raner. in dic. ca. bonæ. ii. ex de elect.

a dic. ca. qui in viuorum.

b L. i. de cu- pre. lib. x. C.

c ca. cnm in cunctis. s. fi. ex de elect.

d L. quædā, & L. nam & ff. de dona- tio.

e Dic. ca. cū in cunctis. s. fi.

f Rebus. in pra. tit. de re- pro. bene. vin. imp. nu. xix.

g ca. ii. ext. de conce. presb.

h. ca. illud
de iu. patro.

quoque causam produco, vt illæ etiam hunc in casum neque fieri debeant, nec si fiant, vllius sint momenti, ^h ex quo deciditur disceptatio, cuius species fuerat quodammodo, paulò supra delibata, & quæ tota nominatim sic habet, Vnũ aliquod fanum, quo tẽpore ex capite præsentationis, oblatum est à patrono, in vacuitatem nõ inciderat, euenit tamen vt, quum ea ex præsentatione, sequuta est institutio, suum verè tum amiserat præfectum, quæro, valetne talis institutio, quam vitiosa, iniquaque præsentatio antecesserat: breuiter duco respondendum, si illa institutio à sola tali, patroni præsentatione, nuncupationeque ductum habet, eam stare nõ posse, tum quia à vitioso maloque capite manat, tum quia fundamentum aliud firmum non habet, quo queat suffulciri, nam institutor suam institutionis collationisque causam, aliò non retulit, quàm ad præcedentem patroni præsentationem, qua euerfa præsentatione, tanquam à mala causa ducta, æquum est, inde sequutam quoque institutione collationemque euerti, per rationem supra positã, de electione & collatione, ob deliberationem factam antè, iniquo quidem tẽpore, & diffinitionem negotij, quæ perperam antecesserat, in nihilum recidenda: verum enim (qui casus est alius paulò sequioris notæ) si ad inferioris præsentationem, suo itidem non factam loco, sequutæ tamen post institutioni, quum verè quidem tum decessisset beneficiarius, adiuncta sit quoq;, hinc à superiore collatore, illa formula, in aula quidem, Romanaque curia, adpingi solita, at alibi nusquam temerè, quæ clausula solennis sic habet (Aut alias quomodocumque vacet) ita vt ad omnem vacationis euentum, superior, collator suam retulerit collatione, institutionemque, si quidem per eam clausulam solennem, id facere potuerit, de quo paulò post dicitur in transitu, quidpiam dignum annotatu, At si id bene rectèque is fecerit, eã tum collationem vel institutionem proculdubio autumarem consistere, quia si deest præsentationis causa, quod ea sit iniquè facta, præpropere quidem, & non suo tempore, habet tamen

hec institutio, vel collatio, aliam hac in re fedè, in qua, possit non incommodè considerare, quam rem alibi doctores fusiùs atque explicatiùs disceptauerunt. ⁱ Porro, dictum est modo consideratè, atque cogitatè, de solenni illa clausula (aut alias quouis modo vacet) illam nimirum ferè nunquam, nisi a collatore apostolico, vt habet stylus formulariorum, solitam collatoriis in schedis apponi, nam si alibi, vt potè ab antistitibus ordinariis adpingitur, id (aiut multi) frustra fit, ^k quod præfules ipsi nequeant, in omnem vacationum euentum prospicere, suamque designare ad omnes causas rationem rogatoriam, quid enim si in curia vacat fanum? ^l quid utique si iure deuoluto, in causam quidem caducorum, idque decurso lapsoque conferendi in eam rationem tempore? quam obrem abstineant præfules ordinarii ab hac solenni clausula, quæ ab ipsis consignata, nihil proficit, quãquam etiã, nihil putetur officere, & eam pragmaticis romanæ aule integram relinquunt, de qua re, vide item fusiùs, glossatores pontificiorum, qui id cautè (ut innuunt) disertèque, ordinarios antistites, ne faciant neue hac vtantur formula admonent, quàm rectè, verò, & æquabiliter, lectorum esto iudicium, cum & alioqui, pontifices ordinarii, eam etiamnum adpingentes, si non ibi positam, vbi nihil queunt, attamen eò relatum possint opinari, quò, vim proferre habent collatoriæ, atque beneficiariæ potestatis, cumque vnum vacationis modum, in quo quidem ordinaria & legitima virtute, possunt ac valent, nominatim designarint (quippè qui ipsi pro expresso habere, vt facit sepe Papa suis in schedis pontificiis, haudquaquam queunt, tum ad alios, vbi duntaxat valent, vi clausulæ iurisdictionem ea in re, suam videantur expromere, atque promouere, sed de hoc, pro digressione, iam nimis multa, nam etiam, vtrauis placeat magis obseruatio, non ita admodum publici refert exempli, De quo, item aliàs forsan accuratius, atque subtilius.

t. iij

i. deci. conci.
clxxii. rebu.
dic. rub. de
repro. bene.
viuè impe.

lz de hoc vi.
rebus. tm. pra.
beneficiaria.
l. ca. de preb.
lib. vi. glo. &
docto. in vi.
de elect. in vi.
& c. ii. & i. ii.
de coce
preb. ibide.

l. rebu. in
forma man-
dati in glos.
pro expressis
in concor. &
in prax. bene.
in cap. requi-
sita in literis
colla.

DE OFFICIO ET POTESTATE
huius generis hominum, qui in re sacra vicariam alii
dant operam.

Epitoma horum, quæ hoc in capite differuntur.

- 1 **A**gitatur prima hæc isthæc causa, quæ scilicet fuerit, tum origo, tum ratio vicariorum, deprompta quidem illa, ex vtraque tum veteris, tum noui foederis, vel testamenti tabula.
- 2 Agitur tum & hæc altera causa, nêpè (vicarium) esse dictionem, multiplicis significationis, variæque pro causa, loco, & tempore, in hocce nostro iure pontificio, accipi, tum & declarantur nomina, quæ sunt huic vicariæ functioni, atque officio, per ius nostrum posituum, perque iuris interpretes, attributa.
- 3 Agitur, vicarius habeat dignitatem necne? & an hoc hominum genus, in illustri, excelsoque, & claro loco, inque functione, tum honorifica, tum nobili, positum esse censetur?
- 4 Differitur, à vicario, ad suum non prouocari Antistitè, ità vt, quod vicarius, pro sui delegati tribunalis officio, dixerit, iusserit, pronúciarit, id omne prouocationi, apud delegantem suum pontificem agitandæ, neutiquam obnoxium esse, debeat is quidem nosse, ac iure optimo ita sentire.
- 5 Ponitur axioma hanc in sententiam, Qui datur vicarius ad hoc, vt is conferre sana queat, necessè est, vti generalis atque in vniuersam dioeceseos causam planè detur, cum adscriptione, adiectioneque peculiaris clausulæ, quæ collationem omnium sanorum nominatim ipsi irroget.
- 6 Valetnè: vicaria functio, isto mandata modo, videlicet,

(huic quidè vicario meo, omnia generaliter negotia sacra, quæ in ecclesiastica insunt prouicia mea, exercere, obireque ius esto,) Tù & in hanc formam, (itemque vicario huic meo templa erogare, conferreque omnia, quæ meo episcopatu, aut cœnobio, obnoxia, in hac insunt, certa designataque dioecesis parte, liberú fasque censetor.)

- 7 Ad erogandam, conferendamque vacuam sacram ædè, rectè rescribi potest, speciatimque dari peculiaris vicarius.
- 8 In fundanda constituendaque sacra aliqua cella, templo vel ecclesia, inque assignandis illi redditibus, obuentioneque bonorum annua, potest quidem ritè, de conferendo certo aliquo fano, huic sacre cellæ, fauorabiliter caueri, atque in arbitrium, futurorum cellæ præfectorum, futura isthæc reseruati fani erogatio, presentatio seu collatio conferri, ita vt sanum illud, tãquam appendix, sacre huic cellæ inhæreat, sitque consequenter in præfecti cellæ donationis beneficio.
- 9 An per alteram vicariam delegationem, prior censetur abrogata, etiam si, in hac altera, nulla sit iniecta abrogatoria formula, nec quidpiam, aliud, quod id clarè confignet?
- 10 Collator ordinarius, si deierat, vicario mandatum nunquam abrogaturum, An is tum, abrogandi postea, reuocandique habenas liberaas habet?
- 11 An quæ, ab abrogato vicario, qui suam abrogationem haud scierit, facta est fani collatio, iure consistit?
- 12 Quonam pacto, quouè ritu, sua significanda est, atque patefacièda vicario abrogatio, ad hoc, vt quæ postea, hac in vicariæ functionis ratione, is fecerit, non iure fecerit,
- 13 Quæ dantur formæ, rerumque genera, quibus in formis, rerumque generibus, vicarius, tametsi ritè abrogatus, quit nihilosciùs, sana ritè conferre.
- 14 An adigi compellique queunt, Antistites, Præfules,

- Pontifices, ad mandandam vicariam functionem.
- 15 Competitnè episcopali vicario, diocesis iustratio, tum & templorum, quæ sunt in pontificali illa prouincia, recognitio, tum & cleri, plebisque, & populi, sacra visitatio?
- 16 Vtrum pontificalis vicarius, possit extrà diocesim, fana diocesis, dum vacant, erogare, tum & reliqua suæ vicariæ delegationis munera extrà territorium capeffere? an porrò hæc talia tum facièdi, omni prorsus excluditur munere? ita vt ipsi, solos quidem intrà fines diocesis, horum munerum consistat agitatio.
- 17 Qui, qualesuè esse debeant, istiusmodi vicarii, quonam vitæ instituto, quouè genere, & qua morum præscriptione.
- 18 An generali vicario, ad fana eroganda generaliter dato competit eorundem fanorum admittenda, comprobandaque resignatio, tum & ex ea admiffa resignatione, vacantium fanorum, concinnanda, faciendaque, quibus videbitur, erogatoria collatio?
- 19 Vicarius, cum, in vnum aliquem indignum, & non probatum hominem, fanum vacuum contulit, obstanè per istud, quominus ordinarius Antistes, idem postea fanum, possit tribuere, digno alicui, & probato homini?
- 20 Vicarius, qui dedit indigno, beneficium, viroque non idoneo, potestnè idem ipse hacce retractata datione sua, ipsum beneficium, in alium postea probatum hominem erogare.
- 21 Quomodo, moribus Francorum, nostratèque institutione probetur hodiè, vicariæ functionis delegatio, quæ uè forma, & præscriptio, in hocce requiratur negotio, istud quidem obiter hîc differendum, cum tamen talium rerum, nempe iuris nostratis, in vniuersum disceptationis suus sit alibi locus proprius. An in delegatione vicaria, quam Antistes alicui tribuit, debent adesse testes, an scriptura?

- ptura? an publica tabella?
- 22 An porrò eam in rem, satis censendum: Antistitis, & ipsius scribæ, chirographum, aut sigillum interponi.

DE OFFICIO, ET POTESTATE

huius generis hominum, qui in re sacra

Vicariam alteri dant operam.

Câp. 10.

Vsus hominum huiusce generis, à necessitate pendet, manatque, hoc est, à necessaria ratione functionis, necessariæque ministerii, Etenim, quum sæpe contingat, præfulem, aut valetudine impediri, aut distineri legitima causa alia, quominus suum per sese possit munus administrare, stareque præfens in officio, quum etiam sæpè accidat, vt obrutus negotiorum mole ac multitudine, omnia non queat coram exhaurire, nulla vetat tum ratio, nullumque ius, quin vtrobiquè, probis hominibus, suas præstandas vices queat committere, idque, Deo optimo & maximo approbante, & ipsa suadente iusticia, hoc est, diuini, humanique iuris æquabilitate. Et certè Moses, ^a afflatu numinis, sacerique Ieronis ^{a in exodo.} concilio, quum non posset, suo in regali sacerdotio, omnia, quæ eam ad rem pertinerent, per se capeffere, viros bonos delegit, sibi que vicarios constituit: qui populo, in re sacra, ius dicerent, non modo qui ciuilia pertractarent, hancque sui sacerdotii, non solum principatus partem, in alios vtique transmisit: id ipsum fecit etiam in sacerdotio Aaron pontifex, sibi que delegit, & suffecit, in ministerio socios, id ipsum quâdoque, fecere omnes fermè veteris foederis, veterisque testamenti pontifices, id ipsum fecit euangelicus & sanctissimus apostolorum coetus, qui ea de causa, teste Luca, suis in

actis, primum celebravit in ecclesia Christi conuentum, quo in conuentu, delegati sunt ab Apostolis, viri, qui administrationi mensarum, & aliorum quorūdam munerum, apostolorum vice, incumberent, interim dum ipsi apostoli, rerum fatagerent euangelicæ prædicationis, quemadmodū eo in actorum capite, fufius enarratur. En ergo tibi, prima origo vicariorum, delegatorumque in sacrata functione hominum, ab vtraque tabula, legeque tum vetere, tum noua ductum habens, Atque vtinam verò eum ad finem, hodiè vsus vicariorum haberetur, quem ad finem, eum habuere antiqua illa & religiosa tempora, eademque ratio, & præscriptio, in eis constitutendis teneretur. At vereor, ne ymbra modò habeamus, rem verò ipsam, reique institutionem planè reliquerimus, nisi quòd ea, vt negligentiæ desidięque obtendatur color, abutimur.

Verùm id mea, (qui in ecclesia, neque censores ago, neque morum emendatorem, opus tantum, operisque mei, vt quisque locus incidit, contextum persequor) nõ admodum interest, modò planum hęc fiat, quę fuerit huiusce causę, de qua præsens est hypothesis, origo. Quę forma, quę ratio, qui finis, vtque omnia à diuina institutione, vt testatur scriptura sacra, manarint: nõ quis putet vicariorum nomen, causamque, solo inductam positio iure, soloque cognitam scito decretorum, & Romanorum pontificum constitutis: hoc ergo pro fundamēto materię stabilito, fixoque, est deinde excutiendum, vt sciatur de varia multipliciq; per multa

vocabula huiusce causę appellatione, ne quid erroris sit in nomine, neu, quod in eadem re, causaque est constitutum dum per dictiones variatur, ad varias quoque causas resque putetur referendum.

Igitur hęc sunt tres voces, quibus vario modo in iure nostro, ab ipsis iuris conditoribus, signatur vicariorum appellatio, quippè quia, hi quandoquē deputati, & commissarii, nuncupantur, hoc est, recuperatores, rerumque legati spiritua-

† voces quidem barbare sunt sed hac in arte receptæ.
h c. in sinu
re de offi, de
lega. c. dilectus de appe.
cle, & si principalis, de rescrip.

lium, & temporariarum, interdum etiam officiales, nempe iuridici, ab antistitibus, rebus diocesis assignati vocantur, sunt qui eos vicegerentes nominent, sunt qui item locum tenentes, videlicet suppressos fiduciariumque, ab episcopis, obtinentes operam dicant, vtque omitam, vel breui transcurram, nomenclaturam illam omnem aliam, ecce tibi nuncios, dominicos missos, substitutos, visitatores, suffectos, idem hac in re signare proponito, omnesque concurrere in significationem vicariorum, quam me non latet, inter vicarium, & suffectum, per doctores nostros non nihil subesse posse differentię. At nunc satis est, si habeatur, per superiora nomina, à pontificiis legislatoribus vsurpata, vicarii, vicarięque delegationis, significationem, multifariam designari, nec in eo maius terendum tempus puto, aut collocutionis vim accuratiorem adhibendam. Quocirca explicanda demum venit rerum, hac in thesi positarum, tum decisio, tum disputatio, & primum de causa querendum, nempe cui rei nata sit ipsa agendę, & efficiendę, agit sanè, & efficit, vt cum homini, ea legitime adscribitur, mandaturque vicaria rerum diocesis tractatio, is homo, dignitatem planè habeat, possitque claro sese dicere magisterio exornatū, siue eam delegationis prouinciam, ab Archiepiscopo obtineat, siue ab episcopo, seu etiam sede vacante, à comitio capitulari, modò is vicarius, uicanus vel externus officialis, quem foraneum dicunt non existat, nam huic vicano officiali, non competit sanè dignitas. Efficit deinde hæc præsens causa, vt eam qui habet, qui que vicaria antistitis per delegationem fungitur opera, non sit ad ipsum antistitem, in sibi commissio tribunali, suaque fiduciarium & vicaria opera, puocationi obnoxius, propterea quòd eodem sedet loco, eademque est in potestatis causa, qua in causa, quoque in loco, cõfidit is ordinarius presul, qui suū ad eum, per vicariam operam, rescripsit imperiū, suaque iuris dicendi, & rerum per diocesim agendarum, functione delegauit, cūque ambo eodem loco sedeant, eandemque

c ca. quãquã de vsur. in vi § interim de manda. pri. in aut. d ca. ii. de regu. ca. i. de tri & ma. ca. iii. de insti. e ca. precipimus xciiii. distinct. f cle. i. & ii. de hære. in cle. g ca. fin. de supp. neg. pr. h albe. li. c. de offi. illius qui vic. alter. i ca. petitio. de procu. habetur per docto. in cle. & si principalis de rescript. lz cle. & si principalis de rescript. in cle. l dic cle. & si principalis. m ca. ii. de cõsue. lib. vi. iuxta tamen distinctionem rotæ de cõcl. & deci. cõcl. xxi.

vel parem, in re delegata, potestatis personam, sustineant, ineptum planè esset, ab vno, appellari ad alterum, neque hoc aliter censeretur, atque si ab cuiuspiam iudicis sententia, ad eundem ipsum iudicem qui eam tulit, prouocandi daretur locus, Efficit deinde, ac tertio, hæc præsens causa, ut quisquis in eam incidit, sumitque in aliqua dioecesi vicarii personam, is generale mandatum, peculiaremque omnium beneficiorum, ex capite modò collationis, erogandorum curationem, & vicariam operam habeat, necesse sit, si quidem quicquam habet, hoc in collatorio genere, sibi adscriptum: proinde non auditur, qui in conferendo, vel presentando, vel instituendo, vno aliquo fano, suam profitetur vicariam, peculiariterque & præfinitè delegatam operam, nisi eam, in omnibus item dioecesis sacerdotiis, eodem tractandis modo, asserat generalem, absolutamque iacet omnium, quæ ibi sunt, fanorum collatoriam erogationem: si tamen hoc vnum diceret, sibi videlicet mandatam, in vna aliqua dioecesis provincia, generalem omnium, quæ ibi sunt, fanorum collatoriam erogationem, nihil tunc uetaret, eum, suo in tali mandato, suaque in tali vicaria opera recipi: quippè quæ, non ad certum quoddam dirigatur sacerdotium, sed omnia, in quadam dioecesis parte, regioneque sita fana excutiat: quæ quidem talis delegationis vicariæ forma, generalem suo in loco, suaque in specie, & dioecesis parte, causam respicit. id quod & meminico firmatum, placito senatus Parisiensis, dum in altera inquisitionum classe, (cui tunc præses fedebam,) renutiante Domino Martineo, litis enarratore de possessione prioratus ab Egu-rando, controuerteretur. cum enim vicario abbatis diui Michaelis de Lesclusa, (cuius quidè Abbatis, prioratus ille erat in beneficio, iureque collationis) obiceretur ab aduersa parte delegationem vicariam, qua pars altera, suam causam omnem suffulciebat, non potuisse iure consistere: eo quod, non quidem generalis, ut debebat, verum specialis, ad ea beneficia, quæ in Aquitania erant sita, referretur: cum alibi multa quoque alia essent fana, illi addicta cœnobio, ad quæ mandatū

ca. constitu-
tus ca. si. de
concel. præb

illud, vicariæque opere delegatio, nullam vim suam exeret, quia generalè causam nequiquam cõplecteretur: ideoque nullam eius habendam rationem: tamen placuit senatui, æquã esse, iustamque illius causam, qui ea in controuersia specie, à vicario stabat, exemplo tutoris, qui tamen ad vnam aliquam rem certamque causam tutor dari non queat, si tamen rei Italicæ, vel Gallicanæ, tutor detur, responsum est, eum rectè dari. Atque hac ex causa, prædictoque Senatus consulto, hæc, sine dubitatione res consistit, quæ ab hoc axiomate superiori excipitur, dictante quidem, vicarium, nisi generalem, omnibusque ad vnum, erogandis conferendisque templis suffectum, rectè dari posse, quin & adferuntur aliæ quædam species, ubi cessat idem axioma, suusque certo conferendo fano tribuitur vicarius. Esto enim, ecce vacat fanum ex insperato, certè nihil impedit, ad fanum illud, quod de improviso cecidit, iam in causam vacui, vicarium tunc peculiarem sublegi, qui vacuum de repente tale fanum conferat. Pone item cellam quædam sacratam, prioratumque, sacro in aliquo loco religiosoque vel etiam quoddam sacellum substrui, vel ius sportulæ, sacre præbendæ, certè huic omni tali sacro, religiosoque loco, illiusque sacri loci religiosique præfecto, speciatim nominatimque tribui quit potestas, certam illam sacram ædem conferendi, vel prærogandi ex nuncupationis presentationisque capite, prout faciendum episcopo loci, pro re nata, ac tempore videbitur. Sed iam satis sit dictum, de his, quæ in hac causæ thesi (nempe quid ea possit aut agere aut efficere) sunt apud omnes in confesso, nunc controuersa & dubia disceptemus. disceptatur quidè primò, An per alteram vicarij dationem censeatur prioris vicarij datio, tum euersa, tum reuocata, tum infecta planè reddita: hærclè hic locus magnam habet dubitationem, magnamque doctorum, & lubricam (si quis alius quisquam) concertationem, ita ut vix sciatur, vtrò mens eorum crebrius, probatiusque inclinet: quidam diiudicant, per alteram vicariam delegationem, censeari omni-

o s. certè qui
test. da. pos-
sunt.

p L. si tamen
de test. tut.
l. ex factio. ma-
gna de herc.
instit.

q q Glo. & do-
cto. dic. ca.
constitutus.

r ca. ad au-
diètiã de ec-
cle. edific. ca.
cũ venissent.
de instit. ca.
visis. xvi. que-
stione. ii. ca.
pastoralibus
de iu. patro.

nò reuocatam priorem. ^s Alij negant, ^t Alij amplius de-
 liberandum censent, Qui reuocatam aiunt, hæc adferunt,
 atque ita ratiocinantur. Mandatum alteri procuratori da-
 tum, vel ad lites, vel ad negotia, prius mandatum tributum
 ad easdem lites, alteri cuidam antè homini infectum planè
 facit, reuocatque tacito quodam modo. Curator item, aut
 syndicus, actoruè cuiusdam corporis, vniuersitatis, vel col-
 legij. Quod attinet ad reuocationis causam, & tabulam, eo-
 dem iure censetur: si id fit in procuratore, item in syndico
 collegij, nimirum consequens est, argumento à compara-
 tione similibus deriuato: id vt itidem fiat, in hoc vicariæ de-
 legationis homine, eiusque vicarium mādatum, per secur-
 dum quod intercessit iure putetur prostratum, & indu-
 ctum. Porrò qui hoc negant: ^x id vtique sine multipli-
 ci probabilique ratione neuti quam faciūt, adducunt enim
 imprimis exemplum Apostolicæ sedis legatorum, ^y tum
 proferūt in mediū causam tutorū, aientes vtrobique secun-
 da datione, delegationisque attributione, priorè neque di-
 rimi neque vllā in abrogationè recidere, ^z tū & hoc ipsum
 multis aliis Iurisperitorū respōsis, & autoritatibus com-
 probant, ^b quæ videntur huic opinioni suffragari: quā di-
 cunt, per ea, quæ de procuratore, rei; cuiusdā publicæ cura-
 tore, gestoreuè sunt allata, minimè posse dirui, quod diuer-
 sa in vtraque specie ratio, diuersam quoque adferat consti-
 tutionem: nam ibi, hoc est, in cognitorio omni, vel procu-
 ratorio munere, idcirco id fit, quia cum plures in idem ne-
 gotiū dātur procuratores, videlicet, paulò antè, vnus, pau-
 cūq; post, alter, mox deinde reliqui, si omnes eam in rem in-
 tendant, impediunt, sæpe alter quidem alterum, vnus nimi-
 rum affirmando, alter porrò vt sæpe fit negādo, ^c eoque
 contrario concursu, diuersaque tum actione, tum discepta-
 tione, causam plerumq; efficiant implicatiorem, & nò par-
 uas tenebras offundāt, negotio, id quod fraudi est partibus
 magnoque sæpe damno, ideò non mirum si huic vt fraudi,
 circonuentionique obuiam eatur, per cōstitutionem, secu-

di procuratoris, priorem ex tacita quadam mandātis, presu-
 ptaque voluntate, cassam prorsus irritamque visum est cē-
 ferri: cui rationi, quum in multiplici hac vicaria delegatione
 locus esse non queat, igitur nec isthęc plurium vicariorum
 causa, pari iure parique scito est sancienda: quum nihil hīc
 ob eam vicariorum multitudinem, collatorumque coetum
 plurium interturbetur: nam semper hac in omni tali causa,
 vrget ordinarium p̄scriptum, quo habetur, qui in collati
 sibi fani legitima ratione, antecedit tempore, eum iure po-
 tiorem esse: ergo istorum vicariorum facta sese non colli-
 dunt, neque beneficiorum canonicæ causæ officiant: præter
 eā, quod attinet ad alterum munus vicariorum, quum ordi-
 narius Antistitibus in solidum sit iurisdictio attributa, qua
 in iurisdictione, multa obiri capessique soleant munia, cer-
 tē quò plures erunt, ea ad munia attributi vicarii, eò meliūs
 ad conficiendam iurisdictionem, suumque vnicuique ius
 reddendum, in illo tribunali, & dioecesis plebi, & populo
 illius prouinciæ, consulatur: ^d quod vt fiat, reipublicæ chri-
 stianæ valdè semper interest, cui & sententiæ, ego quoque
 subscribo: discē ptatur postea, posita fixaque vicarii muneris
 reuocabili causa, quæ omni competit antistiti, siuè ea plana
 sit, & aperta, siuè tacita, vel p̄sumpta, quin etiam si iurasset
 antistes, nunquam se, reuocaturum vicarium, haud tamen ei
 ea facultas reuocandi esset deneganda: ^e ergo, eo posito, nūc
 quæritur, an collatio ab hoc reuocato vicario dictata, qui se
 tamen nesciuerit reuocatum, iure consistit, dico, exhausta
 omni (quæ non parua est) difficultate, tandem esse conclu-
 dendum, collationem eam stare debere: quia, qui eam fecit,
 ignorabat suæ reuocationis tabulam, quare delegato sibi, si
 dens mandato, illius vi, vacuum fanum conferendo, in bo-
 na fide semper constitit. ^f Itaque, tam est hoc axioma verū,
 & probabile, vt etiam in re ancipiti, dubiaque, sciuerit vica-
 rius abrogatum sibi mandatum necnè, ab eo tamen stet pre-
 sumptum hac in re, iuris iudicium, quò vicarium planè nesci-
 uisse affirmatur, nisi sciuisse clarè liqueat. ^g

d l.vni.de
 offi.confue.
 & ibi bar.
 bald.& fa.cō
 ci.cclxxviii,

e ioa.and.&
 butri ca.suā
 de offi.vica.
 f l.solent s si
 cut ff de offi.
 procon.vbi
 bald.l.si for-
 te de offi.pre
 si.glo.prag.
 sancto verbo
 vicario tit.de
 colla.per l.p;
 s si ego ff. q
 iustu.
 g ca audita
 de reston.
 alb e.l.ba.
 phi.ii. de of.
 preto pro.

Disceptatur tertio, quonam pacto fieri debeat, istius reuocaturæ delegationis vicariæ significatio, ad hoc, vt vicarius delegato sibi officio, legitime amplius fungi nequeat, hic a multis hæretur, tum & in constituendo, etiam quid censendum, dum antistes suo ipse nomine, mādatum renuntiat vicario, aitque coram, se non amplius illius velle ea in re, vti fiducia opera, plurima sanè adfertur vtrouique dubitatio: ego tamen, hac in posteriore specie, diutius, hærendum esse non cenfeo, quia deciditur planè, si antistes solo etiam verbo, suum ipsius vicarium missum fecerit, missionè quidem valere, nullumque deinceps, in vicaria opera, ius ipsi relinqui vicario: maior est ergo difficultas, in eo, quod priorem respicit generaliter thesim, nempe quid iuris statuendum, quum id ipsum antistes non per se facit, sed per procuratorè quem ad id faciendum, nominatim delegit: ea in facti specie plus verè profecto subsistitur, dubitaturque, quia inde oritur scrupulus, debeatnè is reuocaturæ tabulæ procurator, suo de mandato, per claram, scriptamque exhibitionem mandati vicario fidem facere? An porro sit satis, reuocaturam voluntatem mandatis, illi quoquomodo declarare, in quo vno discutiendo, hoc demum opus, hic labor est, nam configitur inter doctores diuerso modo, nam nonnulli aiunt, hac in re, mandati scripturam esse ostendendam, sicuti in re simili iuriconsultus faciendum respondit: dum inquit qui tanquam hæres, vel procurator, aliquid testatò reclamationat, intercedit, vel obnuntiat, aut quicquam aliud in eam testificationis agit rationem, operepretium esse illi tabulam, qua in tabula, scriptus est procurator, aut hæres, in apertum proferre, & dereque, alioqui sua in protestatione, enuntiationeque eum nihil prorsus agere, neque negantem, morem illi velle gerere, in vlla damnosa mora collocare, quia nisi legitimam actionis suæ scriptionem proferat, non est ei habenda fides

h. l. si quis in
ficiatus in p.
& ibi bar.
bald. & fran.
are, ff. depo.

h. & sanè alioqui iure regulari, est prescriptum, vbi mora detrimens, cuiquam est affigenda, ibi profecto necesse esse, vti fiat fides, de mandato indicendæ testificandæque moræ, alioqui

alioqui testificationem hanc, denuntiationemque, procrastinatori, & moratori, aduersus quem illa fit, nihil obfuturam. ⁱ Atque magnus Doctorum numerus, hac est in sententia: ^k cui tamen sententiæ, alij plærrique non adstipulantur, quibus & ipse accedo, dicoque cum illis, probabiliter, atque cum causa, nihil opus esse, hac in re, vlla reuocaturæ mandati, reuocaturæque tabellæ, scriptura prolata, aut adita, quin satis esse, vicariū suum, per quempiam, aut reuocatis amicum, familiarè que aut per quèuis etiam alium, huic rei, sublectū hominem, sua de reuocatione certiore factum fuisse, nec esse illi, de mandato ad reuocandum, curiosius vltra, scrupulosiusque inquirendum, sat putandum, si sibi quoquomodo sciat abrogatā vicariam operam: qua si posthac vtatur, omne quod facit, frustra quidem fiet, in hancque partem inclinavit aliquando Burdigalensis Senatus suo in placito, vti testis est Nicolaus Boerius, ^l in hanc etiam partem inclinavit Parisiensis curiæ inquisitoria classis quarta, me ibi præsidem agente, dominoque item Martino litem exponente, in controuersia, in qua, planum erat, cœnobiarcham Beati Michaelis à lesclusa, cuidam homini vicariam, suo in cœnobio nouam operam demandasse: cum tabula, vel clausula priorum vicariorum omnium reuocaturæ: quam tamen delegationem nouam, cum clausula illa, priorum delegatorum inductrice, & reuocatrice, non constabat fuisse nominatim vnquam significatā antiquo cuiquam vicario, id modò afferebatur, mādatum illud recens, quo nouum à cœnobiarcha constituebatur munus vicarium, & tollebatur vetus, aditū quandoque fuisse quodam in iudicio, quod erat illi antiquo cuiquam vicario super cuiusdam possessione fani, cum quibusdam aliis litigatoribus controuersum. quærebatur tum sufficeretnè ea aditio, ad demonstrandum huic antiquo cuiquam vicario, suam reuocationem notā fuisse, de cuius quidē reuocationis notione, nihil liquebat, alio quoquam modo, ad ipsum quicquā omnino peruenisse: neq; cōstabat item, aditionem illā, ad cum si-

ⁱ Cy. Bald.
Albe. Sa. in
L. mādatum.
C. manda.
lz glo. dic.
ca. cupientes
verbo notiā
de elast.
in. vi. & ibi
Geml. Feli.
dic. ca. cæte-
rum.

^l Boer. deci.
ccclvii.

nem, ad eam uè causam, aut rationè, in iudicio factã fuisse, aut agitatã: solú id agebatur, vt de alterius recētis hominis, vicaria cõcessã ab Antistite opera, constaret, de antiqui verò vicarii reuocatione, tum nõ agebatur, neq; illa clausula, lite in illa, aliquid efficiebat: quæ clausula, prioribus vicariis mandatú generaliter abrogabat, solúmodo per cõsuetariã quãdam & obliquã rationè, vnã cù ea, quæ ad rem faciebat scriptura præcipua, quia simul cù ipsa erat cõscripta in eo iudicio, illa exhibebatur. Et quidè tum est nihilò seciùs responsum, decisumq;, æditionè illã priorè, ad eam rem, de qua tunc in præsens quærebatur, sufficere, reuocatoriãque tabellã satis antiquo vicario per hæc denuntiãtã cõferri. Disceptatur deinde, vtrú supradictú axioma quod habet, per reuocatoriã vicarię operæ tabulã, de qua vicarius sit factus certior, munus vicariú profus abrogari, sit perpetuò verú, an vtiq; quandoque concidat: tu tibi breuiter firmum habe, illud axioma quandoque dilabi, atque concidere: nam adfero tibi hanc causam, in qua causa, ipsum certè cõcidit, videlicet, si vicarius, post sibi significatam reuocatoriã tabulam, nihilò seciùs, in sua sanorum conferendi vicaria delegatione perseuerat, idq; ipsum facit sciente, ferentèque Antistite: nã ex eo, quod scit, ex eoque quod fert & patitur ille Antistes,

videtur mandatú quod antiquarat, & abrogarat, suo prorsus renouasse vicario, sic, & qui procuratori suo fidem, mandatúque abrogat, si eum postea scit, patiturque gerere negotia, proculdubiò censetur illum sibi reposuisse, ac de integro addixisse, ^m ideoque, quæ tum is procurator gessit, quia ea dominus rei, videtur tacita approbasse, valent quidem, ipsumque obligant dominum. ⁿ
Disceptatur adhuc potestnè cogi Antistes, ad delegationem vicariorum, & fiduciariam vicis suæ mandandam operam, his in muneribus, quibus, non quit semper interesse: Panormitano placuit, cogi posse, ^o Felinus substãt, dicitur, interdum amplius deliberandú ceuset, tandem propter

m ca. qui mu tuam. s. non ideo in fine
#.mãd. alex. late conc. cxxviii. vi. volu. Ludo. Roma. cõci. lxxvi. incip. in causã nobilis.
n l. semper qui nõ pro hiber. ff. de reg. iu.
o Panor. ca. quoniam de off. ordi.

auctoritatem Panormitani tanti hominis, suum cuique liberum hac de re, relinquit iudicium: ^p recentiorum tamen nostrorum schola, in Panormitani sententiam clarè descendit, ^r & sanè Senatus Parisiensis consulto, fuit aliquando, Archiepiscopo iussum Burdigalensi, vti is limini Pictorum, quæ vrbs, sacro illius Archiepiscopi attribuebatur imperio, iuridicum officialem poneret, rescriberetque.

Disceptatur præterea de potestate functionèque istius vicariorum muneris, an vtiq; ea potestas, eo vsque potest extendi, vt diocesis quoque obitorem, & recognitionem prouincię, lustrationemque tum cleri, tum plebis, quę quotannis episcopo capeffenda incumbit, complectatur, ita vt ad se trahat omnia planè munia Pontificalis visitationis, quam quæstionem, omiffa veterum controuersia, & hæsitatione, ita duco ex mente canonice legis, & Doctorum explicandam: vt eam autem, à voluntate arbitrioque Antistitis, prorsus dependere, ac eò vsque semper produci vicarias, hac in re, partes, quoad eis, suus Præful habenas laxarit, quoadque functionum harum iurisdictionem tribuerit. Ergo si in delegatione vicarii muneris, Antistes disertè nominatimque addit, velle se vicarium, ea visitationis capeffere munia, ea tum quidem vicarius munia rectè obeat, ^s si generalis fuerit quidem delegatio, at nihil appositum quicquam nominatim hac de re, neque vicario ea in parte sit speciatim cautum, ea tum parte, vicarius abstineat, neque sibi arroget, quod non est tributum lustrationis munus, quod si facit, frustra illi est futurum, quod ea in parte facit, ^r qua ex decisione, constituitur item alia quæstionis veteris diffinitio, quæ habebat. An vi generalis, vicarii muneris, ad conferendum delegationis, sibi potest, vicarius, potestatem, beneficia ex vnionis causa copulandi, addicere: statuiturque, hanc item quæstionem superioris exemplo, sancendam esse. Igitur vicarius datus ad cõferendum, generali absolutaque cum clausula, vnionè sibi ne vindicet, nisi ad id faciendú, speciali mandato suffulciatur,

p Feli. dic. ca. quoniam.
r glo. prag. fact. s. statuit verbo vicariis tit. de colla.

s ca. episcopi. x. quæst. i. ca. inter cetera ext. de of. ordi. ca. si episcopus illo tit. in. vi.

t glo. & do. & o. cle. i. verbo capitali de hære.

vel ob eam maximè causam, quod clausulã cõferendi quã-
 tumuis generalem, & generali in mandato adiectam ad ma-
 iora expressis porrigi haud sit æquum, & sanè clarum est,
 copulandi per vnionem munus, maius quiddam esse, splen-
 didiusque, atque potentius, quàm ex collationis capite sana
 erogare, quia ibi, scilicet copulãdo, requiritur Pontificalis
 functio, ^x nec munus est per se, minoris quidem episcopo
 magistratus, hoc verò, id est sana cõferre, quit cõpetere cui-
 us inferiorũ Antistitũ coronã, ^y idcirco ineptũ esset, neque
 par, per speciem minoris cuiusdã sibi tributę causã, velle si-
 bi maioris imperij potestatẽ adferere, & obliquè promoue-
 re fines ad sibi non debita: Adde, quod copulare per vnio-
 nem, est quodãmodo ab alienare. Vnioque, species quãdam
 distractionis esse censetur. Quæ omnia, absque peculiari ab
 episcopo delegatione, incũbunt profus nemini. Discepta-
 tur deinceps, vtrum iste legitimo modo, & accõmodata pe-
 culiarique ad cõferendas sacras eedes ratione, vicarius datus,
 suã potest extra diocesim ea in re, vicariũ operam exercere.
 An porrò intra diocesim circũscripto tenetur imperio.
 Tum vtrum quit is vicarius homo hosce instituere, quos
 à patronis oblatos habet, pẽrque præsentationem desi-
 gnatos clientes, in ecclesia, ad quam designantur ordina-
 re, tum & academicarum nũcupationum, prærogationum-
 que, quas dicimus nominationes, tum & graduum, quæ
 insignia Academicorum sunt, eeditionem seu insinuatio-
 nem recipere, eamque in acta referendam mandare, in quo
 omni disputationis genere, & potissimũ primo in capi-
 te, ad eò litigatur inter doctores nostros vt penè non queat
 constitui, quam in partem frequentiori calculo finiatur
 controuersia: nam pars magna putat, ^z nihil quicquam
 tale primò positum extra diocesim vicario licere, illius-
 que ea in re potestatem, diocesis prouincięque limite,
 circumscribi, eò quod, ab vlllo quoquam magistratu, qui
 infra principem summum sit, omnis emanãs delegatio, eam
 sit clarũ & certũ, intra solũ territorij delegãtis cõtineri, nec

v ca. qui ad
 agendum de
 procura. in
 vi.

x ca. sicut
 vnire de ex-
 cess. præla.
 y ca. cum &
 plantare de
 priu.

z Bald. late
 de of. pro-
 cons. Phy-
 Frac. ca. cũ in
 generali de
 of. vic. in vi.
 Bene. de
 plũb. l. apud
 consulem de
 ma. vin. Ab-
 bas Sic. ea no-
 uit de of. le-
 ga. hér. Bon.
 tit. de of. vi-
 ca. in. i. Roc.
 de curte tit.
 de iu. patro.
 quæst. xxiiii.
 & quæ. xxxi.

vltrã porrigi vnquam: ^a sicuti, exempli gratia, vel patere po-
 test, in vrbi præfecto, cui, ne vltrã centesimum lapidem, vel
 miliare, iurisdictionem conficiat, aut mandet, est plane iniun-
 ctum, ^b quin & id ipsum pontificia cõstitutione videtur quo-
 que decisum, atque patefactum, cum pontifex illa sua in le-
 ge, sic loquitur, collationem inquires, beneficiorum, per ge-
 nerales vicarios, qui suis existãt in diocesibus, legitime obi-
 ri posse.

Igitur extrã diocesim, nequaquam, vti consequens est cla-
 rumque, ex hisce pontificiis verbis. ^c Contrarium verò sen-
 tit doctorum quãdam alia pars magna, ^d atque existimat,
 munera illa, etiam extrã diocesim vicario nequaquam dene-
 gari, quia isthec sunt voluntarię iurisdictionis, non quidem
 contentiosę, aut iudicialis. Porrò quæ voluntaria sunt mu-
 nia, nihil esse quod prohibere queat, illa vbiquè administra-
 ri: Ergo & extrã territorium, & extrã diocesim capessi pos-
 se, huicque parti, cum Burdigalensi senatu, ^e ad stipulatum
 est quãdoque Rotæ iudicium. ^f Sequitur & huius causę, pars
 alia quãdam, quæ quidem non debet prætermitti, vt quæ
 istorum hominum, qui vicariam nauant operam, respiciat
 qualitatem, formam, & modum, nempè quales esse ij debeat
 cuiusque generis, & modi, quæ quidem omnia in omni dis-
 cussione causę, & agitatione quidem ad officium hominis
 spectante, sunt inter fundamenta præcipua.

Ergò habe, istud vicarium genus hominum, quia ecclesia-
 stica sacraque tractat, à quibus, regulari more arcentur pro-
 phani & secularis, conditionis homines, cleri conditionisq;
 sacratæ esse debere, iuxta antiquum prouerbii capitulum (sa-
 cra tractet sacra, prophana prophani, suum quisque, sua in
 cõditioe, vitæ munus capeat, ab altero profus abstineat,) ^g
 Igitur vicarii isti clericali tonsu sint insigniti, clericali que ha-
 bitu exornati, tum viuant casto in coelibatu, Etenim laicorũ
 non est per collationem erogare sana, ^h quod quidem mu-
 nus, pars huiusce vicarię operę est, Quin & clericus, si vlli
 vxori, quantumuis vnicae virgini, sese addixerit, hinc abigi-

a late bar. in
 l. cunctos po-
 pulos de sum-
 ma trini.
 b l. i. in ini-
 tio ff. de off.
 præf. vrb.
 c ca. statutum
 in fine de
 præb. in vi.
 d gemi. ca in
 generali de
 off. vica. in
 vi. glo. prag-
 ma. sanctio. s
 ordinariis tie
 de colla. ver-
 bo iurisdic-
 tio & s
 quia in ipso
 verbo vica.
 de colla. ioa.
 de selua tra-
 cta. beneficio
 parte quest.
 xiiii.
 e boe. deci.
 xxx. in ii. par-
 te.
 f rota. tit de
 off. vica. vlti-
 ma.
 g ca in noua
 xvi. questio.
 vii. ca ii. extr.
 de iudi.
 h ca. si quis
 deinceps. &
 ca sequen.
 xvi. quest.

tur, fitque erogatoriæ beneficiorum collationis capeffenda
 prorfus exors.ⁱ
 i p. par conc
 incip. quâuis
 rebul. tract.
 vica.
 Hoc posito, videlicet de qualitate & conditione vicariorū
 adiungitur nunc, vti dispiciatur, de forma modoque vicarię
 delegationis, qua in re, est sedulò attendendum, quonam pa
 cto, quibusuè mandati verbis, & qua oratione, ea sit conce
 pta delegationis, vicarię forma, & tabula: etenim euenit, vt
 quandoque per eam, detur potestas, eiurationes, resignatio
 nesque templorum recipiendi quidem, agendi verò ea in re,
 nihil prætereà aliud, quarè caueat tunc vicarius homo, ne
 quid excedat in sibi vicarię delegationis commissio negotio
 ac iuxtà præscripta, tabulam fani eiuratoriam recipiat qui
 dem, at eum in finem, eamque in eiurationis resignatorię ra
 tionem nihil conferat, neque enim suo in mandato tantum
 est illi tributum.^k At verò accidit interdum, vt vicaria dele
 gatio, vtrūque nominatim adferat, velitque clara & expres
 sa oratione, & resignationes accipi, admittique, & ea ex resi
 gnatoria causa, resignata quoque sana conferri, quod quum
 fit, nihil obstat, quin vicaria quoque persona, vtrūq; queat
 tum petentibus ritè expedire,^l Itaque hac in negotiationis
 ratione, sua sæpè causa, suaque species, suam sanè requirit spe
 cialem delegationem, Quinimmò tanta est hac in omni fa
 ctorum, per cefsionis, eiuratamque causam, conferendorum
 ratione, adhibita cautio, tamque diligens prospectio, vt sit
 alicubi decisum, in specie, in qua proponeretur, cuidam epif
 copo irrogatum per peculiarem legem, vel per consuetudi
 nem, priuilegium, conferendi sacram ædem, sitam alterius
 in dioecesi, eandem tamen ædem eiuratam resignatãque, ne
 queat is per approbationem admisionemque resignatorię
 tabellę, sui in acta tribunalis, in causam eiurationum recepta
 rū, admissarumque referre, neque eiurationem eam apud se
 recipere & confirmare: quin opus est, vt ea tum fiat, suo co
 ram Antistite ordinario, cuius collationi, eiuratum fanum,
 per præscriptum iuris comunis scitum, addicebatur^m Quod
 quidem enuntiatum, ad permutationis quoq; causã est dedu

lz ca. fi. de of
 fi. ordi. in vi.
 l ca. dudum
 de præb. in
 vi. rota deci.
 xliiii. inci. no
 ta quod vica
 rius in anti.
 ioa. de selua
 tract. benefi.
 ii. parte quest
 iiii.
 m glo. & car
 cle. vna quest
 de re permu
 12.

centū statuendūq; vt ea etiam ad præfulem, cuius in provin
 cia sitū est fanū permutadū, pertineat: qui eã expediat, & cō
 firmet, nō itē ad eum, cuius est ea sacra ædes, per extraordina
 riam causam, collationis in beneficio: n hinc est factū, vt ema
 narit à Rota vnum aliquod iudicium, quo, aliquando dixit
 eius solius Antistitis esse, permutationes fanorum recipere
 admittereq; cuius in manu sunt institutio ac destitutio, hoc
 est, potestas instituendi, abrogãdiq; aliqua in sacra æde bene
 ficiarii, nō autem ad illum, re eam pertinere, cui sana confe
 rendi, ius est, ° peculiari lege indultum, & addictum, vndē se
 quitur, quum instituere, & destituere, episcoporum sit pecu
 liare propriūque munus, p consequenter non queat permu
 tationum causa, potestati subiici vicariorum, nisi ea de re, sit
 eis speciatim cautum, nam in permutatione cōsignatur qui
 dem destitutio, atque institutio, vtpote destitutio vnus, ab
 vna æde ministri, & eiusdē ministri in altera æde institutio.
 At istorum vicariorum, nullū est in ecclesia ius destituendi,
 nisi id item ius abrogatorium suo nominatim consequatur
 ab Antistite, q id quod alicubi fusiùs differuimus, in secunda
 puto, huius tertii libri aut alia quadã dissertatione, id, ppte
 reã, rem pluribus hîc nō repono, vt interim etiã arripia, aliã
 nōnullã hoc in loco disceptationem, quã tibi volo breuiter
 expositam, ea autē sic est. An, si vicarius suæ vi delegationis,
 fanū tribuit indigno homini, ea mala collatoria attributio
 obest delegãti Antistiti, eūq; sua cōferendi prærogatiua po
 testate deiicit: dic planè non obesse, neq; deicere, r tum quia
 alienus dolus, alteriusuè socordia, inscienti inculpatoque pō
 tifici, necnō huiusce rei, nullam causam sustinenti, nullum
 debet detrimentū adferre, nam putans, bonū sibi adsciuisse
 pro vicario hominē, more hominū, sua falsus est opinione,
 ideò nihil est cur priuatiōe cōferēdi, pœnas huiusce rei dare
 debeat. Sed tamē, vt ius cuiq; cōstituatur rectēsūū, res videtur
 sic tēperãda, eoq; modo: vt is qdē vicari, q tū fecit, frustra fe
 cerit, resq; de integro Antistiti reponatur, qui fanū malè col
 locatū, aliò quopiã bene collocet & traducat, addicatq; pbo

n rota. deci.
 cccxlviii.
 in nouis inci
 si aliquis epif
 copus & ceci
 ccxviii. in an
 ti. glo cle. vñ
 verbo loco
 rum de supp
 neg. præla.
 o rota. dec.
 cccxi. in no.
 inci. fuit. du
 bitatum.
 p ca. cum ex
 iniuncto ext
 de hære.
 q ca. ii. de of
 fi. vica. in vi.
 r. ca. si con
 promissarius
 de cle. in vi.

f dic. ca com
promissarius

cuidam homini, quodque suus hac in re, egerit vicarius, ratum non habeat, quod si habuerit, ratum est illi, proculdubio sua tum in illa rati habitatione standum, turpe enim esset tali viro, & Antistiti, constantiam non retinere. At qui difficilior, uti videtur, hic sese subiicit disputatio, puta, quid in vicario, in alia quadam simili specie sit decidendum: exemplum tibi pono, Quidam vicarius, malus quidem vir, vel non satis prudens, in hominem contulit beneficium, qui eo beneficio nequam erat dignus, Ecce oritur querela, vel ob hanc mali exempli rem, publica offensio, ille tum vicarius, vir scilicet acutus, ut mendam corrigat, probo cuidam homini eo que digno fano, id iterum fanum erogatur, valetne quod hic iterum is fecit? dic prorsus non valere, quia suo iam, cum primum contulit, perfunctus est officio, ideo illud nequit de integro capeffere, sic nec iudex, qui perperam primo iudicavit, potest eam in causam, denuo invadere, atque iudicare, quod suum iam hac in parte munus administravit. Ergo haec concidit, atque in irritum it secunda vicarii collatio, & culpa vitium, sicuti paulo ante diximus: ordinarius Antistes si vult, emendet, temploque huic proferat meliorem administrum, cui Antistiti, tantum abest, ut facere id denegetur, ut etiam, si ipse semet Antistes ordinarius, non scienter quidem fanum male collocasset, dedissetque viro non idoneo, qui tamen idoneus propalam putabatur, Non ideo tamen propter occultum illius viti vitium, quatefacta quidem sua prima illa datione, malaque collatione, prohibetur ullo pacto, ut non commodè riteque possit, illam iterum conferendi potestatem suam a se, vel a vicario, ad seipsum retrahere, eaque denuo rite exercere, & in probatum alium virum, aedem illam sacram, legitimè tum erogare: quod tamen idcirco vicario non conceditur, quia inter delegatum, & delegantem non pauca semper est differentia, ille siquidem ab alieno capite pendet, cuius mandatum cum exhaustum seu benè, seu perperam, nihil, quod attinet ad eam rem, quam perfecit, sibi fecit reliqui, in quod suam vicariam vim amplius exerceat,

At hic

t ca. si electio
de elect in vi

v dic. ca. si
electio.

At hic delegans, plenam habet, solidamque iurisdictionem & potestatem, quam, dum vult, potest obire, atque conficere, unde, quod hoc in negotio perperam est citra malam ipsius mentem, malumque animum, aut ullam agitati peccati culpam, vel per se, vel per vicarium factum, rite corrigit, per denuo retractam ad se potestatem, & sibi, per se additam iurisdictionem: sic nimirum, & in electionum ferendis suffragiis, si qui consultò peccarint, ad eos qui huiusce peccati sunt expertes, quia in dolo non fuere, devoluitur ius suffragiorum.

x panor, &
ceteri in ca.
cum in can-
ctis s. si ext,
de elect,

Titul. II.

QUOMODO SOLENNI, MORE-
que nostro, probetur hodie, dum res probationem exigit,
vicarij muneris delegatio.

Cap. II.

HIC quoque ordine consequenti venit differendus inscriptus locus, necessarius quidem & utilis cognitus, ac frequens, sed tamen ob veterum concertationem satis difficilis explicatu, nam qualem nobis questionem illam deciderent, diu fuit controuersum, quando quidem alii ad eam mandati vicarii, probationem, scripturam desiderabant, quod nisi (aciebant ipsi) res ex scripto adferretur, non esset, cur vlla alia in probatione putaretur acquiescendum, sic enim & rescriptum principis, & diploma pontificis Romani, probari, constitutum est. Atqui alii ratione hanc posthabentes, pro certo habebant, non esse scriptionem istam hocce in vicariarum rerum genere, scrupulosius requirendam, nam ut sit concedendum, illa magnorum augustorumque principum mandata, iussaque, & legationes ex scripto probari debere, eo quod talia a tanta potestate manantia, debent sibi fidem, per scriptam chartam patefacere, ne dum res male nutat, reiiciturque, ad maiorem aliam inquisitionem probatio, differatur interca loci iussus principum summorum, reddaturque,

y li. c. mada.

statè, eorū ad quā non solet esse aditus, nec presēs nec facilis nec expeditus, rei de qua fit mandatum, difficilis percontatio. itā quoque hisce inferioribus in magistratibus, qualis est ordo totus, minorum pontificum, præfulum, & episcoporū ad quos, facilis, vt cum plurimū, pro re inquirenda, proque illorum, hoc in negotio, quod ad eos pertinet, expromēda volūtate, vel, ad illam, per fidem aliorum hominum, qui eam notam habent, claram reddendam, aditus patefit, ad nihil quicquam, putandum scripturam esse scrupulosius exigendam: At negotium omne reducendum ad prescripta iuris comunis, quibus prescriptis, probatio, quę sit per testes, esse censetur cuius alij, per quamuis scriptionem, probationi, in hac quidem omni & simili hominum specie, rerumque forma, par & æqualis: quorum sententiam videtur quādoquē probasse Rota, ^b Sed tamen Henricus, noster princeps, omnem vt dubitationem submoueret, iretque obuiam fraudibus hominum, quę indè passim nascebantur, damno item plurimorum vt occurreret, & præcaueret, quod damnū ibi dabatur, vbi in dies veniebat in controuersiam, essetne qui contulit, vicarius esset ne, liquidis, eam in rem, vel literis, vel probationibus aliis suffultus, An porrò reuocatus esset nec ne, An non legitimè prescriptus, & aliud tale mille quæstionum genus vt tolleretur, nimirum, vt ansa quoque vera controuersiofis (quod hominum genus, latè vbiquē patet, maxime in nostra Gallia) ad ferendas lites, hac in re sacra, & sacerdotali, omniaque turbanda, hinc procul facefferet: legem de concilio Gallia procerum, sanxit, hanc in sententiam, qua de lege, omni que sua, quo ad rem sacerdotalem nouissima alia, tametsi sue, & destinato loco, dicam in quarto libro prolixius, tamen, quia res præfens sic poscit, pauca hæc, interim, hoc in rerum genere, sic habentor, ab eo, & sancita, & promulgata, Omne vicarium munus, omni que episcopalis, aut Antistitiæ cuiusuis alius functionis, vicaria delegatio: attributa quidem, aut ad nominandum, aut ad præsentandum, aut ad conferendum sacras ædes, faciendumque omne aliud

a l. in exercen
dis c. & de fi.
in si l. pactum
quod bona
fide. c. de pact
glo. ca. i. de
censi in vi.
b rota. deci.
cccxlvi. in
no. inci. si
episcopus

quod in hoc erogatorii templorum negotii genere requiritur, in pontificalem, actuariam cellam relata sunt, Ibi, in tabulario eduntor, inciduntor, inscribuntor.

Omnis eorundem vicariorum, earumdemque vicariarum operarum reuocatoria tabula, in eadem Antistitum pontificiorum tabula redigitor,

In eosdem pontificū publicos commentarios transcribitor: Idque omne, his in dioecesibus faciendum curātor, quibus in dioecesibus, locata sitaque sunt coenobia, collegia, prioratus, fana, reliquumque genus omne templorum, quę templa collationi illius vicarii obnoxia sunt futura, ex delegatione vicarii muneris.

Idque item ipsum, Antistites, Archiepiscopi, præfules, cætera que pontificum natio, quorum est in arbitrio sana erogare, conferre, in actuariis, tabulariis causarumque promptuariis, sua quisque pro ratione, proque officii causa, & functione, referendum, mandandum, regerendum, curanto, iubentor: Ni faxint, id ipsis fraudi planè esto,

Porrò vicarii cuiusque incubuerint faciendæ collationi, ea ipsa in collatione, nomen suum, cognomentum suum, adscribunto,

Adpingunto,

Adponunto,

Ni faciant, illis item, nec non & collationi, id fraudi esto.

Itaque, nulla posthac vicaria delegatio, nullum deinceps demandatum vicarium munus, ni prius munus illud vicarium iuxta prescripta, relatum sit, omni ex parte, præfulum prædictorum in actuaria: & in consignationem literarum incisum, vim habeto.

Neu efficacitate vlla sancitor,

Neque ex illo, legitima collatio tribuitor,

Neque nominatio, neque præsentatio, neque quicquam, vitalis muneris, aliud vllum, hoc in genere agitator.

Ita sanxit, edixit, iussit, suo in ædicto, Henricus secundus, Rex noster augustus, anno 1553. mense Martio. Quod quidem bonum, foelixque, sit toti, omne in tempus, Gallicano populo, totique omne in tempus, Gallicanæ ecclesiæ.

At verò, quod quidem attinet, ad probandam hanc vicariam delegationem, vti ea, nulli prorsus homini, aut fraudem, posthac aut damnum, aut fraudis, damnique causam, inferret, vtque tolleretur hac ex sacerdotiorum causa (cuius magnam partem sibi vindicat isthæc vicaria delegatio) omnis mala fides, omnisque improba, quoad fieri posset, circumuentio, ea quidem nimis olim vsurpata, multò iam fuerat antè, per Parisiense senatuscòsultum, prospectum, quo in senatusconsulto, anno domini millesimo quingentesimo decimo nono, ad Iulii mensis vigesimum nonum diem, placuerat senatui, vti omiſsa veterum hac in re, longa dissertatione^c disputationeque, omne vicarium munus expeditum traditumque (veluti olim fieri solebat) sine vllius testis presentia, at adhibito solum suo, a quoque episcopo, aliouè presule, familiari scriba, & sigillo, id vt vicarii muneris mandatum, eo scriptum concinnatumque solo modo, si de careret, censereturque iure priuatarum rerum, priuatarumque, & familiarium, tum scripturarum, tum collocutionum, reliquarumque id genus negotiationum, quæ, per sese, nulla alioqui, vel ea debili admodum, imbecillaque fide fiantur.^d

^e ca. ii. & ca. post cessione nem ext. de si. instrum.

^d l. instrumēta, & l. rationes c. de probatio.

Titul. 12.

DE EA THESI, CAUSÆQUE POSITIONE, qua in thesi, de legitimo modo acquirendæ fanorum possessionis differitur, secundum præscripta iuris, & obseruatum morem.

Cap. 12.

Quiuis vllus, de sacro clero homo, cui sit quacunque vlla ex canonica causa, quocunque vlllo ex canonico titulo, à quouis item vlllo antistite, presule collatore, electore sodalitia, irrogatum tributūque fanum vlllum, vel ædes vlla magna, vel templum, vel coenobium, aliudue quiduis, hoc in sacrorum genere receptū bonum, is homo, in primis caueat, tributi sibi, eo canonico modo, fani, ædis, tépli, possessionem auctoritate illicita, corporalē apprehēdere,^a caueat quidem illò, per seseipsum, soloque nutus sui præsidio, sicuti prescribit, vetatque lex, & vulgatio opinio pedem inferre,^b nihil planè, ea in re, via quod aiūt facti, attētet: iure agat, iure rem suam experiatur, iure equum suum postulet, obseruetque tradita eo in rerum negotio, solennia, ni facit, ni in tradito more, cōstitutaque hac in re, lege acquiescit, quic quid fanè ibi egerit, nihil herclè egerit, prætereà temeritatis suæ, & non obseruatæ legis, quæ habetur de ritè accipienda possessione fanorum grandi aliqua multa, grandem poenā^c luet: ergo cum suffragatione ordinariæ potestatis, magistratusque de superiore loco ius dicentis, in possessionem veniat, & isthæc quidem vult, quædā doctorum pars,^d suam civili lege, in re simili, fulciens sententiam. At verò hodie à nouissima Henrici regis, suis in ædictis præscriptiōe, ne latum quidem vnguem, hac in re, est discedendum. hinc, nūc statim obruditur dissertatio, de qua est quærendum, explicandumque, scilicet, An antistes, an beneficiarius, an fani presfectus, sine apprehensa antistitii, vel coenobii, vel beneficii, aliusue reliquo in sacrorū genere, fani, corporali possessione, possit, antistes quidem, iam antea confirmatus, administrationem antistitii capessere, beneficiarius verò simplex quiuis alius, positus infra magnos antistites, sine attackta corporali fani possessione, ex sua sola collationis institutionisque vi, aut reliquæ ordinationis, functionem obire persone suæ, hoc est, cum sacro sui fani ministerio, re ipsa, rationem habere: quam questionem mihi alibi positam, & pluribus verbis disputatam, nostri homines variè & controuersè no-

^a l. si ex stipulatione ff de ac. possessio. b ca. ii. ne sede vac. ca. cū venissent, de rest. spoliat.

^c dic. ca. ii. & dic. ca. cum venissent & d. l. si ex stip.

^d dic. ca. i. de regu. iu. petr. de anchar. c. sine posse. de reg. iur. in vi. & ca. in literis & ca. quærente de offi. deleg. cap. cū nostris de cōcess. preb. l. quæ restitue. ff de rei ven. de offi. iudi. in insti. † de hisce ædictis atque hoc omni regiarum legū genere alibi accuratius.

bis explicant: equidem opiniones eorum & diuersa iudicia, hinc breuiter percurram, contentus nunc admonuisse, duntaxat horum, ac summam paucis perstrinxisse.

Cæterum, quod attinet ad explicatam fusiùs atque certius decisionem, suo illam loco, quem iam, vt dico aliàs, expedio, relinquam: igitur fuere permulti, qui tenuere, non licere, antistiti, vel alii cuius beneficiario, fani vel cœnobii, in quo quidem fano aut cœnobio innitur, vero cum titulo, administrationis, functionisque, aut vsurariæ perceptionis quidquam rerum, fructusue & emolumentorum, sine legitimo modo capta possessione, attrectare, porro eandem possessionem, prædictis iisdem hominibus non permitti, citrà perdendi fani perdendique cœnobii, & ab vtriusque, vel hac in fanorum specie, cuiusuis aliùs beneficii iure, cadendi periculum, sua sibi ipsorum peculiari auctoritate adlicere. ^c Adferunt enim exemplum tale, esto, pro aliquo, lata sit, in controuersia cuiusdam rei, diffiniens sententia, non licet tamen ipsi quauis ea in causa fuit superior, rem sibi adiudicatam, propria auctoritate arripere, quin, sua illa iudiciali fretum sententia, cum nihilosecùs oportet, intercedente iudicis suffragatione, qui iudex mandet nominatim lege agendum, & exequendum iudicatum, vel qui iudex, lege ipse agat exequaturque iudicatum in possessionem rei venire. ^f Igitur & in hac nostra posita thesis specie, quæ a subiecto exemplo, haud est absimilis, pari modo parique scito fanciendum, & vsque adeò, ex plurimorum sententia, fanciendum, vt credant multi eam in rem, corporalis scilicet in fanorum possessionis, vsurpationem, nunquam descendendum, nisi appareant, sintque ad manum, id in negotii expedita, solenni bullatoque & obsignato more pontificia diplomata, quibus diplomatæ patefcant, de mandato conficiendæ executionis, quæ item executio, illorum via auctoritateque diplomatum, peragatur: eoque iusto & legitimo modo, ineatur sacrarum ædium possessio, quam possessionem nec putant, iudem iustè iniri posse, si quis sola sufful-

^e calder con-
ci. xiii. tit. de
verb. signi. fe-
li. in ca. veni.
ex. de accusa.
glo. reg. can.
xxxviii.

^f miles,
qui iudi. ff.
de re iud. ca.
veniens ext.
de testibus,

tus papali scheda, & vulgari simplici signatura, in eam inferatur, tunc enim cum seipsum planè obtrudere, alligare que intrusionis vitio, & ea propter intruso multatim sacerdotio. ^e Alij herclè id totù pernegant nec césent, dum sic agitur, venitque in fani possessionem, intrusioni vlli, vlliue alij noxæ, locù esse posse, schedã enim illã simplicè, de voluntate Põtificis abudè testari, qui Põtifex voluit isti homini tribui beneficiù, eamque ad rem, canonico, per schedã illã suffulciuit eù titulo, Porro bullata diplomata, ad quæstù curialium & cohortis aulicæ Romanæ prorsus vergere, quæ, vt multis in rebus sint planè necessaria, ita nullã vtiq; si absunt, possessioni, cui nanciscendæ prædicta scheda satis esse queat, morã iniicere, ^h Quin adstruunt isti, induci, per alienaque mitti operã, opemque potestatis ordinariæ, in corporalẽ fanorù possessionem, non esse alioqui, ad capeffendã rerù functionem, admodù necessariũ. Nãque vbi primũ quisquam vllus, donatus est ritè à superiore collatorio vel istitutorio, vel suffragiorù confirmatorio magistratu, quoquã vllò fano, ibi tum statim functionem eù posse, rerùque administrationem & prouentù emolumentorù, etiam non inita corporali possessione, capeffere, nimirũ in dominium bonũque rei fuẽ, iusto sibi quæsitè iure, & approbato titulo, vt iustũ dominum, exporrecta (vt aiũt) aperta que frõte venire. ⁱ Accedũt tertii, qui vtrũque suprã dictũ, neque valde probant, neque item prorsus improbant, Sed extrema mediis temperant, adhibentque solitum disiunctiuum proloquium. nam sic aiunt, si beneficiarius iste, cui ex canonica quauis causa, datum est templum ædesue aliqua sacra, dum illò accedit, reperit locum ab alio quodam, seu possessore seu iniquo grassatore, occupatum, neutiquam ei licere, iniustum quauis occupatorem, ab iniusta seu possessione seu occupatione proprio quidẽ nutu, & auctoritate deturbare, rerumq; tẽpli vel cœnobij, vel ædis cuiuscũque sacre functioni per sese, & ministerio icũbere, vtpote, puẽtus obire, rem sacrã facere, fana, si quæ huic tẽplo insunt præsentare

^g calder. dic.
conci. xiii.
tit. de verb. fi-
guif. Feli. d.
ca. veniẽs. gl.
regul. cãcell.
xxxviii.

^h probus. i.
addi. ad glo.
prag. sanct.
tit. de pacif.
pos. verb. co-
loratum.

ⁱ Innocent.
host. cõpost.
Ioan. And.
ca. trãsmisã.
ext. de elect.

aut conferre, & alia huiuscemodi attingere. At necesse habere, antequam hæc attrectet, magistratus manu, eum in possessionem illius templi, ædifici immitti, quippe qui secus agens vim, re in sacra, adhiberet, spoliaretque suo arbitrio, & auctoritatis propriæ arrogatione, istum vel possessorem vel occupatorem, id quod facere, haud est permis-
 sum. ^k Verum enim (quæ est altera distinctionis pars) si is idem beneficiarius, post sibi legitima via donatum templum, vel ædem, eò accedens, locum offendit vacuum, & à nemine quoquam, vel occupatum, vel possessum, tunc proculdubio nihil impedire, modò sit literis, suæ prouisionis bene suffultus, quin rerum functioni administrationique statim inisset, sacrum faciat, fana, si quæ insunt, suo conferat presentetue tempore, tum & vicariam delegationem designet atque constituat, aliisque omnibus incumbat templi ædisque negotiis: quæ omnia, quia mihi sunt, uti initio dixi, aliubi & decisa & pertractata, illa, tu lector, si libet, ibi videto, equidè, in præsentia, ampliore narratu discussuque, mihi duco de hisce superfedendum, dum tamen iterum dicam, atque admoneam, quod ubi incidet negotium, de eo, cui, ex causa resignatoria attributum est collatumque fanum, in possessionem veniendo, mittendòque, forma tum ab Henrico rege, ea in re, suis in ædictis præscripta & iussa, obseruetur sedulo, de qua forma, regiaque lege, in acquirendis fanorum possessionibus: multa item obiter in hisce, quæ postea alicubi sequuntur, verba feci, credo scilicet, dum materiã omnem eiuratoriam omnemque causam, & speciem omnem resignationis templorum, explico & discepto. Quare hinc nihil opus est, hac de re, plura: Nunc de aliis item modis quærendæ fanorum possessionis, & per quod genus hominũ, quis in eam fanorum possessionem mitti debeat, dicendum. Et certè potest aliis modis isthæc fanorum templorumque corporalis iniri possessio, utpote, si ad eam accedenti & postulanti, eo quidem animo ut eam ineat obeatque, ei traditur pessulus, clostrũ, vectis, vel solùm ianuæ templi quoduis repagulum aliud, ^m

lz cap. cum
qui, de pref.
by. in. vi. ca.
placuit. xvi.
quæst. vi.

l Panor. cap.
Noli, & ca.
Transmissa,
ext. de elect.
Ioan. de Sel-
na trac. cle.
benefic. ii.
parte, quæst.
xv.

m Rota, de-
cis. clix. in
antiq.

ita

Ita enim à similibus rerum exemplo, si traditur clavis horreorum cellarum promptuariæ & penuariæ, efficitur fanè, ut horreorum quoque, cellarum promptuariæ & penuariæ possessio tradita tralataque esse censeatur, ⁿ tametsi ianua ^{l. clauibus ff de contra emptio.} quidem non pateat, nihilque horum sit apertum, cum & alioqui receptum sit ut sub ferramento, seraque ædis sacræ, contineantur quæ in æde sacra insunt omnia: ^o nec non liquet, eum qui quidquam prædictorum, putà vectis, sera, & id genus repagulorum, quæ adsunt in fore templi, arripit manuque capit, in ipsam templi partem intrasse videri, nam quæ propinqua sunt ædi sacræ, adiacentque & coherent, tametsi extrema sint, nec posita intra limen, tamen ipsius ædis sacræ censentur quota pars, itaque & religiosa & dicata sacraque habentur, non secus, ac ipsius ædis interiores cellulae, & quidem violari non queunt citrà nefas, nec profanari, aut pollui, nec rerum civilium, temporariarumque promiscuo iure censerentur, nec sunt item macupi, nec nexilia, nec huc, illuc, pro arbitrio vsuque mortalium, pignoris, aut conducti, aut empti causa, tralatica, Denique non ulli hominum addicenda, pro phano quidem commercio: quare non mirum, si qui ea possidendi animo apprehendit, ipsum quoque templum apprehendisse, possessionemque illius commodè obiuisset debet existimari: verum hac de re tota, aliàs per doctores tum fusiùs, tum subtiliùs atque explanatiùs. ^p
 Venio ad alteram thematis partem, ubi queritur de genere hominum, per quos tradi possit beneficiorum possessio, per quosque iuberi, bona templi, prouetus & emolumenta possessum ire, possessumque, & perceptum mitti. ergo dic, & pone, curionem magnum, qui & archidiaconus ^q appellatur, tum & decanum, ^r tum & alium hominem, huic negotio à papa iudicem delegatum, ^s iubere posse in possessionem mitti fanorum, ipsamque possessionis missionem planè conficere, quam etiam iure, commodèque conficit alius quiuis de sacro clero homo, si id est illi, ab episcopo mandatum, & præceptum: hoc utroque discussio, ut tota excutiat materia.

n l. clauibus
ff de contra
emptio.

o Bar. litem
apud labeo-
nè, s. ceratiũ
ff de iniur.

p guido pa-
pe, con. lxxi.

q ca. ad hoc,
de offi. archi.
† is olim a
doctoribus
cor episcop.
appel. quem
ut minus ne-
cess. qui, pon.
sustit. quidã
in ordi. dede-
git. pida ve-
re rei osait.
r ea post cle.
de concess.
pret. è.
s ca. si quãdo
& cop. super
eo. de offi. de
lega.

Z

ries, venit utique differendum de ratioe & forma queis ipsa initur possessio, corpore quidem & animo, sicuti par est, ut ineatur, Initur hercle, vel per beneficiarii ipsu, qui praefectus edi possidenda, illam aliquo predicto modo, vel coram praesensque obit ipse, vel ad id faciendum per tabulam mandati, dat nominatim procuratorem, qui procurator, vel clero sit addictus, vel ex genere laicorum hominum, nec enim refert, utrius sit vitae conditionis, utriusve generis hominum, cum & habeatur, laicos quoque & ad permutandū resignandumque sana, procuratores posse tum dari, tum designari: hinc nunc subditur dubium sanè magnū, cuius clara explicatio, multos torfit, & fuit diu lis sub iudice, suas obappendices, accessionesque caufarum, quæ difficultatem, reique implicationem, magis quam ipsa res, passim afferebat, tandem tamen, ipsa quidem res, suis cum appendicibus, omnibusque aduentitis causis, modum inuenit, certoque conclusa est & circumscripta sine, ea autem sic habet: intra quod temporis spatium, debeat beneficiarius quiuis possessionē beneficii inire obire. Porro in ea quoque bipartitō disputatur, nempe si praesens fuerit, cum illi collatū est fanum, quid tum censendum, sin autem tunc absens extiterit, quid tum quoque diiudicandum, scilicet utrobique, quæ dies illi praefituenda, quodque praefigendum spatium, collati beneficii & accipiendi & possessum eundi, pro quo benè explicādo, id vnum primò pro certo est habendum, cum a duobus casibus est discessum, nullam praeterea adferri speciem, qua in specie, fani vacantis, & ab ordinario antistite aut à papa, collati, vel accipiendi, vel possessum eundi, praescripta sit certa dies, certumque temporis praefinitum à iure spatium, quod alioqui necesse sit vel vtilè obseruari: quodque non obseruatum, noxam damnūque adferre queat. " proindè ommissa omnia alia specie, hos tibi exceptos casus duos nunc explico hi quidem tales sunt, primus, si ponitur quiuis alius sacratus homo, idem fanum vacans impetrauisse, eumque liquet, illo, vel bono, vel colorato titulo innixum triēnium totum,

t rota decisi, ciiii. in anti, incip. nota quod vbi aliquis, collect. cap. decernimus, ex de iudi.

v abbas sicu. & barba. in cap. capitulū ex. de rescrip. io. de selua in tracta. beneficii, questio xxi. in iii. par. 10.

nullo interpellate, impetratū fanū, bona fide possedisse, tūc enim sic est decisū, ut hic quæ ita coepit possidere, atque aduersariū in adeptiōe possessionis, cōmodè iusteq; antevertit. ita iam certā fani possessionē legitimāq; habeat, ut oēm eius cōtrouersiā sumouere, tēporis praescriptiōe possit, seu possessio, seu mācipiū sacerdotii, in discrimē vocetur, nisi ab initio, inanē prorsus iniustūq; praetexisset titulū: nam ea tituli iniquitas, nūquam, cum fani verū dominū efficeret. * Porro id omne est cōstitutū, ut sua, diligētī profit, re in sacra, sedula diligentia, bona praesertim fide suffulta, Et è diuersò, sua, negligētī illi, qui tāto tēpore causæ suæ idormiuit obfit vel socordia, vel inertia, quātocūq; bono inixus fuerit titulo: nam si quæ vlla res alia sacra, profectò requirit ministrū sedulū, & diligētē, cōtraque, segnē abhorret, inertem, & oscitātē. Etenim qui ab re sua est remissior, qui que cessat in ratioe familiari, & emolumentorū causa, qui fieri potest ut diligēs futurus sit, in procurādo sanorū bono, habēdaque ratioe officii? Ergo, hinc, ut caueatur damnū, vel vtilitatis ratio habeatur, atque prospectio, praefigitur necessaria ad adipiscēdā & postea cōtinuādā possessionē, tēporis ratio. Altera est utiq; facti casusque positio, vbi exigitur eadē quoque, uti noxa detrimētūque praecaueatur, ad ineundam possessionem, temporis ratio, quum scilicet quis existit in eiuratoria resignationum causa, ex eoque titulo, ad fanum venit.

Nam tunc sic est constitutum, ut iste, fanum, sibi ex resignatoria adferens causa, quandiu viuit eiurator, nullo alioqui accipiendæ possessionis circumscribatur praefinitio, certoque tempore: Itaque superstitē resignāte, nihil illi, quod ad hanc possessionis causam, pertinet, est metuendum, nullaque pertimescenda moratio, vel temporis in tempus protractio. At verò, si accidit, resignantem post diem quidem, quem praefigit cancellariæ regula obire, siquidem non est antè apprehensa ab ut hoc beneficiario, ex eiuratoria causa veniente, corporalis possessio, magnū periculū est, magnūque exinde illi malū successurū: Eapropter, nē

x glo. & Pan. nor. in ca. cōtingit de do. lo. & contu. Ioan. Andr. Regul. sine exceptiōe de regul. iuris in. vi.

scilicet magnū illi malū detur, fiatq; prospectio, futuri discriminis, cautū est cōstitutūque, hanc in sententiā, Fani eiurati cādīdatus, suffultus quidē probæ resignationis titulo, siquidem suam is eiurationē, suūque resignatoriū titulū, ad aulā Romanā professus est, & approbavit, eoque nomine nactus est, expeditū diploma, vel Pōtificiam schedā, possessionē is eiurati fani, intra semestre spatiū amplectitor. Sin autem, illud ipsum eiurationis negotium, coram ordinario tribunali & agitavit & perfecit, intra quidem tunc mēsem, eidē possessioni incubito: ni facit, in multam, dānūque magnum regulæ scilicet, de publicādis, incidito, ^a Eique planē obnoxius, & obstrictus, siquidē resignās, pōst in possessione obierit, esto, hoc est post præfinita illa apprehendendæ possessioni tempora hinc migrarit: hīc nunc hēret appendix illa difficilis, & mala, de qua paulō suprā dixi, eam, duplici suo cum capite, dupliciq; cum accessione, tot ingenia, in sui decisione, torfisse, vel potiūs enecasse. Primum quidem caput fuit, primaq; accessio, nempe, à quo die sex illi menses eiurationi Romanæ attributi, incipiāt cedere, debeantque numerari, quod quidē caput, alibi & fusè discussi & apertè explicui, Ideoque illò eat, qui id sibi voluerit aperiri. Alterū utique caput, mihi adhuc intactum, & in quo vidi nō semel hæsitari dubitarique, habebat, potestnè videlicet Romanus Pōtifex, hac (de publicādis) cācellariæ lege, hominē, qui hāc eiuratoriā instat viā, quādoque, prout res tulerit, soluere, atque ex veniē, & dispēsationis capite, efficere, vt illi homini, semestre illud tēpus neq; currat, neque eo lapso spatio, vetetur is, in possessionē postea cōmodè venire, quātūvis etiā, postea suus defunctus sit decessor, neque illi dāno sit fraudiūē vlli, decursus illius temporis, cum ex peculiari indulta, & tributa gratia, per Pontificem sit protracta productaque dies. Denique post sex illos menses in eadem iste existat causa, quod attinet ad possessionem, in eadēque iuris sui, & boni tituli ratione, in qua antè fuisse probabatur. Et sanē plerique illicò pronuntiant, id Pontifici licere,

a regul. cancell. xxxiiii. galli, aresto recitato. Fel. cxxvi. Super vtriusque in terpretatiōe Boeri. decis. cccxi. in. ii. parte.

quia is imperium, vt creditur, habeat suprā omnem legem, suprāque omnem iuris scriptionem, nec queat in ordinē redigi, circumscribi que vlla positiua lege, tanto quidē minus putandum, vt teneatur vel obstringatur vna aliqua cancellariæ suæ regula, vel positione, quam figere atque in dies refigere, pro suo quit summi magistratus in ecclesia arbitrato: in hacque causa & parte stetit quandoque, vt tradunt aliqui, Burdigalensis senatus, quo in senatu, dum ista scribo, præsidem ago, nequē tamen huic parti assentior, quia me in diuersam causam, partemque rapit, & traducit, partim multiplicis rationis consideratio, quæ facit vt huic regulæ, æque bonæque, maximè faueam, partim huc ducit, ædictum Henrici regis nostri, quod, vt itā faciā, me ipsum obligat adstringitque regali iure: etenim Henricus Rex suo in edicto, illam regulam nominatim clarèque approbavit, voluitque, vti ea toto in regno reciperetur, q; illa præscriberet, ius vbiq; ratūque esset, q; cū fecit, iussitque suis cū ædictis & accipi & publicari, nimirum, populum, suum ad illius obseruationē planè obstrinxit, deuinxitque ex quadā veluti pactionis cōtractione, quam quasi pactionem, queue quasi cōtractū, infrīgi, aut per rescriptum cōtrariū vllū, aliquāuē gratiā, ei derogari aut vllō alio pacto, vlloue à quoq; homine, dissolui, aut elidi aut cōcuti, aut in vlla sui parte rescari, præfertī q; attinet ad possessoria fanorū iudicia (quorū omnis in hac nostrate gallica patria, diffinitio, atque excusio iudicum est regionum) vix credēdū est, vt posse recipiatur. Nam quod princeps ex cōpacto contractuque agit cū populo, interposita maximè rebus in sacris, papali auctoritate, id proculdubiò inuiolandum duci debet, vt liquet per foedus concordatorum, quæ concordata, quia pactionis formam, & vim habent, ad eò tenent obstringuntque gallicanum populum, regemque ipsū & pontificem, vt aduersus ea, nihil quicquam fiat: huc accedit quod iam antiquo receptoque more, antè nouissimam Henrici legem regiam, regulę illi (de publicandis) & consequenter, de possessione intrā sex menses adipiscenda, euul-

b cap. propositi ex de concess. preb. c. nicol. boeri. decis. cccxi.

gandaque resignatoria eiuratione, ita dabatur locus, in Francia, ut nulla non in curia, nullos non apud proceres, populumque, regionem, aut prouinciam, sanctissimè inuolatèq; obseruaretur, quæ publica obseruatio, taciti cõsensus, tacitèque & pactionis, & obligationis, vim effectumque haud dubiè habuit, cui quidem vtrique, hoc est, tam tacitæ per veterem morem, quam expressè patefactæque, per Henrici constituta, regulæ pactioni, acceptioniq; detrahi posse, aut quicquam derogari, salua religionis & probati animi conscientia, quis est, qui velit credere? proque huiusce sententiæ ad stipulationem extat etiam certum quoddam præiudicium, latum magno in prætoriano concilio, anno domini 1537. eo cõfidente Lugduni, in causa, quæ de fano, parocciæ de Lagena, eo in prætoriano iudicio agitabatur, Itaque ab hac parte, hac in quæstionis specie, non puto recedendum, ne latum quidè vnguem.

Hoc consequenter loco, subiiciuntur nonnullæ aliæ excusationes causarum, quæ huc valdè pertinent, quarum hæc prima, tribuitne inita fani possessio, titulum in fano, Et quidem nõ tribuere adeo est certum, ^d vt ex nostris hominibus pleriq; in ea fuerint sententia, vt pronuntiarint, ex sola simplicique possessionis fani traditione, eiusdem fani collationem, dationemque erogatoriam, neutiquam induci, nec cõsequens, uideri necessarium, vel penitus vrgens, quod in hæc concinnatur rationem: hic ordinarius Antistes, mihi fani possessionem præbuit, vel præbendam, iussit, Igitur & contulit, donauit vel erogauit, Falsa quidem est, aiunt isti, hæc ratiocinatio, collectioque, nec tu, qui eam sic ductas, rectè accipis, propterea quod, nulla lege, nulloque consulto, aut decreto, eã suffulcis, sed ne firmas quidè, ratione satis bona, aut æqua, cum possessionis missio, vel traditio, & collatio sint quoddam planè diuersa, tantum abest, vt sibi ita mutuò respõdeat, vt posita vna, cõferatur vtiq; posita altera, quin vtraq; sua in peculiari causa substat suaque cõferatur speciali ratione, nec ex

d c. i. de regul. iur. in vi cap. ex frequentibus ex de iusti. e oldrad. con cil. cxliiii. in fine.

co, quod facta est fani collatio, censetur vtiq; tradita fani corporalis possessio, aut è diuerso, quod possideri mandatur, non idcirco conferri putatur, ni conferatur nominatim. Deniquè altera iuris est, altera porro à mero penè pendet facto, liquet enim possessoriã omnem corporalè rationem, in actione facti consistere, & hæc quidem pro hac sunt parte: cui planè refragatur pars quædam altera, ^f quæ dicit, ex traditione possessionis, cõferri collatum dominiũ, vnde cum antistes aut quæuis alia, eam ad rē legitima & ordinaria persona, hæc profert verba, (Ego te in possessionem fani mitto aut bona fani, possessum ire iubeo) cõferri quidem ipsum, per talem dictionum formam, quæ magni effectus est, cum ab illius ore exit, cuius est, fanum conferre, collationem tunc quoque tribuisse, cur enim possidendum iuberet, si titulum, quo innititur suffundaturque possessio, non cõferretur erogare, ageret quidem magnas nugas, nec dignas bono viro, aut antistite, clericum scilicet implicare negotio, vnde nihil aliud sequeretur, quam clerici ignominiosa frustratio & in alios etiamnum antistitis iniuriosum ludibrium: hæc item isti, pro sua adferunt sententia: vtraque fanè pars, magna dicit & probabilia, quæ omnia vt conciliem, tale adfero temperamentum, vt dicam, vbi proponeretur, collationem antecessisse, sed eam tamen, aut vitiosam fuisse, aut nõ satis firma innixã causa, tunc quidè, si ordinarius fani collator, iuberet, istum cui nõ admodum valida vel infirma planè, adesset collatio, bona fani possessum ire, aut illũ, cum supra posita formula, in possessionem ipse immitteret, aiens videlicet, te in possessionem mitto, mittendumue, iubeo & mado, tum proculdubio hac ex possessionis immisione, tacitè illũ cõferri, collationẽ alioqui vitiosam, vel nõ ratam, bonã quidè eam, firmãq; effecisse, & probo suffulciuisse titulo, vnde consequens esse, vti possessionis traditio facta eo modo, eaq; in posita specie, causam bonam adiciat firmi probatique tituli, qui titulus, per se alioqui non consisteret: si autem, contingeret, vt hæc verborum dictio, videlicet, in possessionem te

f. ioan. de sel. trac. benefi. quest. 4. & 13 in iii. parte.

sanct. s. frust. enim ver. tolerand. de coll. in prag.

fani mitto, vel mittendum iubeo: à vero quidem & ordinario fani collatore emanaret, sed ei diceretur, cui alioqui nulla prorsus, adesset collatio, nec bona, nec infirma, nec inepta nec fucata, nec quæuis vlla alia, in eum quidem casum, minime existimandum, ex prædictis verbis ex istaque in possessionem missione, collationem, attributionemque firmi tituli inductam fuisse, cum & iurisperiti dicant, in re non absimili, ex petitione operarum, vel præstatione, non protinus censerent ipsas inductas operas, nisi has prius inductas esse constaret, Ergò nec ex possessionis petitione, aut in possessione missione, putandum utique, ipsam collationem induci, nisi ea item quoquomodo antecessisset, eoque pacto, cuiusque hac distinctionis via, temperatus est, explanatusque hic dissideus locus: cui adiungitur alius, certus quidem & clarus, quo habetur, tametsi sola fani possessione, non tribuatur, beneficia rarius canonicusque titulus, tamen si illi accesserit hæseritque bonus alioqui quispiam titulus, id tunc effici, ut ea possessio titulo innixa, possit alium quemuis titulum, sibi oppositum & aduersantem obruere, planèque contere, etiam si vtriusque par sit causa, parque ratio, & concursio æqualis temporis.¹ Idque adèd creditur verum, adèdque fixum, ut allata facti specie, in qua, quis sibi à pontifice romano collationem cuiusdam fani, factam adstrueret, alter porrò competitor, idem fanum sibi ab ordinaria potestate tributum, collatumque adsereret, nec constaret quidem, vtra horum causa prior esset tempore, vteruè suam probaret collationem antecessisse, tamen nimirum sit respondendum, decidendumque, eum, qui in possessionem controuersi fani prior venisset, iure item & causa potiore atque superiore censerem: disertè tamè, magnaque cum causa, posita est exempli species, in eodem fano, à duobus collatoribus, nempe pontifice, & Antistite ordinario, duobus hominibus collocato:

Nam si diceretur idem fanum, ab vno eodem Antistite, duobus erogatum collatumque fuisse, nec appareret vtri prius id datum esset, tunc haud dubiè res alio quodam diuerso iure,

i l. si quis hac leges iudicium de operis libert.

lz oldrad. cõ cil. cxliii.

l cap. si a sede de præb. in vi

m d. cap. si a sede,

iure, diuersaque ratione sanciretur, de quo quidè, alibi per doctores,ⁿ & per me quidem ipsum, hinc paulò post fusè differtur, Ergo quam institimus, recta peragatur via, Ecce quidem primò perspecta est, in modo posito paradigmate, alataque thesi, magna quædam possessionis inita efficacia, cui adiunctus titulus, alium quemuis canonicum titulum, & quidem alioqui potiorè ea qua posuimus ratione, exuperet, huic porrò efficacitati, quam adfert & titulus probus, vel tolerabilis, & inita vi illius tituli, possessio, adiunguntur & quædam aliæ, hinc ne utiquam prætereundæ, nam tota explicanda est mihi, hæc satis alioqui implicata materies. Igitur potioris iuris hac in re, potiorisque causæ, rationem omnem, tribus axiomatis extrico atque elucido. Vnum est, hanc in sententiam, vbi ab eodem Antistite, prodit diuersa collationum ratio, & ea quidem sub eundem diem, diuersis hominibus concinnata, nec scitur, vtra antecesserit, ibi, ob rei incertæ perplexitatem, cuius difficilis est, vel etiam impossibilis explicatio, conuellitur quidem atque vitatur vtraque collatio,^o sic enim, & sententiæ quædam duæ, in contrariam ab eodem iudice rationem lata, ob earum conflictum, & discordantiam, quæ præsertim, non noscatur, vtra fuerit data prior sese inuicem elidunt, atque ita consauciant, ut ambe cadant in irritum.^p Et tamen putatur æquum, uti, in hoc primo posito axiome, antequam corruat vtraque collationum ratio consulatur collator, rogeturque, vtri censeat, à se prius erogatum fanum, quod duobus in eandem diem contulerit, atque ex eius responsione & explanatione decidatur negotium,^q tum quia, qui sic erogauit, facti sui testis est idoneus, & de antecedente temporis ratione, probus clarusque diuudicator.^r

Tum etiam, quod Antistitis actio, non est utique, vel temerè, vel citrà causam magnam aliquam, perplexitatemque, cuius iniuri non queat explicatio, diruenda, aut labefactanda: hinc vnum interiicio, quod est summopere attendendum, Nam cum dixi in superiore axiome, fano ab Antistite,

n bal. l. i. c. quod prouo. non est necesse anchor d. c. si a sed e.

o bal. d. l. i. c. quod prouo. non est. nec.

p. late bal. l. i. c. de fur. q. ioan. andr. & geminia d. c. si a sede petr. de anch. & abb. in c. final. de offi. deleg. feli. in c. capitulum ver. fallit primo. verb. ad de. de re- script.

r cap. ii. ex de pact. x. de sel. in tractat. benef. quest. xv in iii. parte.

duobus erogato, si quidem modo villo non patet, qui antecedit tempore, vtriusque causam, obteri, atque concidere, id nimirum dico, esse verum vt accidit quidem communiore via, ac secundum vfitationis crebriorisque tum magis regularis iuris, magisque ordinarii præscripti constituta, quum scilicet nihil accessit aliud, quod causam alterius meliorem efficiat.

Nam extrà ordinem, ecce tibi speciem adfero, & quidem in iam inita retentaque ab alterutro competitorum beneficii vtrique collati, erogatique incerta diei hora, possessione, vbi axiomati isti, locus vix vt relinquatur, credi potest: esto enim, quidam in possessionem venit fani, ab ordinario sibi Antistite erogati,

Itaq; possidet, vtitur, fruitur, Sacra ministrat suasq; obit omnes, ea in ecclesia, ecclesiastici muneris partes,

Aliquo post tempore, accedit quidam alter, ab eodem Antistite, eandem adferens sibi tributam fani collationem, huicque possessori, dicam impingit, certatque interdicto possessorio, nec apparet quidem vtra collatio alteram præcesserit, vt potè vtraque sub eundem facta diem, certè haud dubiè tum decidendum possessoris causam potiore videri, nam quum actor iste, qui nequitiam possedit, & cum possessore de iure manu confertum venit, petitionem suam super perplexa admodum & difficili facti probatione suffulciat, nimirum sua ne sit prior, quæ cum altera, eodem concurrat die,

collatoria erogatio, idque ipsum clarè liquidèque non probet, quid causæ adferri potest, vt non secundum eum, qui possidet bona cum fide, bonoque cum titulo, detur lis absolutoria? submoueatque petitor ille: cuius, cum suam in nequeat, probationem adferre, de antecedente videlicet collatoria sua erogatione, in ancipiti semper obscuroque ius relinquatur, quum interim ratio suadeat & probabilis veri similitudo, eum, q hoc in exèplo, in possessione venit prior, in collatione quoq; priorè venisse, eaq; ipsius probabilis causa, dubià planè esse aduersarii ratione, actioneq; sèp demòstret.

f cap. in præsentia de proba. paul. de cast. l. final. c. de re iudic.

Atque huic causæ decisioni subscribere. Immola & Geminianus: v sicque planè fit, dari posse speciè, qualis est ea, quæ subieciimus, in qua specie, præter ordinarium præscriptum, in exemplo quidem superioris axiomatis, habeatur quoque possessionis inite ratio, ad efficiendum, è duobus titulis, ab eodem præfule, sub eundem diem emanantibus, potiore superioremque alterum videri.

Secundum axioma, hac in tractatione, hoc effertur modo. De quo quidem tametsi paulò supra, sit mihi posita decisivaque species, hinc tamen facienda est commodissimè ipsius adiunctio, vt inde alterum axioma constituatur, hunc ergo in modum habet.

Quando non planum est è duobus vel pluribus beneficiariis, quorum suum quisque à diuersis antistitibus nactus est, in eodem fano, collatorium titulum, qui eorum antè eat tempore, illius tum meliorem causam haberi, qui omnium primus possessioni sacerdotii incubuerit, sicuti apparet, in supra scripta exempli specie, de vtroque horum, quorum alter pontificis romani, alter verò ordinarii antistitis collatione innitebatur, in pari quidem vterque paris equalisque temporis ratione, vti ille, qui tum prior, venerat in fani possessionem, palmam reportarit. *

Itaque talis isthæc possessio, cum bono copulata titulo, aduersus alium, quemuis titulum, cuius par sit, quod attinet ad rationem temporis, æqualisque causa, quædam est semper ad causam bonam prærogatiua, iurisque potioris constitutio, atque firmitudo.

Tertium sic consignatur axioma, è multis litigatoribus, candidatisq; à diuersis collatoribus, in idem designatis fanum, in pari æqualique tum tēporis, tum legitimi tituli, tum nullibi acceptæ possessionis, causa & ratione, qui pontificis romani collatione, ius suum causamque fulcit, is superior abito, potioresq; partes sibi auferto: v huicq; causæ cedat, detq; locum tum legatus à latere, tum quiuis alius pontifex vel ordinarius collator, qui fanum illud, eodem, quo romanus

fic. ca. si a

x dic. ca. si a sede.

y ca. i. in fine vt lite pendet. ca. hi qui auctoritate de preb. in vi. d. ca. si a sede.

princeps, tempore, eademque die, vel temporis momento, cum alios contulissent homines, quia æqua exigit ratio, ut in pari tituli causa, maiori imperio, à reliquis magistratibus fasces submittantur, nec mihi quis dixerit, dum legatum à latere, huic adieci decisione, collationem legati, apostolicam, censeri, quòd legatus à latere apostolicæ sedis sit vicarius, Idcirco, hac in collatione, parem illius & pontificis, summi, cuius vice is fungitur, causam videri, Ideò neutram, in æquali, tum tituli tum temporis ratione, alteri anteponendam, nã negabit nemo, maiori semper potestati, honorem, omni in re, esse deferendum, ^b Igitur delegantem delegantisque factum, plus semper legato, delegatique facto, pollere: hinc que diffinitur controuersia quædam altera, (quid nimirum in quouis alio pontifice, atque eius vicario censendum?) iudicaturque tunc in pari temporis & tituli causa, collatione Antistitis, quæ de vno facta est fano, collationi vicarii, qui idem fanum, contulit in alium quendam hominem, semper præferri, ^c vndè etiam, maius quiddam hac in re existimauit Geminianus, qui asseruit, ista in specie, nempe, cum in idem collationis tempus concurrunt Antistes & vicarius, in eandemque legitimi alioqui tituli causam incubunt, ad possessionem nihil tum respici, quin, is qui à vicarii collatione, causam habet, tametsi possessionem prior contigerit, posteriores se perferat partes, & Antistitis collationi caput inflectat. ^d cui equidem Geminiani sententiæ, non tamen ad stipulor, qui sciam, in eadem parique facti specie, collationem legati, in æquali nempe temporis causa, eam vincere, que facta sit à romano pontifice, siquidem à legato steterit, prior corporalis possessio, Non videam autem, cur hac in re, plus legato pontificis sit tribuendum, quàm cuiusuis alterius pontificis legato vicario, cum vterque in pari tituli, parique temporis ratione, à sola antecedente possessione, per prædicta aliquot axiomata, potiore collationis suæ auctoritatem firmet, & suffulciat, aut iure & ex analogicæ æquæque causæ ratione, illa priore quidem possessione, queat suffulcire: Quare contra Geminianum, idem quod in legato, hinc quo-

a cap. hi, qui fide preb. in vi

b cap. dudum ver nos igitur de preb. in vi.

c gemin. nianus & phil francus d. cap. si a sede.

d geminia. d cap. si a sede in final. verb

que in Antistitis vicario statuo, teneoq; eius hac in re semper, potiore esse causam, seu à legato, seu ab Antistitis vicario profisciscatur, qui in pari cum Pontifice Romano, in parique cum Præsule quouis alio; collatore ordinario, & temporis & tituli excussione possessionem prior, corpore, & animo, legitimoque modo, est cõplexus, in eaque firmo hæsit pede, ac restitit. Verùm enim, inspiciendus est adhuc hic locus, positus hac in controuersia, necnon vltèrius excutiendus, ne quid omninò relinquatur dubij. Igitur cum quæritur è duobus beneficij candidatis, & ædis sacre competitoribus, quorù vtrique ius est ad ædè sacra, per suamque cuique collationem, factam eadem quidem die, horù vtrique, sed diuersis à collatoriis Antistitibus, nempe, exẽpli causa, alteri quidem à Præsule ordinario, cui id fanum, collationis est in beneficio. Alteri porrò à papa vel Romano legato. Quid tum decernendum? quoque iure, vtriusque causa facienda? Dic sanè, & decerne, si vterque suo in impetratorio codicillo, horam habet appositam, qua hora, facta sit illi fani erogatio, eum, qui prior est in hora, priorem quoque in iure esse, quia quando, vel per adiectionem, in vtraque collatoria tabula, claramque expressione, vel alio quoquo modo, de antecessione constat temporis, tum herclè dubium esse nequit, quin, in omni, alia pari causa, qui tempore antecedit, bonitate quoque causæ, rationeq; , meritò antecedit. Si verò, altera quidem pars, Apostolicæ impetrationis adferat diploma, scriptum certa cum die, sed nulla horæ appositione, Et à parte altera edatur collatorius Antistitis codicillus, cù hora & die, hac sanè in diudicanda cõtrouersia, hic demum labor, hoc opus est. Nã quæ stant in parte præsulis ordinarii, ita ratiocinantur, certum quod est, in pari tituli causa, & vbi, soli locus est antecaptioni, vel vt clariùs loquimur, præuentioni, tẽporis ratione, cù de illius constat antecessione, pro potiore causa, maximè haberi. cum ergo præfinita hora vnus, hoc est, Antistitis ordinarii, reddat ancipitem dubiamque pontificii temporis, quo tempore sola est ex-

e glo. in cap. penult. verb. nõ apparet de re. cre. in vi. gl. l. si pluribus. s. de fin. ff. de solut. Bal. l. im perator. in. i. ff. de sta. homi. & l. præscriptione si cõtra ius vel vili. public. andr. fiscal. in ca. pastoralis ext. de rescrip.

plicata dies, cōstitutionem, quid nimirum obstat, cur in cætera causa pari, pro re clara, certa que, aduersus incertam nõ feratur iudicium. Nonne is semper vincit, qui certiore fulcitur probatione. nam licet ea talis generaliter probatio, nõ cõcludat necessariò, efficit tamen, vt per eam, altera quæ minus certa est cõcutiatur: aut concuti debeat ex probabiliori æquiori; certè coniectione. Nam re vera nec hîc quidè, per appositionè horæ, colligitur sanè, necessaria quædã & irrefragabilis argumētatio, vel cõclusio rata & ineluctabilis, collationè scilicet hãc, antecessisse alterã. Sed tamen tam validã inde duci æquum est verisimilitudinè, vt nisi de cõtrario liquidè appareat, p ea quæ iam certè apparet, par est, vt semper stetur. Ergo diffinitio (vt aiunt isti) horæ, quam ordinarius sua in collatoria expresit scriptione, quæ iam certam habet & explicatã rationem tēporis, diplomati Romano, in quo, non ita certa est temporis adiectio, (diem enim duntaxat designauit, nec certius tempus magisque diffinitum (inquiunt) per vllius inductionis firmiorem collectionem quit ostendere) Iustum est, vt hac in causa, præpõlleat: si quidem verum est, vt quoties de temporis ratione, hoc in rerum genere disputatur, is qui probationè adfert certi præfinitique tēporis, aduersus eũ semper obtineat, qui minus certo, minusque præfinito innitur tēpore, quãtumuis, iste, minus certi tēporis collationè promens fieri possit, vt re vera, prior extiterit, verũ vt tum fert negotium, alteri cedat necesse est, qui alter cũ horã habeat explicatã certiore vtique adfert, magisque explanatã rationè tēporis, qua vna re, hoc est, certioris pbatioe tēporis, stat ois huiusce negotii decisio, & ab hac parte sterisse quãdoque Rotã, suũq; illi tulisse vocis suffragiũ, testis est Ia. ^b qui hanc item, veriorè firmicrè que adferit. At pro cõtraria, plerique alii sentiũt, c quibus & ego accedo nec nobis, qui huic cõtrariæ fauemus, sententię, desunt rationes, & ante alias omnes, vna hæc potissima, atque in primis probabilis, quæ colligitur hũc in modo. Cũ esse potuit vt sanũ à põtifice Romano erogatũ, an-

b Ia. in L. i. s. fol. matr. c. Sofin. cõ. lxvii. iii. vol. cõcil. feli. in c. pastoralis, ex. de rescrip. a lei. l. i. solu. matr.

tecesserit sua erogatoria collatione, horã illã, quam ordinarius dum ipse item contulit, præfinit, atq; apposuit, proculdubio efficitur, vt res tota ancipitis sit ambiguique iudicii. Porro, quis nõ videt, in omni ancipiti & media cause discussione, quæque, in vtrãq; partè vera potest esse, aut falsa, potiores semper pontificis summi, qui primũ & maximum in ecclesia gerit magistratũ, partes esse debere, ^d proque eo, eiusque actione omni, & facto, tunc semper pronũtiãdum, ^e sic enim imperator, sic princeps, Rex, magistratusque summus, summaque populi maiestas, qualis fuit olim Romanorum, sic denique summum imperium, in superiore semper, dum res proponebatur ambigua, causa fuit. Sic item publicæ potestati, tributa est, quando negotium fuit ancipiti in alea, potioris rationis latio, huc accedit, quod conscriptus canon, dum hanc causam constituit, de solo die mentionem iniicit, sic ponens, cùm inciderit, duplex aut etiam multiplex, multorum Antistitum collatio, eodem facta die, præferendam Pontificiam collatoriam gratiam, cui debeant cedere omnes aliæ, En, diem, solum, simpliciterque canon memorat, neque horam scrupulosius disquirat, aut distinguit, quod cùm non facit, quid attinet ab illis interpretibus, nodum in scirpo quæri, mētèque canonis, rimari ipsos quid oportet subtiliũs, fistud profecto, est, canonum, sensã aucupari vel pervertere, atque contextũ ipsorũ omnem, per hæc attextã glõssemata, planè corrũpere. Quare nihil est, quod huc recipiatur talis scrupulosa & minimè necessaria distinctio. Præterea canon ibi subdit, profertque talem sententiam, si quidem (inquit) neuter litigatorum, possessioni corporali incubuit, nec alioqui patet, vtra horum collatio, prior extiterit, põtificiam quidem & papalem magis semper videri præcipuã, aliasque omnes, ea in re ancipiti, atque dubia, præ se, planè deterere, & labefactare, nec habendam vtique rationem horæ, cuius adiectio, nihil dum proficit, ad demonstrandum, liquidè que probandũ, ordinariũ collatorè, sua in hac collatoria ergo-

d bar. l. non solu. de oper. noui nã tiat.

e ca. si a sede

f L. si duas de excusa. tutor. vbi bal.

† in impetra-
tionū quidē
diplomati-
schedis que
& codicillis
pontif. ut ha-
bet mos ro-
manæ aulæ,
horæ nō so-
lēt designari
at tantum an-
nus & dies
g soci. dec. &
alci verbi su-
pra.

tionē, priores sibi partes temporis antecepisse, & Romano pontifici, eo in negotio præuertisse: cum nihil impediat, quin sicuti supra est dictum, Romanus ipse pontifex, potuerit & hac quidem in re, anticipasse, ordinarioque antistiti in ipsa præocupatione temporis, re vera præstitisse, tametsi horæ † articulum, præfinitamque rationē, minimè designarit, quæ hora quum nō alioqui excutiat, prorsusque tollat, dubitationem, quæ hac de re, hoc est, ratione incerti temporis haberi potest, planè relinqui, pontificiam causam, meliorem semper censeret, in eamque opinionem, meritò inclinavit, schola recentiorum iureconsultorum, s quæ, uti meus fert sensus, tutior est, etiam atque probatior.

Titul. 13.

DE NOTHIS, IN VNIVERSVM,
atque speciatim, de prole sacerdotali, quoniam scilicet pater
est, illa sit, in hanc beneficiorum causam, admittenda,
introducenda, recipienda: itemque quanam ratione, spiri-
tuali alii omnes, naturalesque solum filij, cuiusque sint mo-
di, huc queant aspirare, de que iure omni, quo, hac utimur
in thesi.

Cap. 13.

Hoc positionis caput, olim admodum fuit varium, & cō-
trouersum, nec diutino magnoque tēpore, quitum est,
ferè vnquam, regulis vllis, hac super re concludi, certisque
& præscriptis axiomatis, negotium vix tandem potuit diffi-
niri: id porrò accidebat, ob varietatem constitutorum, con-
nubialiumque legum, & rogationum, quæ, uti ferebat tem-
porum causa, ætas, mores, ritus, principumque & magistra-
tuum voluntas, tum & ratio populorum, viuendique mo-
dus, regionum, & prouinciarum, ita mutabantur, figebatur,
refige-

refigebantur, & ad quancunque præsentem cōditionē, pro-
libito, arbitrioque legissatorū, accōmodabantur, vnde eue-
niebat, uti, iam inde ab initio † seculi, nulla certa auctoritas
vllō in populo, præscripta reperiretur, quæ coniugiorum, † in geneſi
vide isthæc.
modum, legemque, discernens longo temporis interuallo,
intra suos fines, consisteret, quin accidebat, inter homines,
ut quam quisque sibi, volentem quidem illam, nec inuitam
pro matrimonio deposceret, cum ea coniugaretur, nulla ha-
bita ratione ordinis, gradus, status vitæ, scilicet, facerne is sta-
tus an prophanus esset. Nulla item magna adhibita obser-
uatione, consanguinitatis obliquæ, transuersæque, & à late-
re venientis cognationis: quocirca contingebat, uti, qui ex
talibus nascebantur promiscuis, nullaque certa lege san-
guinis, aut ordinum, circumclusis nuptiis, legitimi omnes
censerentur, nec hac nota distingueretur natio spuriorum,
& nothorum: nam, quum filius sit, (ut inquit iurisconsul-
tus) quem nuptiæ demonstrat, (siquidem filii, nisi in nup-
tiis, iusti ostendi nō possunt, at Thelemachus homericus, in
odissea ait, ne ibi quidem, de quo alibi vsquam) de nuptiis
autem ut ad rem redeam planissimè constaret, non quære-
batur: essent ne ille legitime, an incestæ, propterea quod,
hac de re, nondum erat posita lex, quæ ordinem, ab ordine,
cognationemque à cognatione, dum à fratribus modò, &
sororibus diiiceretur hoc in nubendi ritu, admodum stri-
ctè, diffinitèque secerneret, sicuti hunc magnum, frequen-
temque locum, fusè quidem, & explicatè alibi, hoc in tra-
ctatu, disseruimus: & quidem ab vltima origine mundique
initio per hæc primordia rerum & prima tempora, ne fra-
trum quidem aut sororum hac in re habebatur ratio, quæ
cocepta est post haberi, de quo alibi item fusius.
Nunc, quod ad rem præsentem attinet, haud dubium est,
in eo indistincto, nullisque vel paucis graduum, aut ordi-
num, cancellis, circumduto matrimoniorum vsu, homines
mansisse, vixisseque, ad vsque longè productissima, pon-
tificum tempora, quos inter pontifices, tandem venit in-

a ca. non de-
cet de cōfan.
& affinitati.

nocentius tertius, qui rem omnem, certis præfinitisque regulis, atque linearum, in cognationum & affinitatum iure, distinctionibus, circumsepsit, ^a posuitque in omni connubiali lege, certa, & ad pudorem, honestatemque accommodata discrimina, quemadmodum, & alio in loco, hanc quoque causam, prolixè satis discussimus, dum scilicet, enarrata sunt Euaristi constituta.

Ergo, omiſſa repetitione positurum,

b ca. de pro-
pinquis xxxv
quest. ii.

Nunc tantùm dico ad rem coeptam duobus quidem pontificibus scilicet, Fabiano, ^b & Innocentio tertio, accepta duo, referenda esse, hac in materia, theoremata, quoniam horum causam, potissimamque rationem, lege sanxerunt. nam quum, connubiorum ritum, certa cognationum linea, certisque & diffinitis graduum cancellis, quos, citra nefas incestumque, prætergredi non liceret, terminauissent, alter quidem latius, alter verò strictius, & coarctato magis modo, sicuti est suo, ^a nobis explicatum loco, effecerunt quidem, vti primum theoremata, in hac, huiusce nuptialis negotii, disceptatione, constitueretur, quod sic habet.

Coniugia, in cognationum gradu, qui gradus (per legem Fabiani, c. de propinquis 33. q. 2. aut Innocentii tertii, c. non decet de confanguini. & affinit.) connubialis non est, celebrata quidem & contracta, ne legitima sunt, incesta dicuntur.

c ca. si quis
xxxv. quest.
iii,
d ca. de ince-
stis xxxv.
quest. iii.

Ex quo fit, vt qui sic nupsere, poenæ, quæ de incestis est, ex constitutione conciliorum Vermeriansis, ^c atque Agathensis, ^d obnoxii, censentur.

Ea autem poena grauissima est, grauissimæque tum mutationis, tum turpitudinis, iniustæque ignominiosæ notæ, vnde consequitur alterum theoremata, vel axiomata, huic questionis appositum, scilicet, qui ex his vel non iustis, vel incestis nuptiis, gignuntur liberi, eos legitimos minus censeri, dicique nothos, & spurios, vnde item efficiuntur

reliquæ appendices, themati suprâ posito, tum propria, tum re ipsa, subiectæ, vel suppositæ, quarum hæc est sententia, atque positio, Filios tales, hoc est, ex incesto, vel non legitimo concubitu, aut sic perperam acto coniugio, procreatos, tum à successione, hæreditatæque paterna per isthæc pontificum constituta tum & à iure legitimorum filiorum, tum, ab omni iusto honore alio, quem sua in familia, consequuntur iusti liberi, planissimè abigi, non eo quidem modo, quo, ciuiles leges constitutere.

Nam, & hæ, hac in re, modum quidam adhibuere, & alias ciuiles dignitates, & nonnihil etiam bonorum, habita ratione qua erant nati isti nothi filii, permisere, eo pacto, quo dicitur in sequentibus. At verò, vel ex admonitione, Sarræ Abrahami vxoris, inquentis ad virum, Non succedet filius nothus, natusque ex ancilla cum filio familias & herili, par sanè fuit hanc non legitimam prolem, non eodem iure cum iustis liberis censeri, Cum & id quoque habuerint gentium leges, nempe Atheniensium, à Solone latæ, Romanorumque, (quanquam Romani auctorem gentis suæ, conditorumque vrbis habebant nothum quidè Romulū vti patet ex Liuiō & historicis aliis.) tum & aliorū ferè populorū omnium, de quo, quod attinet ad Solonem, legendus est Plutarchus in vita Themistoclis, dum commentum refert, quo, idem Themistocles, qui nothus putabatur hanc legem, elegantem quidem ingenio elusit, quod signum, specimenque fuit illius magni, qui postea in eo emicuit, animi: referunt quoque quædam Græcæ historiæ, Herculem, (Cui nothi omnes sacrificabant, tanquam notho Deo, & nothorum principi, vide Pausaniam, & reliquos, ac Alcibiadum in Parergis) referunt ergo, quia in classem nothorum referebatur, nunquam fuisse in coelum ascensurum, neque deorum impleturum numerum, nisi, Iuno vxor legitima & mater familias, quæ in manū cōuenerat

victa precibus Iouis, illi infanti, vbera admoisset, quo
 ex vberum suctu, natalibus restitueretur, fieretque le-
 gitimus, & ingenuus, quam rem alicubi, ex aliquo aucto-
 re Græco, excerptam enarravit clarissimus Iurisconsultus,
 in omnique summus, eruditionis politissimæ genere, An-
 dreas Alciatus, præceptor olim meus, idque in libris pu-
 to, Parergôn. Si ergo huiuscemodi liberi, quos, veræ, iu-
 stæque nuptiæ, non demonstrant, ab hæreditate bonorum
 paternorum, iustoque sua in familia honore alio quouis
 abarcentur, tantò magis par fuit, vti à beneficiorum quo-
 que sacrorum, præfecturarum, aliorumque ecclesiastico-
 rum honorum, consequutione excluderentur: vnde ef-
 fecta est, hæc altera appendix, huic peculiariter dedi-
 cata materiæ, in qua ponitur, hosce consequenter om-
 nes, ex nothorum classe homines, neque posse ad sa-
 cra fana, sacrosque honores aspirare, neque, si aspi-
 rent, in eis recipi debere, quam quidem appendicem, vel
 axioma, confirmarunt, legèque sanxerunt, ecclesiæ con-
 cilia, atque in primis, Lateranense. ^e Nunc hanc in clas-
 sem, reponendi etiam sunt presbyterorum filij: nam & hi
 quoque nothi, atque non legitimi censentur, ex quo, Ca-
 listus pontifex, omni sacerdotum nationi, matrimonij,
 vxoria que humana copula interdixit. ^f
 Nam exinde quoque effectum est, vti, in synodo Pictauien-
 si, nominatim sanciretur, tales homines, qui sunt à sacerdo-
 tibus procreati, instar nothorum aliorum, ab omni arceri
 sacra dignitate, neque idoneos esse, consequendæ, vel paroc-
 ciarum, vel præfecturarum, vel honorum cuiusvis alijs
 generis, vtpote, personatum, aut aliorum, Ecclesiasti-
 corum erogationi: denique illis, ad sacra fana, recta via,
 adipiscenda clausum esse planè aditum, ^f nisi fortasse ea
 essent simplicia, instar rerum temporalium, qua
 tamen in decisione inest locus, maiori & peculiariori indi-
 gens explicatione, id, quod fiet, suo in ordine, suo-
 que in loco, in progressu quidem thematis huiusce.

^e cap. cum
 in cõstitis ex-
 de elect. & c.
 ad præsentia
 de filiis pres-
 by. & c. inno-
 tui. de elect.
^f D. c. i. d. c.
 in præsentia.

^f cap. i. de fi-
 liis presbyte-
 rorum ex.

dum speciatim notabitur, quid inter ius civile intersit & pò-
 tificium, hoc quidem in nothorum negotio, causaque con-
 sequendarum dignitatum, à quibus, Eos, si modò dignitates
 hæc civiles sunt, non, ^g omnino arcet, iuris civilis constitutio
 sicuti diximus, dicemusque infra prolixius, modo vacet per
 tempus: interim id habendum, Eos ita iure sacro, exagitari,
 repellique, communi & ordinaria via, omni ab ecclesiastico
 honore, beneficioque adipiscendo, vt tamen si, Romanus pò-
 tifex, qui summum, supraque omne ius in ecclesia habet im-
 perium, cuidam notho, beneficium erogarit, non sit valitu-
 rum diploma erogatorium, vel impetrationis codicillus, si
 in eo, nothus orator impetrans, de natalibus suis, haud legiti-
 mis, mentionem clarè apertèque non fecerit, ipseque his
 per gratiam à pontifice, non sit restitutus, quia existimatur
 is, id vnum, tacens & omittens, in pontificis tum gratiam clan-
 destinò obrepisse. ^h

Verumenimverò, vt totum quæstionis thematisque præsen-
 tis, caput clarè excutiam, suisque partibus absolvam & diffi-
 niam, Est quidem sane nobis, suo quidque ordine, vti hæcte-
 nus, in alijs fecimus, explanandum, ne confusè congesta
 vlla, aut vsquam non bene digesta, inuolucro sui obscurita-
 tem adferant, veniantque lectori, in fastidium.

Igitur, hoc in primis excutiendum, atque quærendum, qui-
 nã scilicet sint in re sacra ordines, à quibus, excludi debeat no-
 thus, exquæ non, legitimo coniugio progenitus. quinam itè
 sint ordines, in eadem re sacra, quibus, is idè homo, nothus,
 & spurius quandoque recipi queat, quo in quæstionis gene-
 re, hoc apertum, difinitumque axioma pono,
 Nothos scilicet, & natos ex cõgressiõne venerea, quæ iusta nõ
 fuit, sacre ordinum functioni, addici non debere, neque or-
 dinaria communique via, eò posse peruenire. ⁱ

Causam autem huic axioma dedit, turpitude, ignominio-
 saque nota, stirpis adulterinæ, quòd eam constet, semper fœ-
 dam, infamemque habitam esse, propter innatam ipsi, nata-
 lium spurcitiem, quam, à parentum congressu fœdò tales fi-

^g L. ii. §. nul-
 lum & §. spu-
 ri ff. de curio-
 nibus,

^h cap. ad præ-
 sentiam
 ex. de filiis
 præbytero-
 rum.

ⁱ cap. i. de fi-
 liis presbyte-
 rorum in an-
 ti. & in sext.

lii accipere.

Atqui par est honesto, tantum loco natos, addici sacrae ordinationi, inque clericorum classem rescribi, Non item infames, hominesque originis ignominiosae. Etenim, si plerique populi, & quidem gentiles, id suis in sacris obseruarunt, Nothos scilicet, ad ea tractanda, ne admitterent, at ingenuos modo, ortosque bono ex coniugio, Et si Vestalis, romana sacerdos, fieri nequibat: quae patrima, matrimaque non esset, hoc est, quae patrem viuum, matremque, & quidem ambos, legitimo vxorioque nexu, coniunctos, non posset demonstrare, quantum magis, est equum, hanc, in cultu veri, & summi dei, inque statu hominum, ad sacra Christi obeunda, admittendorum, haberi rationem, videlicet natalium ingenuorum & legitimorum causam respici. Adest, & alia quoque ratio, spectans ad parentes, & boni publici causam propius respiciens, nimirum, uti auferatur ansa, occasioque hominibus, libidini turpi sese dedendi, ¹ sectandique non licitas mulierum tactiones, concubitusque alios, citra verum, quidem iustumque connubium. Nam quum vident, hanc labem, in prolem suam redundare, tum ipsi, continentiae studiosi efficiuntur, tum alios incitant, ad eandem virtutem colendam, claudendumque aditum omni turpi veneri, ne scilicet in eandem recidant ignominiam, atque immeritos liberos, immerita, certoque obuentura turpitudine nefarie inuoluant. Quae ratio maxime respicit, sacerdotes, quos cum deceat, omnium maxime hominum, viuere continenter, quia tamen sepe luxu sese dedunt, effunduntque in incontinentiam, hinc par est, exemplum uti caste viuendi, accipiant, ne se, miseramque prolem afficiant dedecore perpetuo, atque in magnum malum, omni que perspicuum homini, det praecipites. Quae vna potissimum causa, adeo mouit legislatores patresque conciliorum, ut, tamen si liqueret, filios huiusce generis, nulla in re, deliquisse, ob quam rem, tantae poenae forent obnoxii, tantaque ignominia notandi, tamen ad coercendam, parentum malam libidinem, iniuciedumque franos, in omne genus

hominum, atque in primis coelibum, & sacerdotum, quibus frenis retineretur castitas & continentia, hanc voluerint in publicum multationem mali concubitus, emanare, qua deuinctus infelix partus parentes quoque suos reuinciret, in ipsoque, suam regeret infamiam, tacite dicens, modo fransque per hanc multa sua, omni in populo, haec scilicet, Vestra est, (o parentes) non quidem nostra isthaec culpa, quae nos ab obeundis sacris, arcet ignominiosae, nam quia non licet hominem vllum, in hoc magnum sacrorum venerandumque adscisci, ministerium, nisi is idem integer sit, originisque non culpata, nos quidem, propter vos quia id non sumus, hinc depellimur, id vitii nanque non a nobis, sed a vobis contraximus, qui effecistis uti natalibus iustis, deficeremur,

Nam labe vestra, in nos transmittitur afficitque ignominia, Non secus, atque maritum, incontinentia malusque luxus, vxoris infamat, ¹ Non secus item ac honestos alioqui homines, peracta cum ancillis, seruis, cumque meretricibus coniugia, vera dedecorant, ^m quanquam hoc postremum, charitatis etiam, ⁿ possit adscribi operi, Itaque qui omni ex (adulterino coitu, maloque connubio nascentur, omnes quidem arcebuntur a sacris, ad quae, qui admittitur, ne laberculae quidem, aut corporis, aut animi, vel per se contractae, vel aliunde allatae, nec etiam origini vitiosae obnoxius esse debet, neque bono villo ingenuitatis, liberaeque conditionis vlla in re destitui, Quia ara Christi, summi que dei altaria nihil admittunt non purum, non castum, non omni ex parte, quod attinet ad isthaec, absolutum, Haec sunt igitur magnae causae, summaeque rationes, quae mouerunt pontificii iuris conditores, auctoresque conciliorum, ad haec, de quibus nunc agimus, canone sancienda, Cuius canonis, haec ergo lex erit, hoc supra posita modo, rursusque hic repetita, quia res poscit, Omnis homo adulterinae conditionis, & ex statu nothorum hominum, ac spuriorum, a sacrorum obitioe, a sacerdotali ordinatione, a sacri cleri collegio, denique, ab ecclesiastici honoris

¹ cap. literas
& cap. final.
de fil. presbit
^m ca. si quis
viduam xliiii
dist.

ⁿ cap. in rex
opera despō
sa. & matr.

adeptione, per scitum præscriptionis ordinariæ, cõmunisque legis, ab arcetor, recta illuc via, abigitor, Illò aditum planè ne habeto: hec igitur posita lex est, in vniuersum, in genere spuriorum, vti nimirum, sicuti partis opimæ, de bonis paternis, P ita quoque partis sacratæ, de bonis, ecclesie, mortali, humanaque ope & largitione obuientibus, expertes forent.

Verumenimuerò, quandoquidem accidit sæpe olim, vti ex tali, nothorum hominum, grege, prouenerint, homines qui dam, in omni virtutum genere excellentes, alii quidem præditi summo ingenio, alii eruditione magna imbuti, alii etiã, à fortitudine animi, atque continentia maximè laudati, alij porrò summa, in gerendis publicis rebus dexteritate pollentes, ita vt eos, ad publica munia admisisse, rem publicã haud poeniteat, quin & horum multi, fama sui, magnitudineque rerum gestarum, orbem totum impleuerunt, cuius rei pleni sunt libri exemplorum, ita vt videretur, diuinitus effectum vti quod natura eis denegasset, ipsis tribueret industria, atque ignominiam generis, clara probataque virtute abstergeret. Quia igitur hæc contingebant, certè, sicuti iustum fuit, has summo iure, quæ supra enarratæ sunt, hoc in rerum genere, leges primum constituere, ita quoque æquum fuit, hisce excellentibus ingeniis, qui tanta virtute, tantaque dote animi, maculam suam, patrumque ignominiam, eluebant, aliqua in parte consulere, rationemque inire, qua ratione per extraordinarium præsidium, his ad sacra, aditus pateret, quemadmodum, patuerat, magno cum publico bono, ad publicã rem cassendam, ciuiliaque exercenda munera, q hæc ergo sanè magna cum causa, eam ad rem inita est ratio, & inueta æqua via que hisce aditum illò patefaceret, eaque consignata est multifariam, multasque in classes, distributa,

Primum, si in coenobium aliquod sese abdant, tradantque monasticæ, & religiosæ vitæ, nam hæc religio, siue sit monachus sine sodalitas, quæ dicitur regularium canonicorum omnem hæc abluuit sordem, maculamque natalium illicito

rum,

rum, tollitque prophanationis vitium, vel vt loquimur, irregularitatis labem, quam ipsis sua inflixit origo adulterina, Ita vt isti, natalibus, per hoc, restituti, sacra postea ordinatione donari queant, modò, duo concurrerint, Vnum, vti, notus, quum primum, sese tradidit huic religiosæ vitæ, suam statim religionem, modumque viuendi regularem, solenni bus, conceptisque, sicuti, ea in re fit verbis, profiteatur, atque in perpetuum, huic coenobio, huicque sodalitati auctoretur quod ni facit, nihil, quidè agit, quod ei, ad quod aspirat vel videtur adspirare, sacræ ordinationis bonum, sit profuturum: Nam solus alioqui, simplexque, & nudus religionis ingressus, satis esse nequit, ad abluendam illi, sordem natalitiam, eumque, adsequendis sacris, idoneum efficiendum, nisi subsequatur illa religionis professio, Alterum est, quod, hac in re adesse debet, vti nimirum sponte is propriaque inductione animi, huic se dedat religioni, profiteaturque verè, ac per se ipsum incitatus, hunc regularem viuendi modum, Cæteroque, si id necessitate aliqua adstrictus agit, vtpotè, quod se alligari aliqua noxia, irretieritque quopiam facinoroso malo, pœnæ scilicet, hanc noxiam subsequatur vitæ gratia, vel si id facit, vt quum id, quod cupit, sit assequutus, religionem postea eludat, nihil certè eum tum effecisse, quod at tinet ad hanc natalium restitutionem, existimandum est, saltem quod queat proficere, Nam eo modo, ne utiquam vide

r cap. i. de filiis presbyterorum ex.

s cal. in tra& de eccle. inter in ii. membro quest. xxvii.

r glo. ca. hac nequaquam vii. quest. i.

q dicta L. ii. s. nullum. & s. spurii de decuri.

ficuti paulò post patebit. Altera est inita ratio, per quam, notho, aditus datur, receptusque ecclesiasticam in sortem, Nempe per episcopalem codicillum: Nam solet Nothus, sua in dioecesi, dioeceten sacrum, qui pontifex ea est in provincia adire, ab eoque, impetrare nataliù veniam, eo vique protendendam, dum in sacri cleri cohortem, per simplicem tonsuræ sacræ characterem, rescribi queat, ablataque primigenii natalis macula, omnique lota forde, ad fanorum quidem simplicium, cōsequutionem aspirare, Id quod non abnuunt dioecetæ, Si modò, vel ob mores, vel ob doctrinam, dignus est nothus, cui id tribuatur gratiæ. Etenim, ea est dioecetarum, antistitūque functio, vti de plebe, populoque suo, quoscunque putarint bonos in ministerio, eos ad sese vel etiam alliciant, addicātque ordini cleri, Et si quis adest obex qualis hic, in genere nothorum, vel alius quispiam, huiusmodi, illum, quod possunt, amoveant: eoque amoto transfundant hominem, functioni templorum, & addicant Christi mancipio, Nam quid melius, quid porrò egregium magis? quàm virum quęcunque, à mundi, mundanorūq; cogitatione, ad diuina & coelestia abducere? Id fecere patres olim primi nascentis ecclesiæ, id item fecit præcipuè Paulus, qui inter alia huiusce generis opera seruum Philemonis, amici, & familiaris sui, seruum quidem, & fugitiuum, & compilatorem heri sui, in ministerium tamen seruitiumque transdidit magni domini, nec eum postea dubitauit, ad Philemonem scribens, & fratrem, & confortem, & conseruum religionis magni Christi, appellare, seque pro eo, sponforem, polliceri, id scilicet faciens, vti quęcunque suo lucrifaceret domino traderetque in ordinis sui mancipium, atque eo quidem modo, per magnam ministrorum solertiam, diligentiam, sedulitatem, cum gratia dei, creuit ecclesia domini.

Ergo, episcopi dioecetæ, non inuiti, hominibus plebis suæ, & quidem nothis, viam patefaciunt ad sacra, Sed tamen, quod hoc in rerum genere faciunt, id quidem neque perpetuum est, neque absolutum, Nam defunt illi episcopali gratiæ multæ partes, & quidem perfectiores, ad quas dioe-

tarum auctoritas, nequit penetrare, quia deest id faciendi potestas, quod vt sigillatim atque explicatius excutiat, (Nam thematis huiusce nostri, positi in capite tituli, potissima isthæc est pars) id omne per axiomata quædam, rata, certa, colligo, omiſsis spinis disputationum, & controuersiarum, quas huc congerunt alij interpretes, ne materies obscuritate, inuoluatur: præterea ad alias res propero, & in primis, in explicanda re quaque, studeo facilitati.

Ergo, hoc sit pronuntiatum primum, vel axioma, Dioecetæ antistiti, licitum est, notho homini, ius tribuere, dareque veniam, in cleri sacri sortem simplicem, sacrorumque minorū consequutionem aspirandi: atque ea omnia si libet, ei potest ordinaria auctoritate impertire: ordinationem quidem sacerdotale non itē, neq; etiā aliorū graduū, qui sunt supra minores, attributionē. Nam satis est, si tales homines mancipet Christo, alios verò honores, q̄ pertinet ad cōfortiū sui ministerii, suntq; in quadā æquabili episcopalis fūctionis p̄portioe, dūtaxat legitimis viris impertiat, quid est enim aliud in sacerdotio sacerdos, quàm, in ministerio, collega episcopi? igitur sibi parē in sacerdotio, nequit episcopus speciali gratia extraordinariaq; via, adsciscere, Minores autem qui sūt quatuor nihil impedit, quin eadē extraordinaria via, ^a queat erogare, hisq; hominē quēuis, tū & prædicto simplicis tōsus sacro, p̄ fauorabile iuris sūmi solutionē donare. Hoc nūc ex axioma, eo posito modo efficiūtur consecraria multa, quæ sic habēt, Dioecetes episcopus, notho, ad episcopatū, viā, ^b nequit, p̄ nataliū restitutionē, patefacere, neq; itē, ad parœciale fanū, cui fano subsit animorum, plebis, populiq; accuratio, ^c Neq; itē, ad dignitates, honoresq; magnos tēplorū, vt pote, personatus, curionatus maximos, & id genus, alia munera, hanc, quam impertit restitutoriā nataliū gratiā nothū cuehere, ^d Deniq; , obtinendi sacras ædes, quæ, vel per consuetudinem, vel per ius municipale, legemque statutorum, sacram ordinationem, desiderant, non quit, per ingenuitatis attributionem ipsis nothis dare veniam, quæ omnia, ab hac vna pendent causa, quia, cum dioecetarum non sit,

^a cap. i. de filiis præbyterorum in sext.

^b ea innotuit ex de elect ca. si. de postu.

^c prelat. ca. si. de filiis præbyterorum ex & ca. i. eodem tit. in sext.

^d archi. dict. cap. i. panor. dict. cap. si.

hunc adulterinorum gregem, per specialem gratiam, sacerdotali dignitate ornare, beneficia verò supra posita, sacerdotalem functionem, vel natura, vel more, municipalique rogatione, deposcant, Sequitur planè collectio, rataque & fixa, supradictorum conclusio. °

Alterum est axioma, hanc in sententiam prolatum.

Episcopo, facere gratiam, notho per eam quam tribuit fordis natalitiæ restitutionem, consequendi fanum simplex, cuique fano, nulla ex supra positis insit qualitas, nihil omnino obstat, nam ordinaria episcopalis auctoritas, id illi extraordinarium addicit, ^f quo in axiome, obtruditur quæstio magna, nempe quid censendum in præbendis, iureque percipiendæ annonæ, aliqua in magna & cathedrali æde, sodalitiæque collegio, an scilicet eodem, cum hoc axiome, iure debeant hæc cenferi, sunt enim ex eorum beneficiorum genere, ex eorumque classe, quæ appellantur, itemque sunt, simplicia, Quam quæstionem fufius postea explicabo post Panormitanum quidem & Archidiaconum, qui eam, & prolixè, & explanatè satis differuerunt.

Adest & alia quæstio, hoc in enuntiato efferenda, videlicet, quid constituendum, in beneficio huiusce simplicis generis quod beneficium nothi pater, proximè, vel aliquando possederit, an ad id obtinendum, possit illi notho episcopus facere gratiam? & quidem communi omnium calculo, receptum est non posse, ^g At verò, (quod plus est) olim quandoque dubitabatur, eratque magna in eo còtrouersia. quando scilicet aliquod fanum proximè habuerat, parens cuiusdã legitimi filii, quem filium ante sacrorum susceptionem, beneficiorumque adsequutionem, parèsis, ex iusta vxore genuerat, ad illudne beneficium nullo hominis alterius interuentu qui aliquo, inter patrem & filium interuallo, possessor fuisset medius, quæret filius, per episcopale gratiam, admitti? & quidè tãdè etiã còclusum, id illi licitum, nõ esse, nisi ^h adferatur magna aliqua causa, vtpotè, euides utilitas ecclesiæ magnamque bonum, tum clerici tum plebis, & populi, quæ id fieri velit: ⁱ nã tunc hæc multa

e archi. dic.
ca. i. panorm.
dic. ca. fi.

f dic. ca. i. de
filiis presb. in
text.

g ca. dilectus
de filiis presb.

h dic. ca. dilectus.
i hostis &
panorm. dic. ca.
fi.

còcurrunt quæ vnà simul plurimùm hæc rem adiuuât, videlicet prole hæc primùm, quæ prestat petitque id sibi apponi gratiæ legitimam esse: præterea id poscere res fani, & alias, quæ positæ sunt, adesse causas, vbi, in primis vrget utilitas fani, quæ si nõ adfit, reliqua cessant, fitque, vt id omne eiusmodi, hoc in rerum genere, positaque, proximè specie, sit prorsus extra potestatem Antistitum diocætarum. Relinquitur tamen, vt vbi cessat horum diocætarum, in omni supra posita specie, auctoritas, ad tribunal pontificis summi, aulamque Romanam confugi queat, vbi, ad horum quidque, præsidium adfertur, hocque iure, vtimur nunc generaliter, in omni Christiano orbe, qui pontificio subest imperio, & peculiariter, maximèque in nostra Francia: itaque habentur quotidie, è Roma diplomata, Apostolica auctoritate ob signata, per quæ, nothi ad sacram ordinationem còsequutionemque beneficiorum omnis generis, Episcopatuum, Antistitorum, præfecturarum, aliarumque dignitatum, & ecclesiasticorum honorum in vniuersum, idonei natalibus, per Papam restitutis, attributaque ingenuitate, efficiuntur. Eaque diplomata pontificia modo sint plana, veraque & aperta, nunc sine dubitatione, quoque in Senatu nostratis Galliæ recipiuntur: neque vlli horum modo sit purum, putum, clarumque; & absolutum, fit vsipiã exclusio. sicque cadit, vt per ea omne genus nothorum & adulterinorum, viam, aditumque, habeat, ad adipiscenda sacerdotia, fanaque, omnis sacri generis, omnisque sacratæ dignitatis: quia tamen, super explicatione horum diplomatum, quæ sunt plerumque; nõ vera, at impetrata per Oratores, vel ex obreptione, vel ex obtrusa falsitate, Et potissimum super eorum interpretatione, coarctatione, vel dilatatione incidunt, magnæ, longæque controuersiæ, magnæque item ob varia rerum negotia, difficultates, hinc nunc nobis est locus excutiendus, explanandaque omnis materies, omnisque causa, breuiter quidem, & succincto claroque modo, obtentorum, hoc in genere diplomatum Pontificiorum, maximèque, ac imprimis, quatenus illa sint protendè-

da, vel intra quid circuncludenda. Igitur in excussione horum diplomatum Pontificiorum, quæ, nothis adferunt restitutionis natalitiæ gratiam, dantque aditum magnum, tum ad sacra, tum ad sacrorum sanctorum omnium, cuiusmodi sint, consequutionem, multa sunt quærenda, multa quidem examinanda, multa introspectenda. Atque id in primis, An ea, quæ est principis sacri, in Republica Christiana, summi, gratia, in hoc rerum tributa genere, est quidem interpretanda lato modo, propter quod, fauor principis prosequendus sit, atque accipiendus, summa cum liberalitate meraque, uti solidum integrumque sit ipsius beneficium. An porro, intra suos solum ea est, cõcludenda terminos, hisque & quidem coarctatis, constringenda: quia agitur item de odioso genere hominum, natoque haud civili, sed malo modo, gratioso efficiendo, atque in sacratam Rempublicam, adytaque sacratæ ouiaræ, intromittendo, qua in re publicus usus exigit, uti diligens fiat animaduersio, ne ominosis natalibus, atque inauspicatis, orti, si vi istorum diplomatum, temerè atque indiscriminatim inducatur in custodiam gregis, In gregem ipsum, aliquid etiam inferant inauspicatum & ominosum, tantumque; dent malum, ut postea serò, malo huic nequeat adferri salubris medicina: Eapropter Archidiaconus, post magnam Doctorum altercationem, conclusit, huiusmodi diplomata (coarctato admodum interpretans modo) eò usque duntaxat porrigi, ut restitutus per ea, natalibus nothus, & ad beneficium per hanc restitutoriam, papalem veniam designatus, idoneus quidem efficiatur, ad primum quod ei obuenturum est, recipiendum sacerdotium: non item ei liceat eo dimisso sacerdotio, ad aliud, vel permutationis nomine, vel alia quavis

a archidi. l. c. i. de filiis presby. in vi. cap. non potest. s. illud de prebend. in. vi.

ex causa istius Pontificij, restitutionis vi & auctoritate, postea adspirare, ^a sed illo primo sit contentus, maneatque intra cancellos simplices restitutionis. Nihil utique aliud affectet, memor conditionis suæ, atque primigenij turpis status. Hæc quidem censuit Archidiao-

nus, scilicet, Pontificios huiusce generis codicillos, suis circumscribens & aucupans verbis, nec alio quoquam protendens, quia forsitan videbat Reipublicæ interesse, ne promiscuè, omnis generis homines, in sacra ædiumque sacrarum administrationem, prætextu gratiarum, irrumperent. Ideoque sic præscripsit, ex sua opinione, notho, per Papam, natalibus restituto, vnum duntaxat primumque, quod ei, fors fortuna obtulerit, accipere fas esto beneficium, quo accepto, in eo, acquiescito, diploma suum, vterius ne promoueto, neque pro eo, aliud sibi adsciscere conator, nam si facit, nihil agit, quia absoluta & extincta est, in primo accepto beneficio diplomatis huiusce vis omnis. Alii prorsus contrà, in quæis est, Ioannes monachi, ^b qui istud Pontificium diploma, tanquam principis gratiã, liberali munificoque interpretatus modo, omnem coarctationem quæ fieri posset hoc in genere, planè respuit, hincque adstruit, nothum, vi suæ primæ gratiæ, non solum primum sanum, quod ei obiecerit bona causa, consequi posse, verum, & eo primo dimisso, aliud recipere, eiusdem quidem suæ gratiæ beneficio, idque ipsum vel commutationis nomine, vel ob aliam causam, ex genere canonicarum non prohiberi. Cui sententiæ adstipulatur etiam Ioannes Andrea. ^c Ad Archidiaconum tamen accessit Rota, illiusque opinionem, non semel suo sanciuit præiudicio, ^d Atque ita effectum est, ut huc, hoc est ad ipsum Archidiaconum, hac in decisione inclinarit frequentior Doctorum omnium calculus, [†] quia existimatur, id magis è pontificis esse mente, ipsiusque verba in diplomate restitutorio, eò magis propendere, Præterea videtur putaturque, coarctationem in isthoc rerum genere, ubi de extraordinario agitur præsidio, tributari gratiæ impensius placere, hocque iure vtimur crebrius. Porro hæc quæstio, aliam nobis parit, quæ ut clariùs constitutatur, hac facti specie, est breuiter illustranda. Nothus

^b Ioan. monachi, in d. ca. i.

^c Ioã. Andr. in nouell.

^d Rota decis. cccxxxix. in nonis titu. de fil. presbyt.

[†] Egid. de bella mera. decis. 7 § 6.

Feli. in cap. si. de treuga. & pace. l. l. diuortio. §. quod si in anno. ff. solu. matr.

obtēto restitutionis suæ diplomate, vi & auctoritate illius, sibi quæsiuit sacerdotium, hoc postea dimisso, ex permutationis causa, aliud recipit. Tum inscribitur ei lis, ob istud acceptum alterū, quia ei dicitur, (idque est modò decisum) in primo, quod accepit, sopitam & cōsummatam fuisse restitutoriam gratiā, nec ad istud alterum, quod secundo loco accepit sanum, protēdi potuisse. Nunc ergo quæritur, quid faciet hīc nothus, destitueturnè utroque, tum priore illo suo, quod temerè dedit, tum altero, quod accipere non potuit. Annè aliquo illi modo cōsuletur? Et quidem, post varias multorum disputationes, concursationēsque, tum scripto, tum verbo, quas hīc, quia non sunt necessarie, omitto, tandem suo in Senatuscōsulto dixit aliquando Rota, isti notho, ad primum suum sanum, quod pro asciscendo altero dimiserat, reditum utique dari. ° nam miser ille, qui suo confusus diplomate, humanè errauit, non est sua in miseria, infœliciter relinquendus, & quidem extat Rotæ illud Senatusconsultum, estque sanè pium, magna que innixum equitate: itaque huic adhærent, hac in facti specie, plerique omnes. Alter etiam, qui suum, notho, bona fide, ob permutationis causam, cesserat beneficium, illò nimirum restitui debet. Atque ita, horum quisque, in pristinum suum ius redire. An verò, eam in rem, exigatur noua erogatio, nouusque collationis titulus, quem sibi vterque, à suo ordinario Antistite, Pontificeuè summo, debeat petatum ire, quæstio est, quæ à nobis, alibi, disputata est, suaque in specie planè decisa, quare, hac de re, non opus est plura: hīc nunc annota, nothos omnis generis, hac in diplomatum discussione, harum disputationum, horumque scrupulorum, quo ad hanc rem, dimissionis priorum sanorum, & cōsequutionis aliorum, securos esse posse, Si modò habēt, sedulos, expertosque, Romana in aula procuratores, per quos ii suum expediant diploma. Nam curabunt, in diplomate, vel Pontificia scheda, adponendam solennem illam, quæ ferè ibi adponitur semper, permutationis clausulam, in hanc

scilicet

scilicet formulam concep tam, (Cum clausula permutandi latissimè extendenda,) vel aliis conscriptam verbis, tantundem significantibus, uti habet mos formulariorum.

Nam cum hac clausula poterunt nothi, diplomatarique omnes, dimisso primo, alterum quoddam per permutationem, vel alium canonicum modum, recipere.

Ea autem clausula, ferè semper datur, si dignus est orator, (vel ob sciētiam, & aliquod adeptum, in liberalibus artium disciplinarumque studiis, gradus insigne, vel ob parentum nobilitatem, vel aliam ob laudabilem causam) quem pontifex, fauore prosequatur, Itaque non vidi temerè vsquam hodie, schedam aut talis generis pontificium codicillum, designatum quidem & exaratum à cauto consulto que scripturario, vbi, non inesset quidpiam huiuscemodi, quod ad hanc referretur fauorabilem clausulam, qua existente, & in talibus schedis, apposita, cessat omnis isthæc in vtraque supraposita disputatione, controuersia.

Audiebatur tamen, sub initium pontificatus Pauli quarti, qui, cum hæc scribo, rerum potitur in ecclesia, hanc permutationis clausulam circuncisum iri, planeque sublatum, nec amplius in diplomatis istis aut codicillis, illi locum futurū: tamen in regulis cancellariæ quæ ab hoc pontifice emanarunt, nihil memini quicquam, hac de re, verbum esse factū, hoc est, de sublatione talium verborum in schedis pontificiis. Itaque apponitur hæc clausula, uti solebat, daturque etiamnum cuique oratori, quæ aliqua virtus, aliquodue doctrinæ specimen commendat.

Huc confertur alia quædam, in isthoc genere, disceptatio, insignis quidem, & in vtranque partem, non carens probabilitate, sic autem habet,

En nothus quidam, vel a papa, vel ab alio ordinario antistite, sibi per collationem aliamuè iustam & canonicam causam, sanum aliquod adsciuit, quæsiuit, illudque totū triennium, vel eò amplius possedit, quum tamen ab initio quæstionis sani, neque natalibus, per pontificem esset restitui-

tus, factusque idoneus consequendę sacrę ædi: neque item in diplomate pontificis, illius fani erogatorio, de hac domestica, & natalitia sorde sua, verbum vllum fecisset, at utroque, omnia illa tacitus dimisisset: accidit verò, consequente tempore, vt super eo fano sic quærito, ex eo quidem titulo, atque ex eadem causa, continenter per prædictum tempus, citra vllam controuersiam, possessio, nunc demum, lis illi inscribatur, Quæredum ergo hîc, an ex præscriptione, quę ex capite de pacificis possessoribus, emanat, se tutum præstare queat, factumque tectum, ab aduersarii dica, & controuerso negotio.

Et quidem Rota, dixit, suaque diffiniuit in sententia, præstari posse, suaque in possessione tanti scilicet temporis, tutum utique esse, ^a atque hac in parte planè securum: quid enim obstat, quo sit minus cum omnia adsint, quæ competunt huic capiti, huicque causæ, de pacificis possessoribus, in primis, bonitas (inquit) canonici tituli, qua maxime suffultus, in possessionem venit fani, non clam, non violento modo, non per latrocinium, furum aut prædatorum more: deinde adest, illi per legitimum præscriptionis, hac in re, tempus, continuata possessio, non intermissa, non accisa, non à quoquam vllò homine, per controuersiam vllam, hucusque interpellata.

Ergo iniquum planè esset, & inhumanum, hominem talem, qui per ostium, in ouariam est ingressus, immissus quidem eò, à magistratu legitimo, nempe à papa, qui immittendum suo diplomate iussit, aut alio ordinario, à præfule, sic miserè, & ignominiosè, post tempore rectè ductum gregem, extrudi, & ab ouilis ministerio deturbari, per causam, quod dicitur, eum, suam innatam, neque sua culpa contractam infamiam reticuisse, vel de ea non petiuisse, vt debebat, dispensatoriam veniam, Quid si erubuit hæc proloqui, propalamque effundere parentum turpitudinem?

Nonnè honesta, atque ad eò ingenua excusatio est deinde

^a gomefius
reg. de viâna
li possessore
quest. ii.

Christianus est, & clericorum ordini inscriptus, cæteroqui nihil aliud habens quod sciatur, vitij, aut prophanationis, neque in animo, neque in corpore, quod eum hinc deiiciat, Nam hoc quidem domesticæ sordis naturale malum, cuius ipse nullam causam sustinet, potuerit fanè ipsum, initio, ab adsequutione fani repellere, sed ab obtento, & tandiu legitime possessio nunc demum submouere, neque fas, neque æquitas sinunt. Et id quidem dicere, censeréque, atque pro corroboratione huiusce sententiæ, huc modo inducere, haud fanè absurdum est, ineptum falsum quum habeatur, per præscriptum vulgare, atque legitimum, Multa à principio, non fini, quæ tamen post facta, æquum est, vti tolerentur, suoque consistant in robore. Deinde, si appendantur verba capitis, quod est de pacificis possessoribus, perspicietur, ca planè, seu ducantur à regula cancellariæ, seu à iure concordatorum, pro notho, beneficii possessore, facere. Nam utroque loquitur Pontifex, in eo fanciendo capite, per dictionem (quicumque) cuius ea est natura, atque vis, vti generalem significationem referat, nulla exceptione, nisi eam nominatim expresserit post Pontifex, circumcludendam: ^b b ca. solite de maioritate et obedientia. ca. sciant cuncti ext. de elect. l. quicumque. C. de ser. fugi. ^c c Glo. cle. ii. de vi. & honeste. cleri. glo. cle. i. de iudiciis. Abbas cap. super de offi. dele. ^d d Glo. extra execrabilis de preben.

quin & summè alioqui semper, absolutéque accipiendam, & ea cõtinentem, quæ cæteroqui non caperet simplex constitutio, vel specialis, de aliqua re peculiari, speciatim, per legem, vel rogationem, vel etiam sanctionem foederis, cõcinnata, dispositio. ^e Ergo quum Põtifex, sic dixerit, (quicumque) homo, per spatium triennii, beneficium tranquille, possederit, & cætera) omnem utique complexus est, beneficii iustum possessorem, nempe eum quenuis, qui innixus aliqua canonica causa, vel etiam cuiuspiã colore tituli, modo nõ prorsus inanis suffultus, eò deuenit, nimirum voce, (quicumque) vultus, omnè enunciationem generaliter, vti est dictum, cõplectete, ^d nõ itè relata solú ad peculiaria. Igitur & nothos, huc quoque retulit idè põtifex, cõclufitque cõsequenter, cū alio genere hominum, sub beneficio huiusce capitis possessorum pacificorum, cū præsertim eos nulla postea lege, nulloque decreto

hinc nominatim exceperit, abarcueritque quod putandum est, factū fuisse, nisi eos, hac voluisset sanctionis gratia perfrui. Sic item in simili specie, simile quoque quidem aliud est constitutum, quo deciditur, nothum, tametsi virtute diplomatis Pontificii, quo & natalibus restituitur, & ad consequēda beneficia efficax fit, non queat alioqui dignitates, & prefecturas magnas consequi, posse tamen eum, eas tum demum consequi, atq; legitimè obtinere, Siquidē verba diplomatis habeant, uti ad quęcūque accipiēda beneficia sacra, idoneus reddatur, ^e quōd id ferat dictionis, (quicunque) vis & significatio, omnia quidem ad vnum vsque, cōprehendens, nihil porrò excludens, vel circūcidens. Et hęc quidem sunt, quibus Rota, partim suffulciuit, partim suum suffulcire potuit iudicium. possent & adferri quędam alia, quę omnia summa viderentur probabilitate inniti, summaque, tum æquitate, tum iustitia, quę tamē nequeūt profus obstare, quominus meliori firmiorique iudicio, in contrariam eatur sententiam, propter sequentes rationes, rataque & solida enthememata, quibus, & eleuantur superiores argumentationes, & nostra isthęc confirmatur sanciturque opinio, in primis, nothus veniens in possessionem fani, sine iusto diplomate natalium suorum restitutorio, illò, quidē venit, absq; vilo, vel bono, firmoq; vel etiā satis colorato titulo: propterea quōd naturaliter, ab omnibus saceris profus arcetur, nulliq; potiūdo fano, est idoneus. Porrò hoc caput, possessorum pacificorum, bonum in primis, vel aliquo colore obductum exigit titulum, ad hoc, ut vi sui, omnem possit submouere superuenientem controuersiam. At nothus iste, vtroque deficitur, vtpote destitutus fundamento, & consequenter haud capax beneficii: Ineptū autem esset dicere, vlla temporis præscriptione, hanc naturalem notam elui posse, atque ex non idoneo, idoneum ipsum cui natiua est macula effici. ^f Quando verò supradicebatur nothum hunc, neque violēter neque clandestinò, vtputa, per intrusionē, intrasse, in ouile domini, id quidem

e Rota deci.
ii. de filiis
presbytero-
rum in nouis
& deci. ii. de
offi. ord. in
anti. Io. de
Selua trac. be-
nef. in. iii.
quæst. i. part.

f cap. fi. de
conſue.

ateor, at, cum non minus arte mala, minusque improbāda, cō irrupisse quis neget? nempe per obreptionem, ac non expressam veritatē. At verebatur, motus ingenuo pudore, ne suam scilicet, & parentum infamiam retegeret, Id quidem non satis est,

Nam si eum sue pudebat intestine & domesticę infamię, tāto magis, vereri debebat, ne sua natiua illa infamia, quę absterſa non esset, pollueret templum dei.

At capitulum de pacificis possessoribus, habet dictionem (quicunque,) cuius vis quum generalis sit, generalem quoq; conceptionem enuntiat, dein, generalis illa enuntiatio, nulla in nothis, circūscripta est exceptione,

Nam cum sequens coarctatio, duo genera hominum, à beneficio legis pacificę, exceperit, scilicet violentos aut graſatores, tum & intrusos, vel clandestinos fures, nullum de aliis, verbum extulit, ergo alios omnes censetur admisisse, cuius etiam classis nempe admittendorum nothi esse possūt hac in posita specie, id quidem non sequitur,

Nam constat ex præscripta iuris vel regula, vel interpretatione, omne proloquium exceptorium, ad similes casus posse produci, propter equalitatem rationis, vel iuris analogiā quę vult, uti omnis dictio taxatiua, uti nunc loquimur, omnisque specialis enuntiatio, quę generale aliquod axioma, sua in specie diruit, similes quoque, & ad eandem causam relatas species, haud excludat, uti etiam huic rei adſtipulatur schola philosophorum, Alioqui, si ita, verba contextus, hęc, & alibi vsquam, vbi quid tale incidit, ancuparemur, uti à literę, aut enunciati, propria & grammatica significatione, nō esset vnquam recedēdum, induceremus vtique, passim multas ineptias, atque hęc, has præcipuas, nempe, eum, qui tonsu clericali, non esset insignitus, tum eum qui digamus fuisset, tum eum, qui nunc vxorius, tum etiam, qui prophanatus, ob aliquam insignem noxiam, receptitiumque crimen, quem hominem dicimus irregularem, inniti posse, hoc pacificę possessionis decreto, modò tranquillè, per triennium posse-

dd iij

g l. ob es. e. de
prædiis mino-
rum cap. cum
dilecta, de cō-
fir.

differet, tametsi dum titulum nactus est, irretitus esset aliquo, ex supra positis, vel impedimēto, vel crimine, ppter ea quod nullus horum, nominatim ab hac pacifica lege, sit exceptus, & sub dictione (quicumque) comprehendi queat, quod tamē quā absurdum sit, quis non videt? quis item nescit, nullū horum, hoc decreto iuuari, quia quum sunt collationem nati, ea prorsus erant indigni, vt pote, prophanati, & irregulares homines, & haud idonei ad exercendam functionem officii, idcirco, quę illis sit collatio eam nullam esse prorsus, nec vllō posse successu, vel interuallo temporis, conualescere: Itemque simili ratione, nothos huc esse referendos, ac tātundem de his iudicandum, quanquā & sub dictione (quicumque) queant comprehendi, ex regulis quidem grammaticorum, interpretationeque facta, ad sensum literę, & verborū, & eos nulla hinc nominatim exceperit lex pontificia, Nam ob causas supra positas, hæc literalis, vt ita dicam, interpretatio, vel potius aucupium, debet hinc facessere, cum vtique nec semper locum habeat, nempe vbi dissuadet ratio, & decifum alioqui sit exceptionem omnem, ad casus trahi similes: Præterea, quæ maior est prophanatio, vel irregularitas, quā hæc natalitia nota, quę vtī prophanos, suum crimen, suusq; obex alius malus, ita suos isthęc, adulterinos, à sacris arcet: Ergo nulli horum, utilis esse potest facta collatio, vt pote facta, prophanato, & irregulari homini, vnde sequitur, vt nullum adferre queat titulum, ne coloratum quidem, & si quem affert, is prorsus inanis est, Igitur sine fructu, quod attinet ad hanc pacificam causam, quę nisi colorato saltem suffulciatur titulo, filet prorsus, nec se vllō pacto quit promere: Præterea hæc natalitia nota, per se est tātī, vt satis esse queat, ad submouendam, hanc omnem pacificę possessionis gratiā quum præsertim, eam natalium maculam Moses, à sacris itidem suis planē abarcuerit, Sic inquit in Deuteronomio suo, ex præcepto dei, Non recipiatur filius scorti, neu admittatur, neu inducatur, ad tractanda sacra, capeffendamque religionis functionem, ne ad decimam quidem vsque genera-

tionem: scilicet verebatur prudens legislator, ne stirps adulterina, parentum redoleret incontinentiā, non secus, ac foetus radicis malæ, vitis imbuūtur germinis sui: Inde videmus quod hodie effectū, vt idem ipsum verentes quoque pontifices, quum nothum, natalibus restituunt, & ad beneficia designant, hanc in bullato diplomate adiiciunt admonitionem, quæ nothis, sit quędam veluti præcautio, in hæc scilicet verba, (modò nothus iste orator, parentum non imitetur incontinentiam,) Igitur ex supradictis concludere breui, Nothum, quantumuis canonico alioqui suffultustitulo, possessionem inierit sacerdotii, atque illud, continuum triennium, citra vllam controuersiā tenuerit, Non tamē iuuari admodū posse hoc, de quo agimus, possessionis pacificę decreto, nisi initio, quum ad illud venit sanum, natalibus esset legitime restitutus, atque ab hac parte, idoneus effectus, ad consequendum sacra, tum sacrorum sanorū possessiones, & ministeria.^h h rebuffi. tit. de pacificis poss. Sed quid censendum, in alio proponendo controuersæ speciei genere, quod in hanc quoque nothorum classem adfertur, hinc enim disputatur multifariam, ob multiplicem, variāque negotiorum syluam, quæ passim, hac in causa, enascitur. Ergo, ad propositum, Quidam nothus, obtenta à suo dioecese te episcopo, natalium venia, & per eam, designatus ad participandum sacra sana, illius vi effecit, vtī canonicatum sodalium, iusq; præbendæ sportulæ, vel annonę, in quadam cathedrali ecclesia, consequeretur: Accidit postea, vtī super eo acquisito iure, à quodam altero impeteretur, eo quod is quidam alter, eum diceret adsequēdo tali sacro muneri, haudquaquā idoneū, propter causam nataliū adulterinorū, qui natales, eum prorsus arcerēt ab ecclesiasticis honoribus: ecclesiasticorū porrò honorū, canonicatū esse, vel iter præcipuos & quod, non liceret aspirare, nisi ei, qui integer esset tum corpore, tum etiam, (quatenus fert humana imbecillitas) & mēte purus, & ornatus animo, At contrā nothus se diceret, ea natalitia labe restitutum, effectum que iā pridē capacē sacrorū munerū, quęritur ergo, vtra horū causa, sit potior: Archidiaconus stat quidem pro notho, putatque nihil obflare,

quominus ille, suo in præbendæ, & fodalitii canonicatus iure, omni ex parte, queat esse tutus, nisi aliud impedimentum aliaque impedimenti causa adferatur, Nam quod attinet ad natales, illi satis, hac in parte, cauit dicecetes Antistes suos, qui & natalium illi, & consequendi beneficii talis fecit veniam: quin verò, id facere potuerit, dicecetes episcopus, per suam autoritatem ordinariam, nothoq; ad consequendum canonicatum facere gratiam, id sibi dubium non videri, nam quum planum sit, ne controuersum quidem, licere dicecete, nothis speciatim indulgere, vti inferri possint ordini clericorum, non obstante labe illa primigenia, constet autem, hosce canonicatus ab hominibus simplici tonso insignitis, vt cum plurimum, haberi posse, quid aliud vtiq; in notho, cui donatus est, & legitime quidem, à suo dicecete clericali character, quod ad hanc attinet rem exigendum? & hæc quidem adiungenda est ratio, Archidiaconi, qui hac in specie, stat pro notho, sententię. Ex aduersò, contra nothum, Ioannes monachi cõfuit, suęque causam duxit ab episcopali impotentia, aiens, episcopum nihil, hoc in genere, nothis posse attribuere, per hanc, quam adfert ratiocinationem, in hanc sententiam, Certum est nothum, per episcopum, non posse, vsque adeò natalibus restitui, vti curiale fanum, parocialeque ecclesiã consequi queat, quia id supra episcopalem potestatem est, nimirum, ob magnitudinem, functionemque momentosam sacerdotii: Atqui, curiali fano, & deque parociali, excellentior rem constat esse, multoque maioris honoris, maiorisque rei & dignitatis, canonicatum in aliqua magna æde, cathedralique ecclesia fodalitium: Igitur, si quod minus est, nequit tribuere, episcopus, relinquitur planè vt quod in eodem genere censetur maius, nequeat item erogare: per præscriptum iuris commune, quo id sancitur, nempe, Cui non licet minus non licere vtiq; quod in eadem specie, maius est: Probatur verò, quod hinc est assumptum, hoc potissimum argumento quod videamus, canonicatui sæpe annexum esse templum, parociale

i archid. cap. i. de fil. præby. in vi. calder. concil. i. de fil. præby

lz ioan. mo. nac. c. i. de filiis præbyr. in vi.

ldic. cap. i. de fil. præby. in vi.

parociale, ab eoque dependere, ac esse veluti consecrariū. Nunquam autem accidit, vt contrarium fiat, scilicet, fano parociali vti insit canonicatus. Porro omnis appendix, sua re principali semper est inferior, minusque habens dignitatis, & muneris. Huc accedit, quod receptum est, canonicatū omnis magnæ ædis, cathedralisque templi, præcipuo semper iure censerī, ideoque peculiarem notam, specialemque designationem exigere, hinc fieri, vti in omni consignata publica auctoritate, edicto, sanctione, vel alio quopiam, in eo genere edictionum, prouisionūque politicarum, quod referatur, ad templa omnia, fana, sacella alicuius vel dicecensis, vel ciuitatis, non tamen in ea designata auctoritate, existimetur comprehensa illius dicecensis vel ciuitatis ædes magna, tanquam ea sit quiddam maius, quiddamq; excelsius, vnde præcipuo iure, peculiarique expressione censerī debeat. Ex quo itidem fieri, (vti equalitas postulat rationis) vt etiam si notho, episcopus per restitutoriam veniam, generaliter aditum daret ad beneficia, non tamē, eo in aditu, canonicatus ædis magnæ, notho illi quiret patere, Atque in eam Ioannis monachi sententiã, iuit Rota, nothumque, per episcopum duntaxat restitutum, & ad beneficium sacrum designatum, ab asscutione canonicatus magnæ ædis exclusit, propter excellentiam dignitatemque sacerdotii, quod scilicet super alium simplicem omnem ordinem clericorū, isthęc canonicatus functio emineat, quum in omni ecclesiastica ciuitatis, sacræque œconomix corpore, canonici fodales, sint velut pars, membrumque præcipuum corporis, potestates verò, tanquam caput summum, Verum enim, hac in magna horum vtriusque disceptatione, interuenit Ioannes André, vtque more suo, dissidentes conciliat: negotium omne, quadam nescio qua, temperat distinctione, hunc in modum, aut huic (inquit) notho, episcopus dicecetes, viam fecit, per legitimæ ingenuitatis restitutionem, ad sacrum fanum, ecclesiasticumque beneficium, nullo addito alio, nec expresso, nec explicato, & tum non dubitandum, quin hæc

m cap. extirpandæ quia vero. ext. de prebe.

n ca. quanuis de preb. in vi

o. ror. dist. cxxxvi. in no uis tit. de fil. presbi.

p ca. requisiti. de rest. canonit. & cap. quanto de his quæ fil. a præla. q. ioan. and. add. ad specula. tit. de fi. presbi.

venia, sic generaliter concinnata, eum, ad canonicatum ædis magnæ, prouehere non queat, in eoque constitui, Ioannis monachi sententiam, Aut verò venia illa episcopalis restitutoria, canonicatum magni templi nominatim etiam explicat, & designat, & in eum casum, non esse item ambigendum quin iuxta diploma illud episcopale, notho, eo modo restituito, ad canonicatum via aperiatur, Nam ineptum utique esset, de auctoritate, hac in re, episcopi dubitare, quem constat sicuti est dictum, caput esse, principemque canonicorum, ac reliqui, sua in dioecesi, sacri ordinis clericorum, qui clerici simplices, neque participes sunt, neque consortes, episcopis in ministerio, id quod tamen sunt alii sacerdotes, & qui accurrant animos, ac parœcialia templa: hæc quidem ita ab istis postremis disputantur. An vero id magna cum causa, e quidem non video, qui perspiciam, clarè que noscam, rem omnem esse citra vllam distinctionis appendicem, pontificio responso liquidè decidam, Quum ait ipse, episcopis, nothorum gregi, licere per restitutionem natalitiam, ad ea fana, iter pandere, quibus in fanis, non inest animorum curatio: quo in genere, quis non conspicit, esse canonicatus omnes, cuiusvis ædis quantumuis magnæ, idque à propria natura, primigeniaque, ipsorum, & natia institutione, quod si secus obseruatur, id quidem fieri, per aliud quidpiam aduentitium, & extrinsecus obiectum, ad quod sanè, in sancienda regula generali, vel ponendo quopiam axiomate vniuersali, nūquam attenditur, nūquāque eò respectus habetur. Ergo probanda in vniuersum, hoc in posito, præsentis speciei exemplo, Archidiaconi sententia: cui etiam accedit, magnā quædam pars doctorum nostratium, censetque, nihil impedire, quin episcopus, possit nothis, hoc in rerum genere & canonicatum adsequutione, liberè, cum tribuenda ipsis natalium restitutione gratificari, Nam tametsi in sit huiusmodi beneficio, hō nos magnus, in specie quidem humanarum magnificentiarum, non tamen communi vulgatoque more iunctum habet animarum onus, ideo, quum non tanti polleat, quanti

q dic . cap. i.
de filiis pref
byt. in vi,

r cap . super
eo de presbē

foldra. conc
ccxv. gemini
dic. c. 1.

parœciale fanum, quia, quæ animū propiùs respiciunt, (vt pote ré immortalè,) cuius alii rei, functionique, lōge præstāt Non est consequenter, de vno ad alterum, cœu in pari causa, aut argumento, de negato minori, ad maius quoque denegandum constructo, bona quidem rataque aut firma ratiocinatio, qualis supra contra nothum, hac in specie adferebatur. Huc accedit, atque maximè pertinet, quod omne genus dispensatiuæ gratiæ, tametsi reponatur in genere angustorum, & quodā modo inuisorū, quod ordinariū præscriptum cōuellat, tamen cum aliis detrimentum non adfert, sicuti hīc, (vbi ab initio, noxium est nemini, salutare porrò atque vtile ipsi, cui est tributum,) non est tum sanè, ita admodum coarctandum, quinimo, ad equas causas omnes, & producendū & quadā cum analogica ratione pertrahendū, nam, & illius vi, nothi, in familiam sacri cleri aggregantur, & citra vllius iniuriā, incommodumque, ad capeffenda simplicia, ædis magnæ munia, accersuntur, vbi, magno esse possunt sæpe vsui, prodesseque sacre Reipublice: quo quid melius, atque dignius potest contingere? contrā quid magis iniurium, quā illis, ædis portam claudi, ad quam, præcipuus ædis præfectus eos censuit intromittēdos, eumque ad finem, quod illis obstabat impedimentum naturale, remouit? Et sanè quidem, in re omni, gratiam, est equum, iniuriæ præferri, quo circa, cum Archidiacono, vti modo est dictum, in ista positione, planè sentio. Sed ecce, nunc aliud tibi suboritur certamen, hoc in negotio, quod, quia crebrum est, & ancipitis plerumque iudicii, ideò opus est excusso, explicatoque, præsertim cū pertineat ad diplomatis pontificii horum generum excussionē aliam, explicationemque, de quo, item mihi, initio, propositum fuit dicere, Nam hisce in diplomatis, pleraque ponuntur, scilicet ob ignorantiam scripturariorum, quæ poni non admodum erat necesse, & rursus pleraque omittuntur, quæ omissa valde officiant, dantque postmodum magnas turbas, idque accidit, ab auaritia fermè horum formulariorum

romane aulae, in quos, eo nomine, nō semel à magnis, probatisq; auctoribus est inuectū, sicuti videre est in hocce quod ponetur exemplo, vbi omisio, isthac natalium, de qua nunc agitur, vti illa ne planè noceat, neuè omnino opus habeat maiori, vbi que peculiariorique expressione, id quidem in aula romana, magno auro, ab illustri genere ortis nothis, redimitur: Ad rem venio, exemplumque pono, Quidā homo, conditione nothus, restituto, per pontificium diploma, legitimo natali, designatur, per idē diploma, ad duo triaue, prout ipsius meretur virtus, aut alia præclaræ rei commendatio, ad sequenda, retinendaque cuiusvis generis, quod attinet, ad ali quod horum, atque ordinis, fana, quæ quidem fana, bona illi fors, per canonicam causam post obiecerit: Nunc quærendum in specie nostra, an nothus iste, in adsequutione cuiusvis horum fanorum, necesse habet, in erogationis impetrationisq; ea de re, pontificiis codicillis, de sua natali restitutione, deque restitutionis specie, & qualitatis diffinitione, nominatim, explicatèque mentionem facere? Et sanè multi putauere, omnino illi necesse esse, suamque illam adulterinæ, cōditionis notam, debere vbi que ipsum, in diplomatis omnibus pontificiis, propalam facere, idque diffinitè, atque explicatè, scilicet, vel de sacerdote, monachouè, aut de homine cum alia iusta vxore iugato, aut de coelibe, aut porrò de moniali, vel alia puella, quæ vel nupserit, vel coniugii sit experta prout res tulerit, se genitum profiteri: ni faciat, omne diploma, quodcunque extulerit, isthoc in genere dilapsū iri, planèque quatefactum atque subuersum, quia id ex mente est (inquiunt isti) pontificum, vt per hanc vbi que explicandā notam, admonentur ecclesiastici, continentiar, tum & proles ista, quæ fanis ornatur, meminerit, à parentum malis moribus esse recedendum, sitque ipsi isthec sua nota, passim explicata, quædam veluti castigatio, atque iusta animaduersionis, quod vt fiat, publici exempli valde interesse, vnde haud dubiè diffiniunt, hac in re, semper explicato opus esse, vel cõditionis suspitione periclitatum iri.

Quod verò ad me attinet, Ego neque ab istis in totum discedo, neque item planè illorum sententiæ ad stipulor, verū, negotium distingo bipartitò, Dicoque, pro priora parte, Si quidem agitur de diplomate, fani alicuius impetratorio, p notho, per alterum quoddam diploma Pontificium, iam antè, legitimo facto, capaceque beneficiorum, tum, sanè, nihil opus esse, hoc in secundo diplomate, quantumuis à Pótifice summo, ductum habente, de illa prima natalium restitutione, deque adulterina nota, odiose verba facere, quia iste secundus Pontificius codicillus, quo, à notho impetratum est fanum, nihil est aliud, quàm quædam prioris diplomatis natalium restitutionis exequutio, & ad effectū, finemque perductio. Cū igitur notho, per primum diploma, sit planè impertitum ius natalitæ restitutionis, factaque ad adeptionem téplorum dispensatiua gratia, quid attinet iterum, eandem rem inutiliter inculcare? cuius iam antè adsequutus est amplam veniam, & ad id, quod post, re ipsa obtinuit, Pontificiam prærogationē, tributionemque legitimi iuris: id certè ineptum esset, Pontificisque auribus obstrepens, & sese ipsum, veluti ex professo, & affectatè dedecorans. Alioqui si reciperetur superior istorum opinio, vide, quæ nugæ sequerentur, quantumque superuacanea & inanis negotii, exaggeratio. Ecce nothus, diploma Pótificium obtinuit, quo, & restituti sunt illi natales, & passus aditus ad sacra, sacrorumque ordinum, & fanorum adeptionem, denique absterfa omnis, idque diffinitè & explicatè naturalis macula, postea, dum beneficium, vel ordines adsequitur, eandem maculam, maculæque restitutionem scienter consultoque iterat, & eandem restitutionem rursus per hunc alterum impetratorium codicillum, à sciente Pótifice, vel alio, ad id idoneo Antistite, obiter elicit: Nonne quod hinc secundo obtinuit, videlicet in suo beneficii impetratorio, vel ordinum tributorio diplomate, tacita quædam est, atque frustra iterata dispensatio? quasi prior, quæ explicata erat, amplaque, & expressis diffinitisque verbis, concinnata, non sa-

t L. quidam
cōsulebār. ff.
de re, iudic. l.
seruus de bo
nor. poss. l.
bonorum. c.
qui admitt. l.
imperiales. s.
l. de nupti

COMMENT. PONTIF.

tis fuisse videretur, nec habuisse, ad id quod querebatur abundè tum virtutis, tum efficaciam, cum tamen ab eodem Pontifice, vel æquè, hac in re, pollète suo in tributionis genere, Antistite, emanasset, quo, quid ridiculum magis, magisque absurdum? ac etiam frustra magis factum? vitanda sunt autem, atque abhorrenda cum vbiq; tum in ista maximè diplomatū sacrorum adsequutione, omnia isthæc inania quidem, & incassum repetita iterationum genera, que & Papæ, & Antistiti cuius, adferunt tedium. Itémque sunt omni lectori, exequutori que, cū fastidio magno, tum etiam ludibrio. Nam bene curata semel plaga, in isthoc rei, exemplique modo, sicuti est dictum, non recrudescit: mitto quod receptum planè est, neminè de eadè re, duplici scheda, signaturæ Pontificia, nec duplici item diplomate, vti debere: vteretur autem proculdubiò, tacitè quidem, & quadam cõsequenti ratione, si in secundo Pontificio codicillo, restitutionem suam inaniter, infereret: atque ita, si nõ quidè aperte, occultè tamen, & obliqua via, eluderet receptum hunc & obseruatum, in hisce diplomatis, vbiq; morem.

At verò (quæ posterior est pars, supraposita mihi distinctionis) si pontificium diploma, obtentum secundo loco, non tendit directò atque omni ex parte, ad exequutionè diplomatis prioris: at habet additamētum varii finis, respicitque ad diuersa quædam alia negotiorum genera, vtpote, quum primum super natalium restitutione impertitum esset, hoc nunc alterum, dispensatiuam veniam dat, consequendi plura fana, eaque sese inuicem collidentia, quod quidem censeferi non potest ad exequutionem, efficaciamque prioris, esse tributū: quia ergo ad alia, vti videri potest, istud alterum diploma planè spectat, tum quidem fatendum est, necessarium esse, hoc in secundo diplomate, plurium fanorum attributio, prioris natalium restitutionis, priorisque diplomatis (ad cuius exequutionem & effectum, non est nominatim datum hoc alterū) clarè quidè & explicatè, tum in suo ortu genere, tum in sua item specie, & qualitate, mentionè

fieri. Alioqui, atque in anteposito exemplo, superuacuam planè videri, nihilque profuturam, huiuscemodi rei, odiosam repetitionem: * Aduerte tamen, atque annota, formulariorum Romanæ aulæ vsum esse, hanc notā, eiusque speciem in omnibus Pontificiis diplomatis, si quidem de hac, certiores sunt facti, attexere, quin dicere, absque illius expressione, atque explicata diffinitione, non valiturum in vniuersum diploma: hinc fieri, vti diximus, vt nothi illustris generis, vel alicuius præclaræ commendationis, qui ad multa magnaque, & opima aspirant sacerdotia, soleant omnem hanc natalium iustam omisionem, ab aula Romana redimere, per diploma, eam ad rem nominatim concinnatum, quod quidem diploma, non minoris, centum cameræ ducatorū representatione, suo stat impetratori. Id porrò faciunt, persuasi, his, quas modò diximus, vocibus scripturariorum: & tamen, si quodammodo ad omnem euitādā controuersiam necesse non putaretur, non tantum, puto, in id impenderetur nummorum. Sed ego, quum supradicta pono, de vfu loquor, & non de abusu aulicorum & pragmaticorum: atque æquitate & iustitia, axioma illud meum, colligo, firmoque, morem vti que formulariorum, & cohortis cancellariæ, vti cuique visum fuerit, obseruandum relinquens. Enimverò proposueram quidem, dixeram que initio, differētiam excussurum perscripturumque me, quæ in omni hac nothorū causa, inter ius civile inest, iusque Pontificium, interque parentes aut addictos sacris, aut nullo iugo colligatos, sed planè solutos: Inest autem profectò multa atque varia, maximè quod attinet, ad succedendum in nonnullam bonorum partem, quæ vel sacra, vel prophana fuerit parentum defunctorū, ad petēda item alimēta, vt expertes rerum patriarum penitus ne sint, coganturque miserabilem in modum stipem ostiatim corrogare, aut alio infœlici modo victum sibi parare: quod quàm ab humanitate Christianaque pietate sit alienum, viderint ipsi, qui eos genuere parentes, quos non pudet, prolem, quam illicitè

v Latè bal.
in rubr. de
contra. emp.
quest. xii.

x cap. ii. de
fil. presb. in
vi. oldrad.
concl. ccxv.

procrearint, ipsam sepe omni ope destitutam inhumaniter relinquere, atque desertam inopemque, & omnium rerum egenam, misericordie cognatorum, affinium, nouercarum, subiicere: qui omnes quam parum hos curent, tractentque item duriter, immisericorditerque, atque etiam illiberaliter nos admonet quotidianorum exemplorum causa, que ideo huc attuli, quod hoc poscebat, mea instituti huiusce libratio, qui subinde, si quando in locum incurro, qui, ob abusum sui, in actionibus humanis, admonitionem mereat, in eam libenter christianèque, pro uirium modulo, atque negotiatiuncula mihi concrediti talenti diuerto: atque utinam corruptos multis in rebus mores, liceret emendare, facerè id quidem libentiùs, attamen quicquid est huiusce rei, & similiùm, relinquamus demum in summa prouidentia atque curatia domini, qui plus scit, quid facto opus est, & quibus indigeamus: nunc ad rem redeatur, In hac igitur tota diuidicanda còtrouersia, quæstionis huiusce nothorum, id vnum in primis habetor axioma, quod iam a me vel positum est in contextu superioris materiæ, vel ut poneretur, cogitatum, in hanc utique sententiam.

Ab omni sacra parentum possessione, cuiuscunque illa sit generis, ab omnibus sacratis bonis, quæ in patrum parte fuere, omnis nothorum soboles per ius pontificium penitus excluditor, hoc est, & nothi omnes liberi, & qui ab illis nascuntur hinc abarcentor, turpe namque visum est prolem haud legitimam, in quacunq; præfectura sacra quam parens obtinuerit, atque in cuiusuis generis sacerdotio, reue sacrata posse sedem còstituire, functionisque sacerdotalis, pro præfecto ibi, administroque fungii officio.

Itaque adeo id uerum censent, ut etiam pontificium diploma, per quod in gratiam quorundam peculiaremque fauorem, istius legis sit facta solutio, multi planè reiciant, dicantque omni iure cassum esse debere, quod tamen quæstionis caput, equidè hinc fufius nec excutio, nec prosequor, quod sciam omne id genus diplomatum, quæ eam in rationè pro
nothi

nothis impetratur, diligentissimè à doctoribus huiusce ætatis explicatum fuisse sua in praxi beneficiorum, atque totum ex cussum & explanatum negotium, à quibus & notæ omnes recensentur, ad quarum notarum regulam indicemque, exploranda sint omnia diplomata, ^b quæ in isthoc rerum genere, romana in aula expediuntur, quare illos studiosus lector videto, mihi sat fuerit hinc te pro tempore proque cursu subiectæ materiæ de eo admonuisse.

^b vide d. rebus. in praxi. beneficiorum.

Quod verò attinet ad aliud genus prophanorum bonorum Nam de civili honore, munere, dignitate, quid hisce in nothis, statuerit distinxeritque lex civilis, dicendi fufius tempus non habeo, sed tamen quod attinet, ad paterna bona, utpote civiles hereditates, supellectilem substantiam, pecuniãq; & familiam, quæ patres vel testatò vel intestatò defuncti possedere, breuiter quoad ius omne succedendi, vel capiendi quidpiam, ex eis quæ parentes, dum vixere, hoc in genere habuerunt: quid hac in re sciuerit, quidue statuerit civilis lex, quæstio certè est multiplicis distinctionis, tum per ius ipsum allatæ, tum per iuris item interpretes, & repetitæ & amplioribus etiam verbis, dum nituntur rem omnem conciliare, atque claro axiomate concludere, exagitatæ.

Nam adferunt huc multiplex genus & nothorum, & naturalium duntaxat liberorum, spuriorum ex incestoque concubitu natorum, atque unicuique horum, pro sua natura suam peculiariter legem sanctionemque attribuunt.

Quosdam horum in totum excludunt, alios admittunt quidem, verum in quandam portiunculam, pro genere reatorumque, tum & parentum, qui, quæue eos, & genere & peperere.

(Rem sanè immensam atque positam in inuolucro multarum rerum, & decisionum, haud satis explicatarum!)

Quin & adferuntur huc quoque leges municipales, ius mos, atque consuetudines prouinciarum & regionum quarum vnaquæque pro more rituque gentis suæ, sua item habet, hanc in rem, peculiaria constituta, ut artis cancellis

præscribi certis que finibus terminari istiusmodi ius omne, haud sanè sit facile, quâ tumuis in id maximè nitatur nostrates glossatores, & perscriptores consuetudinû, ad quos, scilicet, lector ito, Ego enim vltèrius hîc me nô implico, remque toties & à tam multis, tamq; copiosè enarratâ, non excutiam verbosius, fuerit mihi abundè ostendisse loca vnde cuiq; licet talia isthęc omnia, affatim desumere, atq; perspicere quam ratione, omni isti stirpi, satu cõceptu que editæ adulterino, in adsequutiõne nõnullorû bonorû, atq; etiâ amplificatione fortunarû, pro sua, cuiq;, ortus conditione, caueri, atq; ipsis, à parçtibus, qui voluerint humanitatis naturęq; nõ deesse officio, prospici queat. Tum & cõtrâ cernere, quot item modis illa ipsa eadè stirps naturalis quidem, at nõ iusta, nec ciuilis, veluti subdita soboles & exposititia, ad ludibriû piiciatur, & fortunæ, & casuû futurorû, quâ exortem faciat tum iuris communis summa lex, tum morum & cõsuetudinum obseruata præscriptio: Sed manum de tabula, adest interpellator, si quæ hîc restant, dum vacabit, absoluentur perpendenturque etiam accuratiùs, quę iam posita sunt suprâ, isthoc in capite.

Titul. 14.

DE RESIGNATORIA BENEFICIORUM EIURATIONE IN VNIUERSUM.

Cap. 14.

IN resignatoria eiuratione sacerdotiorum, necessaria est, iure moręque cõmuni potestatis maioris autoritas, ^a quę consensu suo, atque approbatione, abdicatiõnem illam cõfirmet sanciatuè: nam cùm clericus sacrataque persona, venit in possessionem cuiuspiam fani, curamque illius suscipit, haud dubiè se fano illi planè deuincit alligatque, ^b hoc est, procuratiõni illius, ac omnium rerû quæ cum illo sunt coniunctæ, firma astrictus obligatione, in omne tempus se

^a ca. admo-
net ca. fi. de
renuntia. ca.
denique. vi.
quæst. iiii. ca.
Abbas. xviii.
quæst. ii.
^b Ca. nisi
vers. verû de
renuntis.

addicit: qua quidem obligatione, nexuque, eximi non potest, venia à superiore Antistite non impetrata. ^c Itaque vt generaliter loquar, Qui homo ex sacro clero, muneri, præfecturæ, sacerdotio, aut cuius diuino ministerio sese ecclesiasticæ functionis ergo, & obeundi sacrati muneris, ordinisue gratia implicuit, cura semel suscepta defungi ei non licet, citrà maioris magistratus autoritatem, consecutamque ab eodem id agendi licentiam: qua data, eiuratoque sacerdotio, aut munere eo cesso, statim eiurans ipse & cedens priuatur: ^d nam à possessore suo tunc verè censetur vacare sanum, & ab administro ministerium, cùm vtrumque eiuratum est, vel renuntiatum, & Antistes superior eam eiurationem resignationemque ratam fecit.

^c L. fi. de of-
fi. præf. ca.
non oportet.

^d Ca. super
hoc. & ca. ex
trâmissa de
renuntia. ca.
quâ periculo
sum. vii. quæ
stio. i.

Porro eiusce eiurationis seu resignationis, duæ imprimis numerantur species, Quarum prima fit verbis apertè nominatimque cõceptis, quam expressam dicunt. Altera est, quæ latenter & occulta quadam iuris interpretatione peragitur, Quam ea de causa tacitam etiam nominant, quod in ea non requiratur resignantis manifesta declaratio, qua significet oratione apertis verbis enuntiata, sacerdotium aut munus apud superiorem Antistitem deponere, sed à sola occulta vi, quæ inest iuri, initium ducit, roburque accipit ac firmamentum. ^e Prior in duas species seu maus dicere partes, rursus dispertitur, quarum vna dicitur à nostris Iurisperitis, pura, simplèxque, nam per eam simpliciter purèque eiuratur beneficium. Altera conditionem recipit, ob idque conditiõnalis appellatur, de quibus omnibus, in continuatione contextuque sermonis sigillatim differemus, suo quidque ordine disponentes.

^e Ca. de mu-
ta. ext. de
preb. cle. gra-
tiæ de re-
scrip. cle. si
plures de re-
scrip. in cle.

Igitur ad rem,

Sacrorum quidem Canonum vetus constitutio, abdicatiõnes beneficiorum, quę fiunt in gratiâ vsumuè certi hominis nominatim dicti, accitiuè, ab eo, qui se sacro magistratu sacerdotiouè spõte abdicat, adeò semper auersata est, vt impietatis labifue Simoniacæ, ac vt loquar apertiùs, scelestę &

facrilegæ nūdinatiōis, eas infimularet, priuarétq; oprato sine eos, qui his rationibus ad huiusmodi sacerdotia vocantur, prouidens suo modo, vt hæ effectu planè carerent, in irritum uè, omni ex parte caderent: ^f nec mirum, functiones enim rerum sacrarum, dignitatum, & magistratuuum, curæ alicuius hominis demandādæ, omnem prorsus conuentionem, pactionemque respuunt, ^g ob idque contractus omnes (sicuti vocant innominatos) ab eiusmodi eiurationibus seu renuntiationibus procul abesse, maiores illi nostri, qui rem sacram procurarunt, constituerunt: ^h hinc sancitum est, eum, qui quēuis alterum, in locum suum cooptat, traditque illi per manus, munus, vel sacerdotium, idque nominatim adiecta in cessione (sicuti disertè fit) peruulgata illa clausula, (in fauorem, non aliter nec aliàs,) sese veluti simoniæ omnino tum alligare, ⁱ Id autem ego à principio verum fuisse vtique annuo, vbi apposita erat oratio, quæ quādam veluti manifestam pactionem in ea faciendā, consignādaque resignatione redoleret, nempe si sit veluti ex pacto dictum, aut tale quidquam quod eodem referretur, scilicet vti ea cessio, resignatione, nō alio modo sit vim habitura, nec in alium finem facta censeatur, nisi, vt fanum, aut beneficiū, quod eiuratur, illi vni certo homini, qui proferatur ab eiurante possidendum tradatur, omnibus aliis præcisè denegatum: quasi verò ex contractu id ab initio fuisset agitatum. At si, (vt agatur res exemplo) proponitur in medio quiuis homo, qui non quidem ex pacto, sed solūm sacerdotio quod habet, velit sponte ac syncerè, cuidam alteri cedere, quem scit huic gerēdo muneri valde idoneum, eaque de causa, eum sibi quodammodo deligit in ministerio successorem, Cēsebitur ne ille, nundinarium commercium exercere? si ab alio ritè, maioris & sublimioris potestatis homine, id agendi ius petat, prærogétque vt sibi fiat, munus quod gerit exuere, sacerdotiumque apud superius tribunal deponere, suppliciter orans, vti sacerdotium quidè illud, quo se ipse vltro abdicat, ei conferatur, cui illud

f ca. si. ex. de
pac. ca. cū in-
ter ext. de
elect.

g ca. super
de transact.

h dic. ca. cū
inter & dic.
ca. super eo.

i ca. ordina-
tiones, & ca.
sunt nōnulli
i. quæst. i.

ipse perlubèter vult cessum, ego certè in hac ipsa, quæ proponitur specie, vtrumque horum, videlicet cedentem, & eum cui ceditur, simul & superiorem, ab omni crimine simoniæ libero, ^k liberādumque censeo, etiam si istorum hominum alter alteri sit sanguine propinquitate uè cōiūctus. ^l Verumenimuerò, quia sacratis legibus sanctissimisque canonibus, seuerè admodū, atque grauitèr prouisum est, omnique via cautum, quò tales sacerdotiorum eiurationes, cessiones uè, sine pactionibus vllis emitterentur: ^m consequens fuit, eum, qui iure suo, siue perpetuo, siue translatitio, beneficia ecclesiastica conferre potest, quales sunt ii, quos dicimus collatores ordinarios, aut summi pontificis legatos de latere, nihil quicquā aduersus illam veterem iuris sanctionem facere posse, hoc est, eiusmodi cessiones, à beneficiariis factas, adiecta conditione vlla, ne alteri scilicet conferrentur, ratas habere. ⁿ Quoniam ita factæ cessiones, pactiones quodammodo censentur esse, quæ, cum natura resignationum cessionum uè omninò pugnent, nam omnis sacerdotiorum resignatio, eorundemque donatio, aut collatio, gratuita, planèque munifica, esse debet, & à libera volūtate manare, tum eiurantis, tum & illius, qui eiuratum beneficium confert in alterum, nec vlla ante capta conuentione, siue directa, siue trasuersa, & tacita, vllò quidè pacto adstringi, aut occupari. Cū igitur ii, quos nunc protulimus, id præstare ob positas causas minimè queant, ideo, quoties res illa vsu venit, toties ad Romanum pontificem, est confugiendum, Is siquidem, cuius arbitriumque rerum ecclesiasticarū permissum est, ^o potest pro suo arbitrio, suaque supra tales leges omnis humanas potentia, preces eiurantium, etiam si conditiones, modos, vel expressas hæc pactiones contineant, admittere, his assentiri, legibus uè, in ea re homines soluere, ac dum eas ratas facit, vtrumque supplicantem, hoc est, tam eum, qui cedit, quam eum, cui ea sit cessio, impuritatis simoniæ pro iure suo summo, si qua, illius impuritatis simoniæ ea in re subest, ob talem conditionem suspicio, absoluit, id quod.

lz ca. cxxiii.
& xlvi. que
sito i. glo. ca.
quibusdam
& ca. questio
i. molineus
reg. cancella
de infir. resi,
nu. lxxiii.
l ca. tua de si
monia glo.
cap. moises
viii. questio. p.
m ca. cum pri
dem ca. si. de
par. ex. ca. ex
parte de offi.
delega. ca. di
lecto de pre.
n glo. & pa.
ca. ex part. de
offi. delega.

o ca. propo-
suit de cone.
preben.

haud dubiè facere potest, nã vetatio illa, quę omnẽ cõditionẽ, in eiusmodi resignatoris eiurationibus reicit, est veteri iure Põtificio, seu atiqua quidẽ positiua lege edita, promulgataq; , cui omni iuri Põtificio, tanquã à paribus conscripto, summus ipse Pontifex nunquam ferè est obnoxius, atque ob id simoniæ prauitas quam inferre posset talis conditio, cum neutiquam respicit, nec ea is infici potest, aut vlllo pacto, suo in tribunali, in isto rerum positiuarum genere commaculari, Nam qui simoniacò flagrant crimine, ea sola de causa, quia quę iure scripto & positiuo, omnem conditionem in posita specie, respiciente, vetita sunt, agunt ipsi, & consignant, eos certè, commodissimè, alius pontifex summus, contraria posita, hac in re, iuris constitutione, liberare quirit, & liberat, cum ipsa, simoniæ duntaxat sint suspecta, quod ea vetuerit positiua lex cui derogat ipse, Idcirco clausula illa in prædictis fanorũ abdicationibus apponi solita, videlicet (nõ aliter nec aliàs & cætera) nihil redolet simoniacũ quoties in ea re, Romani pontificis interponitur autoritas qui suo cõsensu, & suffragio, rem ratam faciat, comprobetque. ^P

Id quod tamen statuendum non esset, in his, quę ob eam causam, vetita sunt, quia per se, sunt simoniaca contagione coinquinata, nã ista contrario tũ iure censentur, nec in his tum potest hoc in beneficiorum, sacrarumque rerum genere, vllus summus Pontifex, legem abrogare, aut Canonum sanctione, à maioribus suis posita, vllum soluere hominem, nam cũ beneficio sacro insit potestas, ac ecclesiastica quædã iurisdicção, & ordinis (vt hodie loquimur) executio, quæ vnã, cum beneficio attribuitur ipsi beneficiario, Romanus Põtifex si beneficiariũ, sub cõditiõne vel clausula, quæ planè ob pellenda, remouendaque à Christi ecclesia, omnia isthæc scelestę ac nefarię nundinationis commercia, fontesque illius omnes, ne inde emanare queant vlli riuli prorsus obruendos, summa ratione vetita sit (quia

^p cardi. ca. i. de simo. & feli. ca. ad audien. tiam ii. de re script.

nempe ex se, simoniaca contagio polluta) in possessio- nem beneficii, diplomate suo, mittendum tum iuberet, sese haud dubiè simoniæ alligaret, atque ea de causa legum solutio omnisque abrogatoria iuris dispensatio, in hisce, quæ interdicitæ sunt, ob id omnino, quia simoniaca censentur, planè silet, nec se finit spectari, nec eam, tum, vix temerè vnamquam irrogant romani pontifices:

Et cum hæc, quæ diximus omnia, ita sese habeant, ex sententia quidem doctorum, frequentiore, Visum tamen est Hostiensi (cui mea quidem sententia, in ea re ferè omnimodò adstipulabitur quoquomodo, optimus quisq;) vt in his, etiam, quæ simonia non irretiuntur, nisi ob id ipsum, quia vetita sunt, in quibus, summum Pontificem asseruimus, posse pro suo summo imperio, quemcũque cupit, positiua legum sanctione soluere (quod nequè posita sua neque superiorum suorum legis promulgatione, ita astringatur, quin possit, quicquid vult, pro arbitrio in hisce quandoque decernere) sit tamen ipse pontifex facturus operæ pretium magnum, si ab eiusmodi legum solutione, summique imperii prolatione (quæ quandoquæ mera est impotentia) se præ ceteris duxerit abstinendum, nã licet ex se (vt cũ plurimum,) hoc neq; malum sit neque flagitium, tantum enim ob positionem legis, suspectum sit simonię, vt supra declaratum est, est tamẽ quædam veluti malè facti species, quædamque appèdix malo implicata, quam vt omnem Christianus homo euitaret, præcepit Apostolus. ^r

Sed posito verè concessoque præcedenti axiomate, Romanum scilicet Pontificem posse, pro suo summo imperio legibusque superiore, huiusmodi sacerdotiorum eiurationes factas ab resignatore in gratiam, bonumque cuiuspiam certi hominis, & approbare & permittere, & eas citra scelus vllum, simonię, ratas authenticasque facere, etiam vbi est interposita prædicta clausula, quæ sic habet, verbi quidem gratia (Eiuranti, non est animus, neque conciliũ, aliter, aliorumque beneficiũ, quod eiurat, eiurare resignare) ^f

q beatus thomas secunda secundæ ioh. de turre cre. tit. de pot. papæ questio. lxxv.

r panor. & cæteri ca. i. de simo & ca quia vero s. extirpanda de præbend.

f digna vox, de legi.

tca. & si illa i. questio. vii. ca. nouit 100 dist. hosti & panor. dic. ca. i. de simo ca. ab omni de vita & hon. clerico.

quàm si in hunc vnum hominem certum, cuius gratia illud eiurat, conferatur: anne poterit idem pontifex, sacerdotium illud eiuratum eo modo, excluso illo cui cessum est, alii cuius, in vsum, titulumue, aut fiduciam erogare? Certè, tū ex his quæ dicta sunt, tum ex aliis, quæ dicentur, apparet id, ab eo minimè fieri posse, quod si fiat, ratum, firmumque non futurum, nam eiuratio isthæc resignatoria, illa quidem conditio ne, vel modo tali adstricta est ob adiectam hanc orationem, (non aliter nec alias),^y aduersum quem modum si quid fiat, temerè sit, nec valere potest,^x explenda enim est perficienda que, vti præscripta est, conditio, Præterea eiuràs, qui per procuratorem, beneficium eiurat, adiicit in mandato, certa quedam verba, quæ omnino vult obseruari, vt potè, se illi vni certo homini, quem designauit, beneficio cedere, non futurum id, nisi exploratum haberet, eum ipsum, & non alium quemuis, beneficio eiurato donatum iri: quod nō fiat, per procuratorem, neutiquam certè mādato suo censebitur vnquā procurator ille perfunctus, quod mandatum, cum sit definitum circūscriptūq; certo termino, ea est fanè, qua datum est, conditione penitus exhauriendum, constantique mēte peragendum, sin minus, nihil profecto agitur. Sed quid censendū, in Romani Pōtificis legato, collatoreue ordinario, quos supra asseruimus, id minimè præstare posse, hoc est, eiurationes eiusmodi, factas in gratiam cuiuscūque hominis, apposita illa formula (non aliter nec aliàs) recipere non posse, illisque autoritatem dare, Quid igitur censendū, si accidat quēpiam apud eos, sub ea ipsa conditione (nec aliter nec aliorfū beneficium deponere) poterunt ne ipsi conditionem illam velut turpem, aut moribus bonis aduersantem, (& quam etiam ipsi præstare, vel bonam facere nequeunt,) tum planè repudiare, & nihilofecius abdicatum fanum arbitrio suo, cuius alii regendum committere, atque possidendum? Et profectò ea res, iudicio meo dubitationem probabilem non habet, cum enim iam dixerimus, tales eiurationes cessioneque beneficiorum, apud antistites ordinariosque collatores

v bal. auth. ingreſſi de ſacro eccle. x dic. & bal. L. ſiquidem c. de exceptio

y cle. i. de re. per. glo. ca. cū olim de reſcript. ia. con. ci. clxii. in xx. volu. & con. ci. lxxxvi. in iii. volu.

latores minimè valere, omnia item quomodocumque inde emanarint nullam vim, firmitatemue prorsus habeant, necesse est: ex re enim, quæ per se nulla est, nihil omninò gigni potest, ob idque quicquid contèplatione eiusce abdicationis fit, perinde habendum est, ac si nihil omninò penitus actum esset, atque vt id ita decernendum videatur, multis permouentur qui id dicunt, rationibus.

Primum, satis apparet ex his, quæ narrata sunt, sacerdotiorū eiurationes, conditionibus eiusmodi circumductas, vt potè, nonnullam speciem criminis simoniaci præ se ferentes, tum legibus positivis moribusque nostris in ordinario tribunali,^a reiici, tū has ipsas etiam cōditiones impossibiles existimari, tanquam sacrosanctæ canonum positorum sanctioni aduersantes. ^b Quod cum sit ita, sequitur & eiurationē ipsam eo pacto apud tabularia antistitum ordinario, enuntiatam improbari, & conditionem appositam veluti turpem simoniacamque & impossibilem repudiari, ^c & breuiter quicquid inde emanarit, abrogandum rescindendumque: Quis enim firma esse possunt, quæ initium ducunt, ab ea beneficiorum abdicatione? in qua apposita est prædicta illa apud ordinarium tribunal clausula, (non aliter nec aliàs) quæ ibi per seipsam, omnem vitiat sacrarum rerum resignationem, ac quæ censeatur resignatoriæ naturæ planè contraria: talium enim rerum abdicatio pura simplexque esse debet, ^d ac nulla tali, vti diximus, conclusione circumclusa, alioqui non quidem eiuratio resignatiouè dicenda erit, sed potius compacta quedam negotiatio, cuius ^e nomine, non aperte nec gratuitò accipitur beneficium, at clam, at mercede, at pactione, cò irreperitur, pactione enim ac nundinatio, in hunc casum quodammodo exercetur, quod ne prorsus fieret, rebus in sacris vetuit posita sacra lex,

^f Idcirco improbanda est vitiosa clausula: improbanda & eiuratio, improbandum deniquè quicquid inde fuerit in lucem emissum.^g

Deinde cum supra ostenderimus, resignationem apud Ro-

a ca. fi. ext. de pac. ca. ordinationes i. quest. i. b inno. ca. tua de simo. hosti & butri in ca. fi. de simo. c l. non solū de actio. & obliga. l. certi. s. quoniam ff. si cer. peta.

d dic. ca. fi. dic. ca. ordinationes. e glo. ca. dilecto de præbe & ca. ex parte de offi. dele.

f dic. ca. ordinationes i. questio i. g ca. fi. de conditio. app.

manum Pontificem eo modo factam, sacra quidem sedis apostolicæ, ob vim imperii, autoritate sola corroborari firmarique, sed beneficium interim eiuratum nihil secius, ei omnino tradendum, quem eiurans nominatim eiusce rei causa, expresserit, protuleritque: quod si secus fiat, atque alii cuiuis concedatur, quod factum est, non valiturum.^h

Tantò magis hercle statuendum videtur, in ordinariis collatoribus, dicendumque, eorum in hunc casum, potestatem, circumscriptam definitamque censerit, ac quodam veluti fine, & termino circumductam, à quo eis egredi minimè liceat ob id eiurationem omnem aliam, simplicem quidem, & pura resignatione circumscriptam, quam possunt, debent recipere, ac comprobare, si fas æquumque eis videatur:

Eã verò eiuratione, conditionalem, cuiusmodi ea est, de qua hinc incidit sermo, cui ob suam impotentiam, imperii que ac facultatis egestatem, ius, autoritatemque tribuere nequeunt, illam penitus par est ipsos reiicere, non autem beneficia sic resignata, ad voluntatem, arbitriumque suum, tanquam purè ac simpliciter abdicata, cui bonum eis videbitur, conferre, ⁱ etiam si Nicolaus Boëri, ^k in contrariam & diuersam sententiam ierit, censueritque collatorem ordinarium, repudiata in totum, ea de qua nunc agimus conditione, ius habere, in quemcumque velit, sic resignatum sacerdotium conferendi, qua in re ab opinione doctissimorum etiam hominum, ^l nescio quo innixus rationis fundamento dissentit,

Iam verò in omni resignatoria (vt ad interiora materia procedamus) eiuratione, huiusce generis, danda est in primis opera & elaborandum, vti ea fiat apud superioris potestatis hominem, ^m quis autem is sit, demonstrabitur inferius, diceturque postea,

Interim censendū est, ac pronūtiandum, eiuratorem, vbi primum sacerdotium, apud superiorem eiurauit, illud procul dubiò amittere, illiusque possessionem, & titulum protinus perdere, ⁿ idque adeo, pro certo habetur, vti in casum,

quo ederentur, in apertumque proferrentur, super ea eiuratione confectæ tabulæ, (à publico perscriptore tabularioque descriptæ) quanuis in eis ne verbum quidem vllum fieret, de resignatione illa, à superiore antistite approbata, sed tantum diceretur, eiurantem spontè simpliciterque & liberè beneficium, apud superiorem deposuisse.

Rota ferè omnium qui tum affecerunt calculo decreuerit renuntiationem, sic factam officere, eiuranti, ac ità officere, vt is iam censeatur beneficium de manibus amisisse. ^o

Quamuis cæteroqui illa ipsa resignatio, viam superiori non præcludat, retinendi, si velit eiurantem, etiam inuitum in possessione eiurati sacerdotii, ^p nam approbatio & autoritas, quam maior antistes interponit, in abdicatione cuiusdam fani, præfecturæ, aut ecclesiastici ministerii, nihil aliud esse censeatur, quam quædam veluti emancipatio, dimissioque, qua ille maior antistes, suæ ipsius iurisdictioni eximit, eiurantem beneficiarium: qui quidem beneficiarius, beneficio quod possidet obstrictus ^q est, tanquam mancipium glebæ, aut cuiuis alii nexui: & quidem ab ea sacri fani, sacrique dominii nexili seruitute, haud potest dissolui, nisi, vt iam dictum est, cum bona ipsius domini venia, à quo libertate donetur. ^r

De qua tamen omni re, infra proximo paragrapho dicitur, Atque ita hæc intelligenda sunt, in eiuratione, quæ simpliciter purèque fit, apud tribunal magistratus ordinarii, hoc est episcopi, aut antistitis, & sacri beneficiarum distributoris, non item in ea eiuratione iam supra posita quæ dicitur in fauorem: in qua, beneficium abdicatur in bonum cuiusdam amici ab abdicante nominatum delecti, in ea enim, diuersum quoddam ius statuitur, quod sic se habet, vt abdicans non prius priuetur possessione, titulouè abdicati beneficii, quam illius fani, sit ab eo cui cessum est, nominatim suscepta procuratio, ^f

o Rota dec. 152. glossa 5 statuit verbo renun. de subla. cl. literis gomef. reg. de infir. reli. quest. 29. p l. legat. de offi. præf. ff. bar. l. de peri. bono, subla. immo & hof. ca. super hoc ex de renun. & lex ca. non oportet quest. i. & ca. mulier 33. quest. v. q ca. nisi de renuntiatio. r rota deci. 216, in nouis & dic. deci. cclii. in aut. inci. si appo. spoliato glo. dic 5 statuit

f rebus. verbo ratione personæ nu. 12. in praxi.

h cl. de re permuta.

il. aurelius, § idem questit de libe. lz boeri tra cta de digni lega. questio ii. l panor. ca. ex parte de offi. delega:

m sa. si. dere nuntia. ca. de mi que sexta questio. iii. n ca. accepta de resti. spoliato anfr. la tiffime deci. 493.

post interpositam cessione illi, Romani Pontificis autoritatem, Id quod comprobatum est, a refo vel placito hu-
r ca. si tibi ab
fenti de præ
be. in vi.
v mol. regu.
de publi. nu.
190. rebuffi.
regula. de pu
blican. in glo
xviii. nu. xxx. iusce senatus, in causa canonici Bochetellii, apud Auaricum
Biturigum, in æde Põtificia fodalis adscripti, qui Bochetel-
lius cum præbenda, vel sportula vel annona ad quotidianũ
victum, ex eo fodalitio obuiente, nepoti celsisset, per eiur-
rationem apud Romanum Pontificem ab eo nominatim fa-
ctam, in commodum gratiamque commemorati nepotis,
(non aliter nec alias) eique eiurationi Romanus Põtifex isto
modo, sicuti fit, subscripsisset, dicebatur ipse à fodalibus, quid
tibi àplius negotii hinc est, cum te spontè ex hoc loco exe-
meris, & nepoti tuo, foro isto capitulari, choroque sacro, cu-
riaque sacra omni cesseris? abstinere deinceps possessione, vsu
que, sicuti mancipio iam abstulisti, pristino enim iure tuo, te-
ipsum, sciens, ac spontè, per eiurationem resignatoriam spo-
liasti: quod si subiicias, nepotem tuum tibi rem restituisse, ac
omnia, per spontaneam eiurationem resignationemque, quã
is denuò, in gratiam tui, apud Romanum Pontificem fecerit,
redditam tibi esse annonam, sportulamque, præbendam &
canonicatum omnem: vtere igitur hoc nouissimo iure, ab
hac ista nouissima nepotis tui eiuratione, tibi sumpto, cuius
gratia, licet quidem vltimo federe loco, veluti recens adscri-
ptus collegio. Hęc cum ab eis allegarentur, Bochetellias au-
tem ille obniteretur contrà, ac vetustate iuris, possessionif-
que diutinæ, non ex inani at firmissimo titulo quęstę, sese
defenderet, in ius procursum est, Decisumque in frequentif-
simo senatu (quia constabat nepotem, cessionem illius præ-
bendę, sibi factam, à patruo, nunquam acceptasse, quinimo
semper, quoad fieri poterat, repudiasse, tum si quid iuris,
in ea eiuratione cessioneque adeptus esset, illud pos-
tea, eidem patruo resignasse) Bochetellium illum in pos-
sessione canonicatus retinendum, ac sacrum, tectum, sal-
uum, & integrum, in eadem conseruandũ, ita vt sicuti antea
possederat, sic ei, in posterum possidere, citrà vllum nego-
tium, controuersiamuè, ius esset: Quod & recentes

Biturigum doctores memorię tradiderunt.
 In enuntiata tamen hac distinctione, non est axioma illud
 primum, firmum statuendum, nam profectò non videtur
 absolutè verum, neque illa item disunctiua enuntiatio vs-
 quequaque, absolutèque recipienda. Quod ex Rotę plu-
 rimorumque Doctorum hominum sententia sanximus, y
 Sed veriùs videtur, vt sublata omni distinctione, hoc est, si-
 ue sit pura, siue sit simplex eiuratio, siue talis, quę conditio-
 ne præscribatur, non ex ea prius amittatur beneficiũ, quàm
 fuerit à superiore Antistite comprobata, z idcirco si acci-
 dat interea (id est, priusquam à maiore Antistite fuerit ap-
 probata resignatio) beneficiarium possessorem à quouis,
 vel de possessione deturbari, vel in iure suo interpellari, po-
 terit sanè is, interdicto certare cum interturbatore, spolia-
 torèque, ac ei, tanquam iniusto vel turbatori, vel occupato-
 ri, interdicendũ curare: poteritque se temerè deiectũ, aut ex-
 turbatum aut impeditum ex decreto, vi interdicti, restitui
 petere, aduersus eum, qui in possessionem perperam inua-
 sit, vel diutino possessori turbam dedit, vel sese ipsum in
 alienam rem, iniquè, aut violenter a intrusit, Quauis enim
 superior Antistes possit dum volet, resignationem illam,
 ab eiurante factam ratam habere, b tamen quia nondum
 id fecit, ac donec id facturum est, ius saluum ac integrum re-
 sidet semper penes eiurantem beneficiarium, c non quidem
 antè spoliandum eum, deiiciendumuè, quàm ad eam eiura-
 tionem accesserit (vt diximus) superioris Antistitis com-
 probans autoritas: Qua sola autoritate legitima amittitur
 ipsum eiurati sacerdotii mancipium titularium, antè verò
 non, quantumcũque facta sit eiuratio, quę quidem à maio-
 re potestate non confirmata, ius possidenti non adimit, Id
 quod sanè probabile est, multisque suffultum rationibus,
 videmus enim, vt qui post vnum abdicatum sacerdotium,
 aliud à Papa impetrat, exoratuè, necesse habeat de abdicato
 illo, cui nondum accessit superioris sacri magistratus cal-
 gg iij

x Duarenus
libro viii. de
sacris eccle.
minist.

y Rota de-
ci. ceceli. glo.
prag. sanc. s.
statuit verbo
renũtiante de
suba. cle. lite-
ris Gome. re-
gu. cancella.
de sfr. resig.
quęstio. 19.
z Panor. ca.
ad aures nu.
vii. de eo
quod me.
cau. Feli. ca.
in nostra co-
rella. xxxiii.
de rescrip.

a Molineus
regula de in-
fir. resig. nu.
iiii.

b ca. ex trãf-
missa de re-
nuntia.

c Inno. ca.
quod in du-
biis de renũ-
tia.

culus, in illius petitione, quod recens postulat, mentionem facere: quod si non facit impetratione Romanam non admodum firmam futuram. ^d Præterea nonne manifesto iure sancitum est, eum, qui procuratorem dedit ad deponendum nomine suo, apud Romanum Pontificem, pure simpliciter uel sacerdotium, posse mandato nodum à procuratore plane confecto, mandatum illud, plane infectum reddere, ac ut loquar apertius rem integram reuocare, quod cum fecerit, tranquille ut antea, potietur iure suo, nec decedet sacerdotij possessione, aut titulo. ^e Quare in hanc opinionem, tamquam uerorem, æquiorumque, inclinatur animus, ut nulla habita distinctione, siue fuerit pura, siue conditionalis eiuratio, generaliter decernatur, abdicantem non prius de titulo abdicati beneficii dimoueri, quam constiterit ad eam abdicatorem, accessisse superioris Antistitis, cuius sacerdotium illud fuerit beneficiarium, autoritate; Quod uero ad possessionem in uniuersum pertinet, infra paulo post apertius tractabitur.

Atque hæc quidem quæ diximus omnia, recipienda sunt in ea sacerdotiorum eiuratione, quæ fit apud eos Antistites, quorum beneficii & collationis, eiurata sacerdotia esse censentur: sed quid si fiat hæc eiuratio, apud non suum Antistitem, Quid tum censendum? Et profecto hac in re, magnus inest scrupulus, in quo dissoluendo, constituendum est id bifariam contingere posse. Aut enim eiurat quis sacerdotium apud eum, cui, confirmandi approbandique eam abdicatorem, non suppetit autoritas: qui tamen clericus existit, eque genere, ordinisque sacratorum: tuncque certum est, eiurantem illum possessione sacerdotij apud non suum superiorem eiurati, multandum quidem, ^f Nam simplex huiusmodi possessio, corporalisque, iuris plane prophani censetur, nec ei sacramentum quicquam, & spirituale ferè inest, aut aliquid illius nexus indissolubilis, de quo supra loquuti sumus, ideoque ad uoluntatem, nutumque possessoris, citra magistratus, cui sacerdotium obnoxium est, autoritatem, aut licentiam deleri potest: ^g titulo uero non item multandum ipsum,

^d Rota deci. 571. inci. quidam cardinalis. Feli. dic. ca. in nostra eodem quo supra corre.

^e cle. cum illu. sio de renuntia, in cle.

^f Inno. & Pator ca. quod in dubiis de renuntia, card. cle. l. de renunt. g L. si quid vi. s. differ. ff. de acquir. posses.

eum ei titulo obtemperata ab Antistite missione, renuntiare nequeat ullus quisquam homo, ^h Quod si fecerit, potest defertor ille ueluti fugitiuum mancipium à sacro suo magistratu, ad ecclesiam suam retrahi. ⁱ Et tamen si Antistes superior uult dimissionem illam seu resignationem, à non suo Antistite efflagitatam, ratam facere, potest quidem, ac tum eiurator ille, & defertor sacerdotij, ob crimen fugæ defertionisque, sacerdotio eiurato plane priuatur. ^k Sed utrum id ei accidat continuo, an alia quædam, antequam id fiat, sint necessaria in hoc, non satis aperte loquuntur nostrates homines, quidam enim sentiunt, necessariam esse sententiam, quæ cedens beneficio sic eiurato nominatim priuetur, ^l Alij uero in ea sunt sententia, satis esse, uti ordinarius Antistes, sacerdotium illud sic eiuratum, conferat in alium quenuis idoneum hominem. Nam, eo ipso tempore (inquiunt) quum ordinarius ille collator, beneficiu temere, & non ut par fuit, abdicatum donat alij, cui est uisum, sanè quædam, abdicatorem illam quantumuis non iure factam, approbare, ratamque habere censetur, sicque titulum eiurantis resignatisque etiam ad id non uocati, plane abrogare, tollereque, ac omni iure cassum inanemque reddere: ^m Mihi porrò valde placet, in hunc sequentem modum consignata hac de re tota sententia, ut cum supra, scilicet ostenderimus, in fraudem præiudiciumque superioris præfulis, resignationes, quæ sic perperam fiunt uergere, & in eum finem factas ceteri, Et tamen quod attinet ad præiudicationem uel etiam damnum eiuratoris, ipsas quidem tum ualere, siquidem Antistes superior, eas aliquo post tempore, ut uidebitur ratas faciat: necesse sit item ut huiusmodi fani sic eiurati uacatio, interim dum manet iudicium superius, hæreat, sitque in suspeso, unde ante ratam habitam à superiore Antistite, eam eiurationem, sacerdotium illud tanquam uacans, cui libet alteri conferri nequeat, ⁿ Nisi dicatur, ex opinione superiore præfulis, ordinarium eam tum statim ratam habere, censeri, quum fanum resignatum confert in alium hominem, de quo potestremo isto uiderint eruditi.

^h ca. Gosal. dus. xvii. quest. ii. cap. admonet de renunt. i ca. non oportet. vii. questio. i.

^k cle. ii. de pœnis.

^l Inno. die: cap. quod in dubiis, & card. dic. cle. i. de renunt.

^m card. dic. ca. quod in dubiis.

ⁿ Glo. cap. si. de renunt.

^o Dominicus coci. czv. Panor. dic. ca. quod in dubiis, Rota deci. cclxix. Ios. An. ca. ignorantia de re. in. vi.

Quando autem, (quæ altera est resignationis apud non suum magistratum factæ à me posita species) eiuratur sacerdoti, apud laicum prophanumve hominem, quid iuris sit tum statuendum? obscurior est quæstio.

Oritur autem obscuritas, ex perplexa Romani pontificis voluntate, cõstitutioneque enunciata, in citato capitulo (quod in dubiis) loquitur enim ibi summus pontifex perplexè, & obscurè: hinc fluctuant Doctores: Innocentius pronuntiat quidem, quantumvis facta sit apud personam prophanam eiuratio, eiurantem nihilofeciùs beneficium in totum non amittere, ^p possessione quidem, quod (vt dictum est) ea iuris sit prophani, multandum esse: titulo verò, quem citrà superioris antistitis legitimam auctoritatem, dimittere non potuit, minimè dimotum, nisi sententia super eo feratur, plañeque spoliatur.

Vincentius verò censuit, eum, qui sic illicitè beneficium abdicavit, posse re integra, facti pigere, ac quo dammodo suppoenitere, ^q indeque iuri suo, commodè forsan restitui Panormitanus opinatur, eiurationem apud laicum, factam ipso quidem iure, nullam esse, eiurantem tamen, vt temerariæ eiurationis poenas det, Ipso item iure abdicato sacerdotio priuatum planè cenferi, atque ità priuatum, vt nihil amplius, ad absolutam abalienationem, opus sit, præter ipsam possessionis spoliatione. ^r Mea quidem sententia est, vnum & idem ius, in eiuratione apud laicum facta, statuendum esse, atque id quod statuendum est, in ea, quæ fit, apud clericum non suum antistitem, cum vtriusque eadem sit ratio, nec vlla, meo quidem iudicio, queat esse differentia, maximè vbi agitur de firmitate eiurationis, nempe valida sit ea necnè: in quo, ego simpliciter dico, ità statui posse, scilicet eiurationem, quomodocūque facta sit, hoc est, vel apud laicum hominem vel apud clericum non suum antistitem, firmam esse, quantum attinet ad ipsum eiurantem, ^f non item quantum spectat ad ipsam ecclesiam, quæ non aptè eiuratur, vel ad cum ipsum præfulem, apud quem eiurari debebat, neu-

tra

tra enim illarum eiurationum quoad fanum, quoadque ipsum præfulem, verum ordinariumque tenet, Idcirco si ille verus antistes, eiurationem talem non ratam faciat, approbetuè, qui eiuravit, sublata prorsus & quatefacta futili eiuratione, permanet in firmo stabilique iure possessi sacerdotii, ac tunc perperam abdicati, Sin superior ille antistes, eiurationem malè factam comprobat, ratamque habet, ius profectò omne, ab eiurante beneficiario abscedit, ita vt tali resignationi semper tacita insit cõditio, nempe si ad eam, accessura est ordinarii antistitis auctoritas, qua quidem auctoritate non accedente, irrita cassaque fit eiuratio, accedente verò antistitis veri auctoritate, rata contrà firmaque, etiã tum reclamante ipso eiuratore, manet, Interea tamen is qui eiuravit, cadit à possessione corporali; & sic perdit ius administrandi bona, ad illud sacerdotium pertinentia, ^t cui tamen administrationis iuri, vsuique, & fructui, poterit postea, suo restitui tempore.

Quod ego etiam accipiendum esse censeo, In eiuratione tacita, hoc est, in ea quæ fit a lege, ob acceptum alterum, cum possessio, non sociabile sacerdotium, scilicet, vt tunc per adaptionem fani illius haud locabilis cum iam possessio, ita demum vacet possessum, abeatque à possidente, secundum Lateranensis concilii decreta, ^v scitaque iuris positiui. Si superior antistes, aut alius legitimus maior, eam tacitam eiurationem legitimè ratam habuerit, nempe vel conferendo fanum, in alium, vel alio claro modo, voluntatem declarando suam.

Itaque quo ad ius, remque superioris sacri magistratus, nihilò magis vnquam officit, damnoque est, tacita, quàm expressa nominatimque facta abdicati sacerdotii eiuratio, ^x Cuius rei, ea potissimùm adfertur ratio, quia cum omnis sacratu homo, qui recipit sacratum beneficium, illiusque procuratori se addicit, prohibeatur impediaturque, lege sacra, & canonica, susceptum semel onus citrà superioris antistitis veniam, & permissionem, aliò quouis ablegare, dese-

hh

p dic. ca. gon
faldus xvii.
quæst. ii.

q ca. eos vii.
quæst. i. l. is
qui ff de ces-
sio bono.

r panor dic.
ca. quod in
dubiis nu. ii.
& nn. viii.

f ca. ex trans-
miss. de renū.

t panor dic.
ca. quod in
dubiis & do-
mi. concl.
cxxxv.

v ca. de mul-
ta de preben-
ca. si plures
illo titu.

x inno. ca. ad
h. onet de re-
nun. panor.
& zabaredic
ca. quod in
dubiis.

y L. pe. de offi. præ. ca. non oportet. vii. quæst. i. ca. nisi pridè vers. verù de renun. z dic. ca. de multa.

rerèque, 7 possit quidè is, legem eam, quæ hoc sanxit, difertè quidem semper eludere, præfulèmque suum, planè fallere, dum acciperet aliud quoduis, in alia dioecesi sacerdotium, quod cum illo suo, cui iam addictus esset, sociari nequiret, nam eo accepto, à priori, tacita quadam consensione, iniussu Antistitis sui, se disungeret, z ex eoque sequeretur, vt rei tacitæ, maior vis inesset quàm expressæ, quod iniquum existeret, & præscripto iuris communis dissentaneum. ^a Eaque de causa, equidem sic, vt nunc à me enuntiatum est, interpretandum censeo, quod protulere nostri homines, dum annuunt, eiurationem possessi sacerdotii tacitam, posse consistere, iurèque innixam esse, etiam si non fiat, apud eum Præfulem, seu collatorem ordinarium, cui eiuratum illud tacitè sacerdotium, beneficiarium esse censetur. ^b Nunc id aduertendum, nempe enuntiata illa, de quibus loquuti sumus, quæ innuunt eiurationes seu resignationes sacerdotiorum, ab eiurantibus apud suos superiores Antistites, fieri debere, intelligenda esse, in his sacratibus beneficiis, quæ abdicantur ab ipsis beneficiariis, qui ea iam obtinent, possidentque, & in quibus (vt inquit nobis Iurifconsulti) habent ipsi ius in re, non item in his, in quibus, habent ius ad rem, & quæ primo quoque expectant tempore, ^c vtpote ad quorum futuram procuracionem sunt quidem designati, sed nondum ad eam gerendam admisi, institutique, hi enim possunt iuri illi iam indulto, factæque & attributæ, præiudicio quodam, gratiæ, apud quilibet publicum perscriptorem & notarium, etiam absque data à superiore Antistite, id faciendi potestate, pro nutu arbitrioque renuntiare, ^d sicut & is cliens beneficiarius, qui à patrono, ad consequendum aliquod sacerdotium accitus est, potest eam nominationem, vel quam ultro accepit præsentationem, citrà superioris præfulis auctoritatem post abnuere, planèque renuntiare, & sic partam, quæsitamque & relatum ex ea nominatione prærogatiuam sponte amittere. Adiungenda iam transitu (vt nihil non dicatur, perpen-

a L. cū quid, ff. si cer. peta.

b Glo. ca. ex ore de his quæ sunt à maio. parte capituli. glo. prag. sanct. s. statuit verbo renūtiasse de subla. cle. l. i. teris.

c Rota deci. cxc.

d Rota deci. cccxxviii.

daturque, quod ad hanc materiam attinet) & alia quædam facti species, in qua, fas est etiam apud nõ suum superiorem Antistitem eiurare, resignarèque sacrum beneficium, Quãdo scilicet, de eodè sacro beneficio, inter aliquos litigatur, idq; dubiis & vt tum fit, euariantibus auspiciis, quippe cùm nõ satis liqueat, sciaturque, cuius sit vel esse debeat, illius litigiosi sacerdotii titulus, sed ea de re, dubiis (quod aiunt) auibus, ancipitique alea, iudiciale certamen initur, nam tunc integrum liberumque est litigatorum cuius, dubitatĩ quidem, & bonitati causæ suæ non nihil diffidenti, iuri illi suo incerto, atque ambiguo, vt ei videbitur, renuntiare, ^e atque obscurum perplexumque sacerdotii titulum, planè abdicare, non impetrata etiã superioris Antistitis venia, id quod tamen eidem litigatori facere neutiquam liceret, quum satis liqueret, cuius esset beneficii, de quo certatur, mancipium, tum enim requireretur superioris Præfulis auctoritas & consensus. ^f

e Ioa. Andr. ca. cõstitutus de appell.

f Glo. s. statuit verbo renuntiasse de subla. cle. l. i. teris.

At quinam sit superior ille Antistes, penes quem, depõni debeant eiuranda seu resignanda sacerdotia, qui que eiurationem illam ratam habere queat, atque illi suffragari, non parua est in iure nostro concertatio. Etenim Episcopi ea in re, constitutione iuris communis innituntur, ^g Qua sancitur, Episcopos, in sua quemque dioecesi, ius habere, clericos, & sacerdotes, fanis &, ecclesiis, præficiundi, ordinandi, instituendi, alligandi, per collationis, institutionis, collocationis prærogatiuam potestatem, quam sibi, lege ordinaria, verè dicunt tributam. Itémque rursus, dum ratio id exigit, eosdem ipsos homines illinc amouendi, destituendi, præfecturam quandoq; abrogãdi, mutandi. denique collatũ beneficiũ, auctoritate fulciri. Quod si accidit, vt sæpe fit, illo loco ecclesiã esse, vt in cõstituẽdo illi ad ministro, volũtas cõsensu suè patroni requiratur, ^h vtpote que iuri patronatus sit obnoxia, ex eoq; planè depẽdeat, assensus tũ ipsius patroni desiderabitur. Quo tamen alioqui nõ reclamãte nec cõtradicẽte, libera præceptũ, in ea ecclesia

g ca. ex inũt. de ext. de hære. ca. multis. xvi. diff. i. ca. decretũ & per totã illã quæstionem x. quæstio. i. ca. ex frequẽtib. ext. de inũt. ca. zeno doctus ex re. domi. ca. i. de capell. mona.

h toto tit. de iu. patro. La. c. de Phi. Frã. ca. i. de capell. mona. in vi.

administros cōstituēdi, potestas est episcopo, eaq; is vti potest, aduersus quemcumque alium, nam præcipuè liberas (quod aiūt) ædes, vel habenas, ante alios quosuis habet, patrono hinc excepto, ⁱ Patroni verò ea in re auctoritatem minimè debet contemnere, nec de illius iure, quicquam vel derogare, vel etiam delibare, cùm sit patronorum, ordinandos in eiusmodi ecclesiis ministros, aut beneficiarios nominare, præsentarèque: Ad episcopos verò spectet, eos ipsos, à patronis nominatos, editosque, in ipsis ecclesiis ordinare, aut vt notiori & magis domestico verbo vtamur, instituere, ^k Sed si ea ecclesiæ ordinatio, præfectique creatio, aut institutio, pertinet summo, plenoque iure, ad ipsos sacrarum familiarum sodales vel monachos, idque privilegio ipsis à Romano Pontifice, in ea re, nominatim indulto, quid tum censendum? & constat certè, si eodem, vel altero diplomate, populi cura est eis monachis commissa, tunc illis liberum esse, ecclesiæ illi, quæ delegerūt administrum præficere, ordinarèque, ac pro suo summo in ea re iure, instituere, quemcumque volunt, ^l alioqui, rei illi idoneum hominem, aduocarèque, tum ad habendum curæ populum, tum ad accurandam administrandamque rem ecclesiæ, nec episcopo, quicquam horum incumbere, ^m summa enim harum rerum agendarum, hoc est, instituendi, ordinandi, ac in locum demortui suffiçienti administri, ad ipsos solos monachos in eum casum spectat, ⁿ Indèque fit, vt vbi exceperis has duas propositas species, nempe, vbi non prodibit quisquam horum, cui ius sit nominandi, ac præsentandi, vel etiam instituendi, & summo iure ordinandi beneficiarii, ea cura munusquè, pro ordinario imperio, summaque Pontificalis Antistitii potestate, episcopum planè, absolutèque respiciat. ^o Adde item hïc, hoc ipsum, quod prætereundum non est, nempe in re incerta, aut ambigua, fanum nullum, ^p iuri patronatus obnoxium cenferi, ob idque, ius illud, claris manifestisque indicis probandum, cùm sit res, quæ tota in

i: L. loci corpus. s. compe. tit si ser. ved.

K toto tit. in antiquis, & vi. & etc. de in. patro.

l ele. frequēs vers. quidam de excess. præla. ca. i. xvi. quæst. i. ca. cū plâtari s. in ecclesiis de priui. & ibi glo. & Panor. m Ioa. And. ca. veniēs de verbo. signi. phi. Frac. dic. ca. i. de ca. mona. n- ca. i. vbi Gemi. et phi. Franc. de capel. mona. in vi. o. x. quæst. i. per totâ quæ pio. p card. ca. cū ecclesia. de elect.

facto consistat, factorum verò nulla sint præsumpta, vel anticipata iuris indicia. ^q Sed (roget nunc aliquis) habet ne episcopus hac in re, necesse (scilicet in instituendo, ordinando, que vel confirmando, aut destituendo beneficiario, ecclesiæ que præfecto) cogere comitiū canonicorū conciliumquè, & vnumquenque sententiam suam rogare, vt de omnium sententia, consensuque, res transigatur, & de hoc quidem aliàs differetur. ^r Nunc quæ in rem veniunt, explicanda sunt, & ea omnia vno concludenda axiomate, scilicet eorum esse, eiuraciones seu resignationes sacerdotiorum ratas habere, approbareuè, quorum est, secundum præscripta iuris comunis, eorundem vacantium procuracionem clericis demandare, hoc est, in eis præfectos instituere, ordinare, atque eos etiam inuitos ab ea cura, & præfectura, dum res monet, & vrget, dimouere, donatoque & collato depellere beneficio, Qui verò eā potestatem nempe instituendi, ordinandique in ecclesiarum rectione clerici, aut sacerdotis, iure quodam speciali, peculiarique sibi vindicant, hoc non item possunt, ^s nec instituto clerico præfecturam, ministeriumuè iure abrogant: Hinc sequitur, beneficium non esse apud collatorem quemque promiscuè indifferenterque eiurandum, ^t & resignandum, sed apud eum duntaxat, cui comuni iure indultum est, beneficiarios & quidem reclamantes, beneficio possesso eiicere, ac dū causa adest, destituere, & alio quouis probato modo abigere, prout videmus, iure moribusque recipi & obseruari, vti episcopus ille, qui vi præscriptionis, & sic iure specialia, ac seposito, beneficium in aliena dioecesi conferre potest, ^v Non possit item, illius beneficii eiurationem, resignationèque à beneficiario factam, confirmare, auctoritatem que illi, & ius attribuere, ^x quia eatenus præscriptū est, quatenus ab eo possessum, vsurpatumquè: ^y Esto ergo, præscriptum sit ius conferendi, non idcirco præscriptum est, ius dimouendi, ab rogadiuè, aut destituendi, sicuti nec is, qui vicariam episcopo dat operam, cuique mandatum sit ab episcopo, eiurantes ad eiuranda beneficia admittere, potest vtiq; illius mādati vi,

q I. quæcum que s. fi. de publi. ca cū in iure de iu patro.

r panor card. & cæteri ca. cum ecclesia vultarana ext de elect.

s ca cum ex iniuncto de hære panor & card. ca quod in dubiis de renun archi. ca ex deliberatione de offi. de lega. in vi. t rota deci. cccxi.

v ca. ide præsc. in vi. x ioa. de im mo cle. i de re nunti. feli. ca audistis de præscrip y ca cum in tua de dona tic. ca. auditis.

ita circumducti, eiurationes factas, ex causa permutationis recipere, nec item is ipse vicarius, cui simpliciter cōcessum quidem est ab episcopo, beneficia conferre, poterit vllis facer-
dotiorum eiurationibus resignatoriis suffragari.^a

Titul. 15.

*QUENAM, AD TRIBUNAL,
vel augustale summi pontificis, dicantur possessoribus
vacare beneficia.*

Deque omnibus, quæ, in vniuersum, vacat in curia.

Cap. 15.

IN curia, in aulaque Pontificia censetur sacrum beneficiū possessore vacare: atque ita translatio vel illapso iure à sūmo Pontifice donandum, etiam si vacet per eiurationem illius, qui habitans in aliqua prouincia se beneficio, possessioneque abdicat, & ea de causa dat procuratorem, quem confectis in ea prouincia, in qua commoratur, tabulis, deligit ad eiurandum nomine suo, apud Romanum Pontificem, sacerdotium: modò illius ipsius mandati vi, quod in prouincia & in partibus datum est, eiuretur, nec certè ibi loci censetur vacare, vbi datus est procurator, & confectæ descriptæ uè in eam rem sunt mandati tabule, nec in prouincia vbi sitū est sacerdotiū ipsum, quod eiuratur, ^a Causa autem eiusce rei, ea est, quia gestum per procuratorem, mandantis nomine, ab eo ipso mandatore ibidem cōsetur gestum, vbi procurator qui datus est, acceptum mandatum conficit, peragitque: ^b & in eā sententiam à doctoribus nostris frequenter, crebròque itur, quauis, Rotæ cōfessus, diuersū quid videatur cōsuisse, nepè, sic eiuratū sacerdotiū, cōferri in eo loco vacare, vbi eiurationis, vel mādati ad eiurādū cōfecta est & descripta tabula, q̄ ibidē sit facta eiuratio, vel vbi eiurator ipse, q̄ abdicat possessū sacrum beneficiū, inhabitat, ^c alibi tamē decreuit s̄xitq; eadē Rota ecclesiasticū beneficiū, ibi vacare, vbi sit ipsius beneficii priuatio, ^d Atq; in eo loco cōfeda est fieri priuatio, vbi maior Antistes, & in eo honore superior, quisquis is sit, eiurationem,

a calde. con
ci iiii. rub. de
renunt. egi
dius deci.
xciiii. rebuf-
fi. in praxi
verbo ratio
ne persona
fi. cccciiii.
nu. xvii

a glo. & card
ele. i. vt lite
pend. panor.
ca. cum in cū
ctis ext. de
elect.
b feli. late ca
fi. de fo con-
pet.
c ioa. and. do
mi. ancha. &
ceteri ca. ii.
de præb. in
vi. roma. con
ci. cccxlii. in
cip. quoad
primum
d rota deci.
86. in anti.

que apud se, per procuratorē sit, apbat: eaq; sancit assensu & suffragio & nō alibi vsquā, quia locus, & tēpus consummati gestique & absoluti negotii, nō autē inchoati ceptiq; attēden da sunt, ^e vndē si per procuratorē, etiā mādati tabulis in prouincia confectis perscriptisq; eiuratur apud Romanū Pontificē, beneficium, censetur haud dubiè (modò ipse procurator, munere, quod sibi iniunctum erat, functus sit) in aula Romana, in curiaque vacare: at de hoc haftenus, ob exclusionem temporis.

Titul. 16.

*ANNE INTERDICTO POS-
sessionem sacerdotii, vel repetenti, vel defendenti, obesse
potest spontanea eiurationis exceptio. Cap. 16.*

NVnc cōmodè differendū, cuiusfnā vis & momēti sit, eius scemodi sacerdotiorū abdicatio, & in primis scitote, qui sacerdotium apud maiorē antistitem suum eiurat, resignatq; eiuratione ab eodem Antistite approbata, & confirmata, illius sacerdotii sic abdicati, possessionem & mancipium protinus amittere, ^f atq; ita amittere, vt illinc possessiōe deiectus, exturbatus uè, aut illò veniens, non admissus, se spoliatum, iure suo interpellatū dicere nequeat, eòq; nomine aduersariū ex iure manu consertū vocare, ac cū eo contendere, quod in alienā possessionē temerè irruerit, ^b seu enim agat tūc interdicto retinēdæ possessionis, seu petat ex decreto, vi interdicti, restitui, vtrobique intentione sua cadet: hic enim si postulet in possessionē reponi, dicatq; aduersariū vi, bona possessum iūse, actione sua statī excludetur, aduersario exceptionē illi, spōtanēq; abdicacionis ob oculos ponente, nec ei, ad ea, quæ querit intēditq;, quicquā tū proficiet, præscriptum iuris: quo cauetur, spoliatum & possessiōe deturbatum, atēquam quicquam aliud agatur, in possessionem restituendū (modò eiuscemodi exturbatio, non sit talis, quæ, inferentem, in poenam capituli, (eum qui) nec in poenam legis (si quis in tantam) nec in poenam, edicti Regiū, in hanc rem præscripti, deturbatorem coniciat.) Illò enim qui iuuari

e l. qui ab sen
ti de acq.
possil. cum fu
iosus. ff. de
iud.

f ca. accepta
de resti spo
lia. ca. super
hoc derenum
ca. consulta
tionibus de
offi. delega.

potest? cum exceptione factæ eiurationis, omni prorsus petitione excludatur, eam enim vim habet eiusmodi exceptio vt omnem planè iudicii concertationem obterat, elidatque, siuè agatur petitorio iudicio, siuè de possessione contendatur, nam vtrique, promendi viam, omninò præcludit, & cū vtrumque eiuratio complectatur, vtriusque etiã sit exclusoria, oportet. Nec mirum, cum eiurans nõ solùm cadat titulo sed etiam possessione decedat, ideò qui in hunc casum, spoliatus est possessione sacerdotii, nullã causam afferre potest, cur se vi deiectum, deturbatumque dicere queat, aut interdico, ob turbã sibi factam, contendere, nimirũ, cum planè cõsiderit, defeceritque iure titulario. In altero verò proposito iudicio, quo agitur, de retinenda possessione, nihilo plus eiurator iste audiri, aut admitti debet, ad intèdendũ interturbatori vindicias, experiendũque iudicio retinendæ possessionis: cuius quidem iudicii instar est in Francia, querela rerum nouarum, iurisque nuper interpellati queribundũ iudiciũ, vel (vt vernaculè dicitur) casus felinæ & nouitatis, quia cum per eiurationem, possessione se abdicarit, quid ei negotii, cū hoc interdico possessorio, amplius esse potest? Nequè tamè id perpetuò verũ est, quinimo adferri possunt multa, in quibus non obseruaretur. Ecce enim quidam possessione deiciatur sacerdotii, deindè apud superiorem Antistitem eiurat, nonnè aduersus spoliatorem priorem deturbatoremque, interdico certare potest, vt in possessionem, qua malè deturbatus est, (nondum enim eiurauerat) restituatur, & profectò potest, nec ei tunc oberit spontaneæ eiurationis exceptio: causa est, quia exceptio illa, quæ obiiicitur eiuranti, ei qui cū despoliatus est, nihil dum eiurarat, haud quit officere. De hinc exceptio illa maximè respicit hac in specie ius titularium, & vix ferè, ad possessionẽ quicquã spectat, qua tũ perperã etiã ille iã, deiectus erat, ideò per eiurationẽ illã, possessionẽ neutiquã amiserat, cū ea tunc nõ potiretur, q̄ si tẽpore eiurationis illa potiebatur, diuerso cõtrarioque iure res tũ faciẽda foret. Scundus casus est, in quo non obseruatur prædictũ axioma videlicet

c glo § ad tollendum verbo libere de elect in prag. sanct. ioannes de selua questio xxxii. in iii. parte. d late genesi regu de trien possesso. questio xxxiii. nico. min. in repertorio. verbo permu ratio. e ca. consi tus & ca. quoniam cum ibi nota. de fili. presbit. fglo dics. ad tollendum ioa. de selua. dic. quest. xxxii.

g ca sollicite de resti. spolia.

h dic ca acco pra de resti. spoli. & dic. ca super hoc de renu.

videlicet cum is qui beneficiũ abdicauit, longo post tẽpore, in possessione illius sine turba permanfit, nã ob tràquillè cõtinuatã, vetustã illã possessionẽ, confetur eiurans, in iudicio saltem recuperandæ possessionis, ad vtendum fruendũque, iure quodã, & quidẽ iusto innixus fuisse, præsertim cū minimè sit existimandũ, ei per superiorem Antistitẽ, licuisse tã longò tẽporis interuallo, sine villo titulo possessionem beneficii sibi asserere, & eo potiri: Sic & iuris ciuilibus cõstitutione receptũ est, vt qui vi cõepit possidere, si statim possessione deiciatur, non possit quidẽ tũ in eã, ex interdico restitui, nec de ea causa actionem vllam intendere, quod si accidat vt possessionẽ illam, vi quẽsitam, longa postea temporis intercapedine, obtineat, possit haud dubiè, si ea deturbatur, aduersus tum deturbatorem interdico certare. Tertius est casus, in quo positũ cõclusumque axioma, non recipitur, quando scilicet, non est facta apud Antistitem superiorem sacerdotii abdicati eiuratio, nec eam post approbarit, suus verus antistites: sed de his, vt nunc res habet, iam plus satis, aliquando adferentur fusiora, tum & superiora accuratiũs limabuntur.

Titul. 17.

POTESTNE MINOR VIGINTI quinque annis in iudicio contendere, vt resignato restituatur sacerdotio.

Cap. 17

Sunt & aliæ permultę facti species, in quibus agenti in iudicio, & suum beneficiũ repenti, nõ debet officere abdicati beneficii eiuratio, neque agentẽ actione sua, postulatiq; adeptione explodere, quæ quidẽ species, sunt à nobis sigillatim efferẽda. Atque in primis, finge nobis aliquẽ, qui viginti quinq; annis minor sit, beneficiũ quod (venia ætatis à summo põtifice nominatĩ impetrata) obtinebat, apud superiorem Antistitẽ deposuisse, dein facti poenitẽtẽ, pigentẽque, velle illud mutato cõcilio vel retinere, vel repetere, instareque, vt id saltem sibi detur, ex capite legis, quæ minoribus restitutionẽ indulgit, nõ voti cõpos erit? hinc quidẽ, quia nõnulla cõcurrunt

i l. iii. s. cū i. gitor de vi & viarma ca. cū arma, ca. cum olim de resti spolia. panor dic. ca. solici lz aufre deci ca. tholo. de ci. ca. cccc. xxii.

quæ cōtrā pugnāt, obstatq; videretur, pculdubiò id illi p̄cise denegādū, atq; itā generaliter, firmèq; statuendū, minorē, ad eiuratū semel sacerdotiū, neutiq; redire posse, nec eo casu, restitutionis beneficio, vllō modo iuuandū: nā primū, norma iuris est, regula, ac p̄scriptio, vt quiuis homo quantūuis minor sit, quā viginti quīq; ānorū, possit per se quidē in causis sacris & (vt aiūt) beneficialibus, ōnes litigiosi negotii partes sustinere, ^a vt potē diē alicui dicere, & vicissim ab eo, in ius vocari, vadimoniūque per se obire, & sese in iudicio, corā sistere nec magis necesse habeat, quā quiuis alius, cōfirmata & maturetatis vir amicos, q; se, p̄ eo, ad tribunal exhibeāt, aduocare: perinde enī, quo ad forense iudicium attinet, de eo minore tunc statuitur, atque si maior esset, licet in aliis rebus, quæ sacræ non sunt, nec ad beneficiū sacri ius spectant, causa, cum id ætatis hominibus, in iudicio agitata, non interposita curatorum persona, nō sit vllius momenti: ^b Ratio autem diuersi iuris, in vtrisque causis statuendi, fuit, quia in rebus prophætanis & secularibus, qui minor est viginti quinque ānis, cēsetur semper, vt, est re vera, imbecillo ingenio, nec satis per se opportuno, ad his perfungēdum, quæ in iudicium subselsis pertractantur: at beneficiarius, qui eadē ætate minori, ceu iā maturus animi, à summo Pontifice, sacro donatus est beneficio, sanè tum ob eam ipsam Romani Antistitis, hac in re, interpositam auctoritatē, omni rei, quæ pendet ab illo, cui præfectus est, ecclesiastico ministerio, dispensandæ, tractandæ, administrandæ, & in foro etiam decidendæ, idoneus accommodusque cēsetur. Quod si hoc ei datur in forense iudicio agitādo, vbi multa opus est excussione animi atque maturitate consilii, cur itidem ei nō dabitur, in aliis rebus, extra iudiciū expediēdis? cuiusmodi est eiuratio, & donati beneficii spontanea abdicatio. Præterea minor, qui beneficiū apud Antistitē superiorē resignauit, illiusq; resignatorię eiurationis vi, a hī cuius erogātū est beneficiū, nihil tunc potest āplius pristino suo iure iniri, cū res integra nō sit, sacerdotiū enī donatione superioris Antistitis, aliō quopiam abiit, cōfectūq; est, ac planè exhaustum eiurationis negotiū: Et vbi res integra nō

a ca. si annū
de iudi. in vi

b l. acta s. fi
ff. de re. iudi.
l. vniuersis
qui da. tuto.

est, ibi sanè generali legis præscripto, minori vix succurri potest. ^c Præterea habēda est, hac in re, maior ratio vtilitatis ecclesiæ, q̄ illi^o, qui minorē se p̄fitetur, qui p̄fecto (si attēdēdū est veritati) illius gerēdæ, administrandæq; incapax est, minoris enī animus, maturo nōdū suffultus est iudicio, nisi quatenus beneficio Romani Pōtificis id ei est speciatū idultū, cui beneficio, cū renūtiat, ad cōmune publicūque ius reuertitur. Igitur prima illa gratia, & legū solutione, quæ odiosi iuris est, ^d meritisimò excludendus, & alii idoneo homini demādāda abdicati beneficii gubernatio, Adde, quod si minor se voto, religionis gratia, vult obstringere, potest ^e id quidem incio vel etiam reclamāte patre, aut curatore, atque in manū illius antistitis, aut sacrati religiosorum hominū custodis, conuenire, cuius mancipio se sponte addicit, nec illinc extrahi debet, quacunque de causa, prætextuque, postquam semel voti apertè professi factus est reus, quantūcunque alleget cause: turque minorē ætatem: Possent & alia pleraque adferri, quæ huc pertinent, multis enim & fortè validioribus argumētis, hoc ipsum innititur, sed ego ea nunc prætermitto, dicā tantum, doctores nostros, diuersis sentētis, hāc rē sanxisse: quatuor enī potissimè enumerātur, quarū prima fuit accursii, ^{ff} qua minor uiginti quīq; annis, ab omni restitutione, eiurati sacerdotii exploditur, nimirū cū se (inquit accursius) nō magis lēsū, circūuētūq; possit verè dicere, quā graui releuatū onere, grauiq; cura, & laboriosa occupatiōe relaxatū. Secūda fuit opinio hostiēsis, quæ ānuit, cōmodū fani de quo agitur, cuiūq; bono minoris p̄ferēdū: atq; ad id vnū, hoc in negotio imprimis respiciēdū, Itaq; si è re sit illius ecclesiæ, minorē abdicatæ præfecturæ restitui, restituaatur: sin illi, ecclesiæ sit detrimētū, penitus excludatur. Tertia adfertur sētētia, in quā itur frequētī^o: ^h eā autē rē totā tali distinctiōe extricat vt à minore facta eiuratiōe, & à superiore Antistite cōfirmata qdē, & admissa, sed nōdū vi illi^o, donato vlli beneficio, minorē tunc cēseat abdicato sacerdotio restituēdum: Quid enim obstare potest, quomin^o id fiat, nō enī s̄citur vllō iure, minores in hīce reb^o sacris spiritualib^oq; nullo adiuuādos bñficio, si se, pbēt

c l. quod si
minor s. scē.
uola ff. de mi
no. l. fi. C. de
repu. hared.

d ca. quam
uis de res-
cripti in vi.

e cap. xlii.
quætitio.

ff accur. l. ait
prætor. ff. de
mino.

g ca. qui epi-
scopatū viii.
quæstio. pa-
h glo. & fre-
quētis do-
cto ca. ex par-
te dereft. spo-
lia. nico. b. ca-
tri deci. parla-
bur de. deci
occl.

vel laesos, vel circumuentos, nec satis constat, qua lege contrarium disputatur, nec obest, si dicatur, quod dictum est videlicet, vult lex sacra minores posse & arcessere, & arcessi iudicio, dum id res postulat, non tamen propterea, restitutione, quoniam damnum, ob ætatis imbecillitatem contraxerunt, illos excludit, sic ecclesia ipsa, etiam si ad agendum, & omni iudicio experiendum, pro conseruando iure suo, admittatur, non ob id tum restitutione exploditur, cum iacturam rei suæ fecit, vel in contractu, vel in quouis iudicio, immo vtrobique, instar minoris viginti quinque annis, in pristinum locum suum restituitur, ⁱ Minori igitur beneficiario, simile ius non est denegandum, quoties illi damnum illatum est, licet alioqui gerendæ rei ecclesiasticæ (ob veniam ætatis impetratam) capax censeatur. Quod tamen viam ad obtinendum, in hac, de qua loquimur specie, restitutionem ei neuti quam præcludere debet, ^k idque adeo firmum hac tertia in sententia constituitur, vt existimetur, in hunc casum, nihil eiuratori, qui minor beneficium abdicauit, necesse esse, nouam & recentem, eiurati fani donationem, collatione uel sibi procurare, verum antiqua sua collatione, ^l aduersum omnes se posse tueri. Et hæc quidem mihi dicta sunt, quoad eam distinctionis speciem, quæ priori loco hinc posita est, Quatum verò attinet ad alteram, nempe quando dimissio beneficii, apud superiorē antistitem, à minore facta est, & illud ipsū beneficium, ab eodē antistite, in aliū quēdā, itidem collatum, tū sanè isti sua itē in tertia sententia, innuūt, minori illi resignatori, nullū haud dubiè restitutionis beneficiū suppeditari posse, propterea quod minor iste eiurator, cōtēdere tūc videtur, de lucro sibi apponēdo, req; sacra, etiā cū ablatione iuris quasi tū alteri, (quod planè iniuriū est) ad seipsum retrahēda, & nō de sacra cōceda alioqui, quā nullam, hac in re fecit, patrimonii iactura. Huic quidē tertiæ istorū doctorū opinioni sic distincte, crebrius à nostris iurecōsultis, subscriptū putatur. ^m Ad iugiter quarta Panormitani, ⁿ quæ rem magis distinxit, cēsuit enim diligēter animaduertēdū, nēpè si abdicato à minore sacerdo-

i cap. i. de in
inte. rest. ex.
& ca. p. & ii.
de in integ.
rest. in vi.

lz glo. bar. &
bal. l. p. c. si de
momen. pos.
l ca. quauis
cum glo. de
rescrip. in vi.
panor ca. ex
parte de rest.
s doliar.

m glo. & ca.
dic. ca. ex par
te nico. boer.
deci. parla.
burde deci.
eccl.
n pa. ca. ex
parte de rest.
spolia.

tio antistes superior cōfirmata eiuscemodi abdicatione, illud cuiquā alteri cōtulerit, tuncque omnem restitutionem minori illi eiuratori denegat. Quod si confirmata quidem à superiore antistite abdicatio fuerit, non tamen alteri donatum collatum uel sacerdotium, inspiciendū rursus antequam minori restitutio detur, an minor sit affectus magnis difficultatibus, adeoque fortunis omnibus læsus, & diminutus, vt vix ei quicquam superfit aliud, quo victum sibi parare queat, nam hoc solo beneficio, vitam suam sustentabat, atque tunc quidem, quia manifestò constat, eum eiuratione illa magnum incommodum accepisse, haud dubiè restituendum. Quod si aliundē sit, vt viuat, tunc contrà restitutione eiurati sacerdotii excludendum.

Alii pleraque alia huc attulere, sed his quæ dicta sunt non ab similia.

Quod ad me attinet, quia omnem rem sacram, & ecclesiasticam, à dolo procul esse volo, existimoque illam debere minus quam prophanam, fraudibus esse obnoxiam, ^o video item huiusmodi minorum res, commendatas esse tutelæ ecclesiæ, atque in fidem ipsius receptas, ^p Censeo in proposita facti specie, si eiurator ille, nondum plenos pubertatis annos attigerit, factam ab eo eiurationem sacerdotii, prorsus nullam esse, ^q quia licet autoritate summi pontificis, fano illi præfecti sint, id ætatis adolescentuli, nondum tamen, regendi, administrandi, accurandique arripere plenam copiam, ab his enim abest animi maturitas, ingeniique & concilii, ^r nec vlla iuris fictio, aut præsumptum legis iudicium, quicquam horum illis elargitur, quod ipsa planè aufert veritas: ^s etenim valde ineptum esset, vel iniquum potius, adolescentulū qui dū vix satis pubes est, ac nō potest tū in his etiam rebus, quæ ad beneficium spectāt, sine tutoris auxilio adesse ad iudicium, ^t posse suo ipsius nutu atque arbitrio extra iudiciū (vbi sanè maior est fraudis & leuitatis suspicio) abalienare sibi pontificia gratia donatum beneficium, & hoc quidem in puero nondum satis pubere. quod verò at-

o ca. cū vni-
uerso. ex. de
re. permuta.
p ca. i. & ec.
lxxxvii. dist.

q ca. si. s si ve-
ro de iudi. in
6. ca. ex ratio-
nti. iuncta glo.
verbo aratē
de æta. & ca.
r s præterea
quib. non est
per fa. testa.
s ca. ex eo de
elect. in vi.

t dic. s si ve.

tinet ad eos, qui puberes quidem sunt planè, nõdum tamen ad vigesimum quintum ætatis suæ annum peruenerunt, mihi valde probatur Panormitani sententia.

Titul. 18.

DE INCESTA BENEFICIO-
rum nundinatione, quam simoniacam resignationem,
vel prouisionem appellamus.

Cap. 18.

Sc nec valet in iure nostro incesta hæc sacerdotiorum licitatio, siue illa hæc, eiurationem vel resignationem gignat, quæ nummaria sit, siue aliam quamcunque nundinariam collocationem, ordinationemue pariat, adeò enim id ambitus semper odiosum fuit, tum deo ipsi optimo maximo, tum hominibus probatæ vitæ, vt qui pontificias leges condidere, omne sacrilegum huiusce generis commercium vltiçe pœna sint acerrimè persecuti: sed quia materia ista ab omnibus ferè doctoribus nostris fuit hætenus fusè perbellèque tractata, faciùdum duxi, vt ea à me breuiter & electè cursim describeretur. itaque & tribus, ad summù axiomatibus distingui, aut enucleari posse censui: primum, ad suffragia, & comitia spectat, partemque electionum respicit, in qua parte, hoc generaliter effabimur, nempè electionem omnem, ambitu factam simoniaco nullius esse momentum, quinimmo ad irritum ipso planè iure cadere, id quod ipsi sancitum etiam fuit, Constantiensi concilio, dein Basiliençi: obseruatur autem, etiam si in scio eo ipso, qui electus est, homine, simonia electionem conflagrit, ita, vt licet qui electus est, nundinarium quidquam, suo nomine, suaque de causa, suffragiis illis adfuisse prorsus ignoret, nõ potest tamen illius electionis vi, beneficium, ad quod vitiosè accitus est, obtinere, nec id quidem, etiam si illo continenter & sanè legitimo iure post donaretur, causa est in pròptu, quia contagus simoniaca, quæ electioni causam dedit,

a ca. super hoc de renũ. ca. presby. i. quest. i.

b ca. de testa. vers. per electiones de elect. in ex. cõmuni. c ca. sicut § quod si aliter de elect. in prag. d ca. si alicuius de elect. e pan. die ca. si alicuius.

vel adiumento fuit, candidatum, electumque, ita isto beneficio indignù reddidit, vt illù hac interregni vacationisque vice, ab eo protinus cõsequendo omninò submouerit, nec, nisi labe illa, quæ rei inest, planè obtrita, purgatoq; scelere, sacerdotio illi præfici vnquam potest, Censebitur autem abiisse scelus, si interim quisquam alius, ex ea illa vacationis causa, beneficio illi alligetur, & tunc demù poterit ipse potestè, diluta sic simoniæ labe, istud ipsum cõsequi sacerdotiù: modò id tum fiat, iusto legitimoque iure. Obseruatur item primum istud & generale axioma, in eo etiam casu, quo labe ista vnùquepiam eligentium attigisset, & quidem eum solum, ex omni ea sacrorum hominum corona qui viritum ferunt suffragia, nam vnus solius noxa, quæ sit eius generis, vitiatur tota electio, adeò semper odio flagrauit, in rebus diuinis, nundinaria isthæc licitatio: quæ facit, vt vitium vnus ad cæteros, & quidem illius vitii ignaros, atq; inconscios pertineat. licet alioqui in casu non multù dissimili diuersum quiddam fanciatur. Ecce enim qui diro programmate tenebatur, auctoritati cuidam in publico conuentu hominum, vniuersitatèque cõsignatæ interfuit: num pessum ibit, ob huiusmodi hominis præsentia, cõsignata ibidè auctoritas? & responsum est, eam nullo modo pessum ire, nisi si homo is qui abdicatus erat à parète ecclesia, illò fuerit ab aliis illius coetus hominibus scienter admissus. At tamen sua quædã alia adfertur facti species, ad quod factum, supradicti axiomatis, proloquiũ nostrũ referri nõ potest, quũ videlicet speciepiaculũ istud simonia cõadmittitur, vt fraudi sit illi, qui eligi speratur, nã tunc, quia dolus is exhibetur, vt electione evertat, & cãdidatũ sperata præfectura defraudet, electio illa salua firmaq; manet, Qui autè sit is, qui ius habet, quoad simoniã ppetratã homines lege soluèdi, dicitur alibi cõmodius. Nũc reliqua duo axiomata, psequèda sequitur ergo secũdũ, præcedèti nõ dissimile admodũ, ita habens. Omnis nũmo, vel mercede quauis alia, quæ ab illicita nundinatiõe ortũ ducat, sacerdotii facta collatio, ne cõsistito,

f Panor. die. ca. si alicuius de elect. in Anti.

g docto. die. ca. si alicuius.

h ca. nobis ext. de simo.

i ca. si de p. cu. ca. in illo de elect.

K ca. nobis ext. de simo.

L Panor. ca. si moniacæ ext. de simo.

m ca. presby at penitus euertitor, ^m idque ipso iure, nam ita receptum
 ter. i. quæ- est, Licet quandoque hac in re (hoc est, sitnè nulla ipso iure
 stio. i. ca. con est, Licet quandoque hac in re (hoc est, sitnè nulla ipso iure
 stitutus vers. sic facta collatio, an circūducenda, tollendaque decreto) sit
 ceterū de re aliquādo inter Doctores nostros cōtrouersum, ⁿ Quæ cō-
 li. domi. trouersa, atque dubitatio terminata fuit, Constantiensi at-
 n glo. ca. si- trouersa, atque dubitatio terminata fuit, Constantiensi at-
 cut. s. quod que Basiliensi cōciliis, ^o de quibus paulò antè meminimus,
 si aliter de queis cautum, statutumque est, omnia, quæ simoniæ gratia
 elect. i. prag. geruntur, ipso iure nullius esse momenti, sublata prorsus
 sanct. distinctione (vtrum is cui donatur ea de causa sanum quod-
 o Dic. ca. si- cut. s. quod si uis, eam labem sciuerit necne) ^p quæadmodum in electione
 aliter, excussum est, & cōclusum. Superest tertium axioma, ad eiu-
 p ca. exhibi- rationes & resignationes spectans, quod in hanc profertur
 ra de re. per- rationes & resignationes spectans, quod in hanc profertur
 muta. Panor. sententiam, Quæcumq; simoniaca labe infecta fuerit eiu-
 dic. ca. si ali- sententiam, Quæcumq; simoniaca labe infecta fuerit eiu-
 cuius, ratio & resignatio, penitus illa concidat, nec vlla firmitate ni-
 q ca. ordina- tatur, ^q nam sicuti ex ea causa non videtur nec quit vllò
 tiones. i. pacto consistere, ne paululum quidem facta collatio, ita nec
 quæst. i. pacto consistere, ne paululum quidem facta collatio, ita nec
 r c. i. de iur. eiuratio eo nomine procurata valere potest, quia vitium,
 in. vi. Inno., quod in re sacerdotali, ad eptionem pessundat tituli, illius
 ca. super hoc de renunt. & quoque dissolutionem euertit: ^r & id quidem verum est,
 ca. cū vniuer etiam quoad eiurantem ipsum, ita vt illius damno, incom-
 forum de re. permu. Ar- modoque, nulla sit eiusmodi eiuratio, ^s ad vnum tamen in-
 chi. dic. ca. tendēdus animus, népe cū sic facta eiuratio nulla dica-
 ordinatiōes, tur, & quidem detrimento maloque eiurationis, sequitur
 s Rota deci- tamen eiuratore non censerit ipso iure, vi talis eiurationis,
 cccxxvi. in quæ nulla est, exactum esse priuatumque ab dicati beneficii
 anti. Inno. & mancipio aut titulo, sicuti nec aliæ generaliter à beneficia-
 Hosti. ca. tua rio admittē noxiæ, ipso iure eos beneficiorum titulo deii-
 de simo. au- fre. deci. ca- pellæ tholo- ciunt, sed sunt dehinc damnatoria tabella, ob admissum fa-
 pellæ tholo- dec. 439. cinus, illinc expellendi, ^t Quamuis Baldus a pertè adstruat,
 t Inno. & ra eiurationem simoniacam, nō quidem valere, sed tamen pri-
 nor. ca. cū in uationem abdicati beneficii secum planè adferre, inducerē-
 nostris ext. que, ^u ita vt omnē ius ab eiurante prōtinus abeat, Inferunt
 de cōce. præ tamen etiam nonnulli, ex antedictis, cū eiuratio, cui simo-
 bc. et Feli. ca. nia causam vel adiumentum dederit, non valeat, integrum
 querelā de quod in du- tum liberumq; esse eiuratori, beneficium illud iterum eiu-
 iure phy. de ci. cōci. clxvi v Bald. ca. nuntia.
 quod in du- nuntia.
 bis. de re- rare

rare resignarēque; ^x quod & sancitū videtur huiusce se- ^x Rebuffi in
 natus præiudicio, cū maximè talis eiurator debeat iudicis praxi. de mo
 sententia priuari, ^y Id propterea, nemini mirum videri de- do amittēdi
 bet, aut ineptum, aut falsum, si intereā loci, valeat resigna- beneficia nu.
 toria eiuratio, in gratiam cuiusdam hominis aliū, absque xxxv. Gal-
 vllò simoniaco vitio, rursū ab eo consignata, qui iudicis li. aresto. 340
 sententia, beneficio quod antea, perperam, & simoniacæ re- y domi. cōci.
 signarat, priuandus quidem erat, at nondum sanè priuatus, cxxv. ranor.
 quo tempore hanc alteram eiurationem, canonicè dictauit. et Iuuo. dic
 ca. super hoc
 in glo. in ver-
 bo pecunias

Titul. 19

DE EIURATIONE VEL RESI-
 gnatione metu facta, estne ipso iure nulla, an rescin-
 denda iudicij calculo.

Cap. 19.

EXcipitur item, à prædicto iuris præscripto, quo diceba- a ca. ad au-
 tur, per resignationem abire statim ius à resignatore, ex- res ca. abbas
 cipitur inquam, resignatio, quæ per metum fit, quam cer- de eo quod
 tum est firmā diutināque esse non posse, ^a Sed huc ingens me. causa.
 quædam obtruditur hæsitatio, nō vt dubitetur, num illius- b ca. ad au-
 modi eiuratio vim vllam firmam habere queat? clara enim diētā de eo
 res est vim tandem habere non posse, ^b neq; longo tēpore quod me.
 quire consistere. Sed quæstionis est, vtrum illa mox non cō- cau. dic. ab-
 sistat, an consistat quidem primò, sed postea sit tollenda, vel bas. dic. ca. ad
 iudicis officio, vel ea actione, quæ ex præscripta conce- aures.
 ptaque, de eo quod metus causa, formula, intendi solet. c Glo. ca. su
 Et certè in hac enucleanda quæstione, ad eò in varias con- per eo de re-
 trariasque sententias distrahuntur iuris nostri præcepto- tū. Inno. ca.
 res vt vix concerni queat, in quam partem sit frequentius ad audientia
 itum, ita vt quodammodo ineptum videatur, vel malè fir- de eo quod
 mum, quicquam pro certo, hac in re adferre, Etenim illo- me causa.
 rum quidam ^c censuerunt, huiusce generis resignatorias Rota deci.
 eiurationes, quæ per metum fiunt, valere quidem initio, cclxxiiii. in
 nouis. Inci.
 fuit dubitatū
 ca. multorū
 de pō. in cle.
 Anfre. deci.
 capell. tholo.
 deci. cclxxx.

fed eiuratorem postmodum in pristinam rem suam planè restituendum, id quod multis rationibus cõfirmarunt. Primo enim loco innituntur ex Romani Pontificis constitutione, qui Pontifex videtur id ipsum clarè statuisse, ^d nam cum ad tribunal illius proposita facti specie, concertaretur, de quodã beneficio, per metum eiurato, ipse tum nominatim ob causam metus huius, qui in eam eiurationem beneficii iniectus erat, generaliter super tota metus causa, quacumque in re, ille metus adhiberetur, pronuntiauit, sanxitque, vt ea, quæ vel vi, vel metu facta probarentur, in irritum reciderent, reponereturque in eo statu, in quo prius fuisse clarèsceret, & sic eiurator ille qui vi, vel metu eiurasset, abdicato restitueretur sacerdotio. Sic igitur restituendus dici nõ potest quin aliquo pacto valuerit eiuratio: sed illa postea in nihilum est redigenda. Præterea argumento ab eo loco deriuato qui ab speciali peculiarique appellatur, vt scilicet quod vna in re speciatim statuitur, in ipsa quoque speciatim consistat, atque in aliis ne valeat, videtur sanè id clarè decidi: nam cum idem summus Pontifex decreuerit, ^e statueritque, beneficiorum eiurationes, vtpote quæ ab eis extorquentur, qui eam ob causam à potentioribus, vel magistratibus, vel prophanis laicisque dominis magnis, in carcerem indignissimè rapiuntur, atque illis tantisper asseruantur, dum resignauerint, ipso planè iure non consistere, idque factum sit odio, atque inuidia huiusmodi hominum, qui sui magistratus potentia, tyrannidem in beneficiarios exercebant, eosque vi & metu omnis generis, ac plerumque cõprehensione corporis ad abdicanda cõpellebant beneficia, manifestè constat, hoc ipsum in eum speciatim casum ita sancitum, ad alios casus, qui etiam in metum, ab aliis quibuscunque priuatæ cõditionis hominibus adhibitum, scidi possunt, minimè diducendum, quia peculiariter in eam ipsam facti speciem, quã enarrauimus inductum est. Insuper hæc opinio videtur iuris cõmunis sanctione planè inniti, qua cautum est, quæ metu geruntur, valere quidem mero iure, sed rescinden-

d ca. abbas
de eo quod
metus causa.

e cle. ii. §. Sa-
ne de pe. in
ele.

da, ^f quia ab eo quod metu fit, nõ planè abest illius, cui metus incutitur, volũtas: & vnde res per metum gesta, sua quodam modo innititur substantia, tametsi volũtatè quæ huic rei substantia sit, metus expresserit: ob id quoque diruta substantia, quia minus firma, diruitur etiã ipsa res, quæ tamè initio aliquatulum steterat, Quæ quidè si sunt vera, vt isti putulerunt, sequeretur ergo statuendum esse, eiuratore quemuis qui per metum beneficiũ eiurat, necesse habere, aliam sibi denuò beneficii eiurati collationem ^h procurare, nam per factã pristinã eiurationem, ius omne ab eo abscepsit, ⁱ & in eum, cui, vi talis eiurationis, collatum est beneficiũ planè tránsiit, vnde nõ bene à superiore præscripto generali, hic casus esset exceptus. Verũ enim uero, istorum sententia certè citra magnã velitationem & controuersiam recipi non potest, nec enim videtur absolute vera, quin plerique contrarium adiiciunt calculum, atque omninò sentiunt, eiurationem sacerdotii factam vi, vel metu, nullo modo consistere, sed ipsa iuris tum æquitate, tum mera summaque iustitia decidere, omniq; planè columine & fundamento cassam esse, ^k idque maximè cõfirmatur, argumento à contrariis deducto, quorum eandem vulgò dicunt esse disciplinam, præceptionemque, Videmus ergo electionem eo modo factã, nullã vim habere, sed primo statim inspectu præcipitè exturbari, quia suffragiorum libertas, neq; vim admittit, neq; metum vllũ. ^l Quod igitur in electione, per quã ius acquiritur sacerdotii statutum est, cur id ipsam, in eiuratione, qua acquisitum perditur beneficiũ, non statuendum? per contrariorum vt dicimus, assumptionem traditionemque, quorum eadem in iure nostro solet esse ratio. ^m Præterea vt à similibus (vel quod magis dicere par est) à minoribus ad maiora ratiocinationem dicamus, quò diuina excelsiora sunt humanis, magisque præstant, nonne planum est, vi vel metu initum coniugium humanum stare nõ posse, sed omninò cadere, soluiq; quæ (malum) igitur inuidia est? quod in matrimonio mulieris & viri (quæ quidem res ad corpus pertinet) decisum

f L. i. c. de re
sci. vend. l. iam
repositas ca.
de transact.
g l. si mulier
s. si metu. ff.
quod me cau
sa.

h probus ad
di. ad Ioa.
mona. Rub.
derennun. nu.
xxvi.
i L. cum præ
cibus de re.
permuta.

K Rota de
ci. ciii. in an
ti. autho. dic.
ca. super hoc
Hé. Bo. ca.
quod in du-
biis de renũ.
Glo. s. ad tol
lendũ verbo
libere de
elec. in prag.
sanc. probus
addi. ad Ioa.
mona. in
rub. de renũ.
Moder. pari-
sienfis reg. de
in sũ. refig.
l ca. in nomi
ne. xxiii. dist.
ca. vbi peri-
culũ. s. ceter-
rum de elec.
in. vi.
m L. i. de his
qui sunt sui
vel alie. iur.
n ca. cũ locũ
de sponsali.

est, id ipsum in eo matrimonio, quod ad animos spectat, diciturque spirituale, itidem obseruari; præsertim cum quædam etiam analogica ratio id suadeat, cumque item generaliter præscriptum sit, negotium omne spirituale, vel sacrum, vi, metuue decisum, aut gestum, nullo iure subniti posse. sed perinde habendum ac si nihil omnino actum esset: vnde non consistit ab alienatione rei sacræ, vel ecclesiasticæ, quæ vis aut metus induxit.

Et certè pontifex ipse Romanus in dicta clementina secunda, per id ipsum videtur expressisse aut apertè constituisse, si locus ille citrà cauillum accipiatur: nam cum ibidem scriptura clara sit, annuës quæ metu aut vi eiurantur sacerdotia, nõ rectè eiurari, ac eiusmodi eiurationem nullam esse, cur illam scripturam, ad illum tantum specialem casum, qui supra enarratus est de potètiõibus hominibus, publicisque magistratibus strictim contrahemus? cum verisimilius sit, in eo loco, regulam generalè, à potènti cõstitui quæ peculiare casum decidi: nec satis firmæ sunt, quæ in contrariam causam adferuntur rationes, nã cum dicitur legibus cautum esse, gesta per metum valere quidem mero iure, sed rescindenda, voluntatè enim quæ omnium rerum agendarum columen est, ac fundamentum, ab eis plane non abfuisse: id quidem dictum, decisionem istam iure suo nõ cõcidit, nã ad eos omnino actionum casus pronuntiatum illud referri debet, in quibus requiritur simplex vel cuiusmodi agendum cõsensio, nõ itè ad eos, qui vt firmi sint, nõ solum assensionem sed & liberam etiãnum postulãt voluntatè cãdidi animi, tãquam necessaria duo fundamenta: quorum alterum, est eis veluti materia quædam, ac substantia, qua gignuntur, & fiunt, alterum verò, seu forma, & qualitas, qua & informantur, & firmitudinem accipiunt, cuiusmodi sunt omnia spiritualia negotia.

Quare mea quidem sententia est haud dubiè concludendum, eiurantem in hoc casu, ad eiuratum per vim vel metum sacerdotium mox redire posse, nec necesse habere restitutionem aut collationem donationemue sibi ab integro procurare, Nam quid opus est periodis, & circuitionibus in re clara? quidue tanta vel concursatione, vel in iudicio

o ca. peruenit de iureiu. i. d. ca. si sine xii. quest. ii. ca. i. de re. eccle. non alie. p. cle. ii. s. fanè de pet. in cle.

q. dic. l. p. de resc. ved. dic. l. interpositas de transa.

r. ca. pisanis de rest. spoli. glo. ca. notifficasti xxxiii. quest. v. pan. di. ca. c. locum pa. ca. si vero de iureiu. & ca. ex parte de rest. spolia, & ca. abbas nu. ii. de iureiu.

contentione, pro isto, iuri suo restituendo, quod nunquam à se amiserit: præsertim etiam quum in hac sententia quam dico, nulli alteri, fiat verè neque fraus neque iniuria, & paratur rei familiari, vitatur enim impendium, quod finè causa in parandam nouam collationem, conferendum esset ab eiuratore illo, qui absque ea pristino iure suo firmo bonoque inniti potest, cum eo quidem iure, per eiurationem illam factam vi aut metu, nullo modo censeatur exactus, Metum autem hinc accipiendum Labeo ait, nõ quemlibet timorem inane, sed maioris mali, nam talis metus eiurationem haud euerteret, qui vanum hominem perterrere posset, sed talis metus desideratur, qui constantissimum hominem turbare queat, sicque relinquitur, ab illo magno generali præscripto quod supra dudum positum est, hanc quoque facti speciem isto in capitulo disputatam, rectissimè eximi posse.

t. l. metum i. de eo quod me causa ff.

v. l. metum ff. l. nec timorè ff. de eo quod me causa ca. ad audientiam illo tit.

Titul. 20.

VTRVM QUI PVBLICVM ADMISIT CRIMEN, STATIM PRIUETUR POSSESSO SACERDOTIO, AN EXPECTANDVM, VSQVÈ DVM IUDEX, HAC IN RE VEL DECREVERIT VEL PRONUNTIAVERIT.

VTRVM QVÆRENDVM, AN INTERIM DVM IUDEX COGNOSCIT DE CRIMINE, BENEFICIARIO QUIDEM QUI REUS EST, LIBERVM CENSETUR ESSE, SACERDOTIVM APVD MAIOREM ANTISTITEM EIURARE.

Epitome rerum hic excutiendarum.

- 1 Clericus publici criminis patrator, & Reus, non idcirco suo statim deiicitur sacerdotio.
- 2 Non est iudicis in arbitrio, nutuque poenam statuere, qua clericus, sua re sacra exigatur, moueaturque, nisi

a ca. clericis
si cler. vel
mona. ca du
dum i. ex de
elect. ca ex li
teris & ca. fi.
de excess. pro
la. ca per tuas
ext. de simo.
inno. & pa
nor ca inno
stris de conce
prab. panor
& fel. ca que
reiam de iure
iu. deci. capel
tho. deci.
ccccxxvi.
b ca. inuen
tum xvii que
stio vii. ca per
uersum lvi.
dist. panor ca
ex tue ex de
pe.
c s. cu igitur
ibi nec quæ
libet lex est
id dicens de
non elig. se
nub. l. at si
quis s. diuus
in verbo pœ
nam ff. dereli
& sumpt. fu.
glo. & panor
ca. fi. de iur. pa
tro ca illum
nu. xii. de col
la.
d ca. felicitate
pe. in vi.
e ca. cum secū
dum de here
in vi. ca. ad a
bolendam il
lo tit. inanti.
f dic. ca. cum
secundum le
ges de here.
in vi. ioa. fa
bri s. i. quib.
alis non licet

quatenus id ipsum lex nominatim dicitur.
An in crimine deprauatae religionis, perduellionisque, inducitur in beneficiarium reum horum scelerum, ipso iure beneficii priuatio.
An porro ipsius beneficii collatio a superiore est Antistite protelanda, in diem expromendi proferendique eius de noxiis iudicii.
An interim dum exercetur quaestio, agiturque iudicium de beneficiario, sceleris publici postulato, potest is si quæ habet, eo quaestionis & causæ criminariæ tempore, sacerdotia liberè, ad nutumque suum deponere, atque eiurare.

Cap. 20.

Quod ad primam quaestionem attinet, certum est, beneficiarium, qui criminis cuiusquam publici reus est, & affinis, non ipso iure, hoc est, mox & momento temporis, post admissam noxiam, possessio expelli sacerdotio: at necesse est ut hoc iudiciali fiat calculo, idque clari & aperti iuris putatur, soletque ex graui delicto, a clerico perpetrato eiusmodi priuationis sententia, non ex leui culpa, vel delicto, nec passim ad arbitrium iudicis ferri, nisi, quatenus a lege expressè deciditur; neque enim iudici licet, clericum reum cuiusdam criminis, sacerdotio deturbare, nisi quæ id ipsum a iure nominatim in hanc rem conscripto ei demandatur, ut habet vniuersum iuris præscriptum; plerique tamen casus, speciali nota, ab hoc generali iuris præscripto demuntur, in eisque, peculiari legis constitutione, fit statim consummato scelere, sacerdotii ipsius, ab eo reo possessi ademptio: cuiusmodi fit, in crimine perduellionis, a clerico beneficiario perpetrato, Eademque videtur causa hereticæ impietatis, in his enim, etiã nõ expectata sētētia, videtur mācipiū ipsius sacerdotii titulariū, de manib⁹ delinquentis abiisse, ita vt libera donatio, seu collatio, ad superiorē Antistitē, lite etiã sup huiusmodi crimine, nõdū finita, deferatur. quod & cōcilio Lugdunēsi,

ioa. andræ ca. commissa de elect. in vi.

in famosis latronibus receptum est: alias regulare est, vt antequam sententiã, sacerdotio clericus non priuetur, nec item damnatus ceseatur quod attinet ad priuationem, si quidem pro uocatione interpelletur iudiciū: quod Eleutherius & Sixtus sapientissimi pontifices, legibus suis constituerunt, & Sardicēsi Concilio patres confirmarunt: nec adhuc satis inter nos conuenit, si in perduellionis crimine, non expectata sententia, mancipium ipsius sacerdotii, de manibus delinquentis abeat, ita vt nulla præuia declaratione, collatio ad superiorem antistitem deuoluatur, Aliis, nullam sententiæ declarationem necessariam fore antè collationem sacerdotii, existimantibus, aliis porro in ea re dissentientibus. Quæ causa, tota alibi discutietur.
Sed in alia, quæ sequitur, quaestione decidenda maius inest negotiū: an videlicet si beneficiarius ille, qui fordidatus causam dicit in iudicio potest interim dum instituta apud tribunal publica actio iudicatur, & nihil dum pronuntiatum est, quod eum excludat, ab obtento beneficio, beneficium illud, quod possidet, apud Romanum pontificem, in gratiam cuiusuis alius hominis, resignare: hic non nihil hærendum est, & tamen frequentiore Doctorū nostrorum schola, deciditur eiurationem a beneficiario, qui priuationem beneficii, ob admissum scelus commeruit, nondum tamen est condemnatus, nullo affectam vitio censerī, sed esse firmam & validam.
Idque existimatur, quatuor potissimum Romani pontificis decisionibus innixum esse, quibus, rei scelerum appellati, interim dum de crimine cognoscebatur, stabatque accusatio, admissi sunt, ad eiuranda quæ possidebant sacerdotia. Idque adeo verum censetur, vt quidam illorum, quorū in hæc opinionē inclinatur animus, senserint, valere quidē eiusce modi eiurationē, etiã si facta sit, cū de crimine priuatione uel sacerdotii iam pronuntiatum esset, modò ad aram (quod aiunt) prouocationis sit confugitum, quod instituta, & denuntiata appellatio, cognitionē iudicis, a quo prouocatum

g titu. de ho
mi. in vi.

h can. quan
uis iii. quest.
vi.

i can. accusa
tus iii. quest.
vi.

l2 ioan. and.
ca. commissa
de elect. in vi
l fel. ca. cum
ab homi. ex
de.

m glo. ca. ii.
verbo finite
vt li. pend. in
vi. glo. prag.
sanct. s. item
in super verbo
dispo. de
colla. domi.
conci. cv. an
fre deci. cap.
tho. 436. ni
co. bec. deci.
bur. dec. 206.

n ca. dudum
ii. de elect.
ca. ex literis
& ca. si. de ex
ce. pre. ca. per
tuas de simo.
o pro. ad. glo
ad prag. san
dic. s. item in
sup. ver. disp.
addi. xii. reo.
in sua praxi.
rub. demodo
amit. bene
nu. lii.

est, plane diremerit, & suspenderit, vndè reo, integrum sit, quousque sit factus disceptandi finis, & terminatio, quocūque legitimo modo, explicare se obtento sacerdotio: atque ità aiunt iudicatum esse, placito huiusce nostri Parisiensis senatus, ^p atque ea est vulgatio, crebriorque doctorū nostrorum, quantum spectat ad hanc secundam quæstionem, opinio, Quod tamen ad eos casus pertinere non potest, in quibus, lege ipsa, nominatim, inducta est beneficij priuatio, nā tum inefficax planè que inutilis esset quacūque eiuratio, potestque superior Antistes, non expectato iudicium damnatorio calculo, beneficia huiusce generis, in alium quemuis, pro nutu, atque arbitrio conferre: ³ tamen si non queat nouitius hic beneficiarius, cui donatum est, eo modo vacans beneficium, possessorem antiquum possessione deturbare, eaque illum depellere, nisi antiquus beneficiarius damnetur iudicium sententia, ^r Eamque, vulgatiorem quidem & frequentiorem doctorum decisionem, altero magni cōcilij placito confirmatam tradunt, ^s & ipsam senatui Burdegalensi aliquando placuisse autor est Nicolaus Boërius. ^t Sed tamen adfertur & alia quædam nonnullorum sententia, quæ dissidet ab ea, quæ iam à nobis recensita est opinione, nā isti, quos nunc subiicimus, ^v opinantur, rem distincta quadam moderatione, & differentia aliqua, ità temperandum esse, vt multa in hoc iudicio sint aduertenda, Nam inquit ipsi, pone, exēpli causa, qui criminatione in iudicio premebatur, post atrocem aduersum se factam petitionem, intentatamque aduocationis publicæ & regiæ postulationem, post item conclusionem in causa, quæstionisque scriptæ constitutum in curia iudicium, vel post ipsa aut patefacta iteratauè, aut cōmissa secum ac recognita testimonia, cum iam commendationi propinquus sit, nec vlla vel inficiatione facti, vel tergiuersatione crimen potest obterere, vult beneficio apud Romanum Pontificem, amico cuidam cedere, num exaudiendus est? nō quidem certè, aiunt ipsi, vel multis iurisperitorū respōsis id dictum propè confirmantibus: & primò prodeat Lex Marcelli,

p probus dic
addi. glo.
prag. sanct.
verbo dispo
nere.

q ca. licet ca-
nou ca. com-
missa de elect
rota deci. inci
accusatus co-
ra u ordinari-
o tit. de re
iudi. reb. tit.
de mo. amitt.
benc. in i. in
sua praxi boe
deci. ccv. in
fine.
r ca. licet de
præbéd. in vi
srebus. in sua
praxi tit de
mo amitt. bo
nu. lii.
t nico. boe de
ci. ccvi.
v barba. con
ci. xi. voli fe
li. ca. per tuas
de simo. mo.
paris reg. de
infr. relig.

Marcelli, ^x qua, in vna clausula respōsum est: libertates ab eo ^x l. qui pena
datas, qui se vel lege Cornelia damnatum videret, vel pro-
spiceret fore, vt intrà paucos dies damnaretur, non consistere: neque seruis licere ex huiusmodi libertatis datione, liberos esse: viden? vt quod factum est: & quod in pro cinctu est vt fiat: ità inter se, illo Marcelli respōso equatur: vt quæ mox futura est condemnatio, pro iam facta habeatur: vndè illinc deducta argumentatione, confirmationeque, colligi potest, beneficiario non magis licere, post constitutum cognitumque de crimine, cuius arguitur, iudicium, postque testes sibi ipsi reo, altrinsecus commissos, & post ipsam clausulæ, quæ solenni modo, causam concludit, iactam aleam: beneficium, quod obtinebat resignare: quàm si iam damnatoria tabula, ab eodem planè seclusus esset. Facit ad hanc rem, Pomponii quoque consultum, quo, non secus censetur, iudicaturque de eo, quod post damnationem fit, atque de eo, quod factū est, quum reus iam propè à condemnato esset, cum hæc duo idem ferè esse censeantur. faciunt & iurisperitorum enuntiata, quibus assertum est, quæ fiunt ab eo, qui capitis condēnatus est, & ab eo, qui non quidem damnatus est, sed propè est, vt damnetur, eodem iure censerit: ita, vt ex quo, quis incipit scelere suo exagitari, ac planè se videre potest, propediè pœnas daturum, ius dandæ libertatis videatur amisisse, non tam ob damnationem cui proximus est, quàm ob conscientiam pœnæ futuræ, atque inde magnam ægritudinem animi: Quibus, stimulante scelere, totus fluctuat: nec suæ mentis satis compos esse putatur: Quare (aiunt) idem quoque in resignatione sacerdotiorum, statuendum, animaduertendūque summoperè, quo in statu res sint eiuratoris, tempore quo eiurat, & qua nam in parte sit capitale de eo constitutum iudicium, vt cum in causa conclusum sit, nihil tum reo liberum relinquatur, ad eiurandum, quo potiebatur, sacerdotium.

Id quod (itidem inquit) summa nititur alia ratione, cum scilicet fermè par sit in iure nostro, iactam esse conclusionis

summam:& terminatum finitumque ac pronuntiatum iudicium. ^y Quid enim re vera aliud est, causæ præfinita conclusio, quàm disceptationis omnis litis, exitus & terminatio? Igitur qui planè cernit, respicitque animo, se mox damnatum, destitutum, ac multatum iri possessio sacerdotio, si tum eiurat, censendum dicunt eum omnino nihil agere, alia etiã ratione quia id ab eo tunc fieri videretur, vt fraudi esset superiori Antistiti. ^a Ergo ne apud summum quidem Pontificè, eo modo, posse eum, in gratiam cuiusvis alterius resignare æquum putandum, & si resignet, admittaturque & confirmetur Romæ resignatio, eiurationem illam, ac collationem veluti per obreptionem, captionemque & rei (vt sese habebat) suppressionem, impetrata penitus infringenda: nam eiurator, vel cuius gratia & bono eiuratur, in Pontificem planè tunc erepsit, eique perbellè imposuit, vt iudicem, & iudicium ipsum quod impendebat, instabatque, malo quidem animo ea in re eluderet, Ideo iuris semper esse, ac æqui & boni, eum successu rei per fraudem quesitæ, planè carere: Hæc sunt quæ pro confirmatione suæ opinionis colligunt Doctores isti, (quibus ego, nisi obstarent curiarum & senatus, quæ supra recensuimus placita, planè astipularer) statuuntque omninò illi ipsi interpretes, huius generis eiurationis nullam rationem habendam esse, attento maximè quod talis beneficii eiuratio, alienatio irrevocabilis censetur, quæ, cuilibet homini post contractum crimen iure interdicitur. ^b Ita que refelluntur eo modo, qui contrariè subscribunt sententiæ, nam quod inquit quatuor Romani Pontificis consulti, responsisque sancitum fuisse, eum, qui scelus admisit, interim dum cognoscitur de crimine, admittendum ad eiurandum sacerdotium, id manifestò falsum est, (pace dictum sit tantorum hominum) nam in capitulo (dudum) ^c quod primò citatum est, ne verbum quidem vllum sit de eiurante beneficiario, qui criminis vllius in iudicio capitaliter sit appellatus, non enim criminosè ibidem contenditur, & multò minus in Capitulo quod secundo loco est allegatum, ^d

y bald. l. error de iu. & facti ignor. i 3a, mona. ca. fi. de in inte. rest. ia. dic. l. error.

a ca. ii. de re. nun. in vi.

b dic l. qui pena barth. l. post contractum nu. xii. ff. de dona.

c ca. dudum de elect.

d ca. per tuas de simo.

vbi non item scribitur dica quæ publicæ causæ sit, hoc est, quæ ad crimina, & capitalia pertineat: sed intenditur civilis actio, qua civiliter agitur, vt Abbas simoniacus pellatur gradu suo. quod itidem videtur statuendum, in Ca. (ex literis) ^e vt illic civiliter etiam contendatur, quo ille episcopus ^{e ca. ex literis de excess. præb.} deiciatur Antistitio, qui iure maioris imperii, auctoritatem solum suam, præsentia sua interposuisset, in exequenda capitali quadam sententiâ, quam tulisset prophanus iudex, qui ab eodem episcopo præfectus erat, vt in imperio seculari, iure reque promendi gladii quod ius habebat ipse Antistes, iurisdictionem eo in episcopatu conficeret coercionis quidè capitalium causarum: Igitur, ad propositum axiomatis, Si reus illè post factam dum in vinculis causam dicebat, eiuratione ^f tandem absoluitur, valet sanè quidem resignatio illa sponte facta, quod & obseruandum, quando eiurator, ille criminis reus, non eiuraret quidem in fauorem, at simplici puroque modo tum beneficium dimitteret, Tantoque magis hinc constituendum est, hæc postremam resignationem valere, quod omnis cessat suspicio, quæ fuerat allata de fraude, quæ, per huiusmodi reorum eiurationes, fit collatori ordinario, nam hunc in casum liberis ordinarius is, habenas habet, cui vult, beneficium donandi, cum talis simplex resignatio ab ipsius arbitrio, ^g atque auctoritate ^{g c. admonet & ca. quod in dubiis ex dere nunt.} planè pendeat, vt quæ nullum certum hominem nominarit, cuius bono, illa cedat, cui alioqui nominationi, quam dictarit in fauorem certi hominis, concinnata resignatio, vel Romanus ipse antistes magnus, fit obnoxius: vt patet ex his quæ alicubi supra posuimus. (* * *)

Titul. 21. qui precedentis appendix est. quadam.

**AN POTEST CLERICVS PO-
stulare a Romano pontifice sibi attribui beneficium al-
terius clerici, criminis quidem delati rei, sed nondum con-
uicti, confessi, nec cõperti, interim dñ ea de re disceptatur,**

Epitoma rerum hic decisarum.

QVI beneficium clerici accusati sceleris, & noxæ, interim dum agitur accusationis iudicium, sibi conferri curauit, si dum in suspenso est criminaria lis, clericus is reus mortem obit, potestne impetrator agere, instareque, vt in eum, qui decessit, detur iudicium, vt sanum propter crimen verè censeatur vacasse, An verò morte, illa extincta est & elisa planè lis, finitaque accusatoria omnis postulatio.

Vbi Romanus Pontifex statuit planè, decernitque de beneficio erogando, aut conferendo, tametsi quod is tum facit, aliqua de causa infirmum sit: adeò tamen suæ illud censetur autoritati, iurique addixisse, sibi que vni prærogasse, vt cuius alii Antistiti, in eo quid statuendi, disponendi que, nihil fecerit reliqui.

Fœdere, iureque concordatorum, hoc in regno nostrate, abolita est lex omnis, quouis in sacerdotio, prærogationum seu reservationum Pontificiarium, causaque, ius, & romana hanc in rem autoritas.

In propòsita hypothesi, sunt ex nostris iureconsultis, qui existimant, si interim dum de crimine cuiusdam beneficiarii constitutum est publicum iudicium, necdum tamen finitum, prodeat à Romano Pontifice rescriptum, quo iubeatur beneficium, cum primùm à reo fuerit, ob commissam noxam, abiudicatum, conferri in quemquam alterum, qui illud, diplomate iam exorauerit, adeò valere diploma, vt si clericus

ille, de cuius scelere apud subsellia cognoscebatur, certior factus, de diplomate, beneficium eiuret, obteratur planè ob rescriptum iam expeditum, sic facta resignatio: ac nullius prorsus iuris esse censeatur: vimque & executionem obtineat diplomataria isthac impetratio. * Sin, reus ille beneficiarius resignet: cū ignoraret beneficium à Romano Pontifice donatum alteri: eiuratio tunc sit è contrario vim habitura: rescriptumque Papale iure casurum: æquioris enim iuris esse aiunt, eum, cui cessum est à reo beneficiario nondum damnato, nec volūtatis Pótificiæ conscio, beneficium, impetratori Pontificio in hunc casum anteponi. ^b Verùm enim verò hodie apud nos, hac de re cõtendere, est de lana (vt habet Horatianum prouerbium) caprina decertare, cū moribus Francorum receptū sit, huiusmodi rescriptis præmaturis atque prærogatoriis, nullum locum prorsus esse posse: id quod illustratur sequenti ratione: Aut enim mandatur à Romano Pontifice cuidam delegato iudici, possessum à clerico, qui causam capitaliter dicit, vbi primùm sit damnatus, sacerdotium donari cuidam alteri: & constat mādatum, delegationem uè illius generis non consistere: quin per decretum (de causis) funditus it pessum, atque in irritum cadit, ^c Aut verò pontifex ipse Romanus, nemini quidem iudici delegato mandat id negotium: sed nomine maioris imperii, in euentum damnationis, hoc est quando reus condemnatus erit, confert quidem iam tum beneficium, in quendam alterum, qui id gratiæ intereà curauit sibi apponi, & eo etiam casu, valere non potest donatio, nec ipsa gratiæ sic factæ impetratio: obstat enim ac contrà it decreti sanctio, qua reservationes item & expectatiuæ gratiæ quæ in euentum futuræ rei respiciunt, sublatae sunt & inductæ. ^d Nec mihi probatur hac in specie, distinctio, qua nostrates homines, rem inuoluunt: quin existimo, censeoque Romanum pontificem, siue generaliter, siue speciatim sibi seruet integram donationem, amissuri præfectum suum sacerdotii, seu etiam illud iam donet, certo homini, vel do-

a antho. de butrio. cõci. xliiii. anfre. deci. capel. Tho. de. 436.

b Feli. ca. in nostra de rescrip. Nico. Boe. deci. parla. burdeg. deci. ccv. in fi.

c decreto de causis in cõcilio Basiliensi. & eodem titulo de causis in concordatis.

d decreto de reserua. subla. & tit. de manda. aposto. eodem libro.

e decreto de
refer. subla.
& decreto
de manda.
apost. gram in
prag. quam
in concil.

nari mandat: gratiam semper expectatiuam fecisse, vel me-
ram beneficii vacaturi reservationem idn. l. s. s. vtrumque
autem ab eo fieri prohibitum est iure gallorum peculiari, e
nam huiusmodi vacaturi beneficii cōcessa expectatio, quid
aliud erat, quam captatio quādam exuuiarum sacerdotis,
aut clerici viuentis, mortisque ipsius, aut casus mali in huma-
na affectatio, Quarū rerū occasionē dare, aut viam patefa-
cere, bonis moribus admodum repugnabat, Quod cum sit
clarum, nihil iam attinet, nodum in scirpo quærere, &
rem perspicuam, distinctionis inuolucro circumscribere.
Atque ex his, quæ dicta sunt, colligitur, explicatum videri
alium quendam iuris nodum: qui ad antecedentem quæstio-
nem est veluti quoddam additamentum: vt autem nodus
is explanetur, exemplum fiat. En papalis quidam impetra-
tor, instabat, contendebatque iudicio, vt beneficiarius,
qui reus homicidii postulabatur, beneficio, quod obtine-
bat, damnatorio calculo submoueretur, & ad ipsum im-
petratori, qui sub hoc titulo illud à Romano pōtifice im-
petrauerat, attri bueretur: inter moras, fato concessit, cui in-
tendebatur criminose actio, quæritur an mortuum homi-
cidam possit impetrator iste persequi in iudicio: & cōten-
dere, vt qui reus cedis appellabatur, post mortē etiā, iudicū
sentētia cōdānetur: & ab eo, vt ab homine ficario sacerdo-
tium abiudicatū donetur impetratori pontificio, ita vt An-
tistiti vero facultas illud sacerdotiū cuius alteri cōferēdi, cē-
seatur erepta fuisse. Dubitationē adfert regula cancellariæ,
ab Urbano papa quinto sancita, & dein à posterioribus ro-
manis pōtificibus planē cōfirmata, qua in hac sētentiā cautū:
quoties Romanus pōtifex, p iure sumorū fasciū, quadā ve-
luti manus iniectione, de aliquo sacerdotio statuit, si nō va-
leat, quod tū fecit decreuitū, & aliquam ob causam effe-
ctu careat, tamē, vt iam paulō supra adferebatur, sacerdo-
tium illud ad arbitrium summi pontificis reuocatum cen-
setur, ita vt nulli alii de illo statuendi ius esto, f Videtur
enim Papa ex eo die, voluisse integram huiusce beneficii

f Inno. ab-
bas siculus
& cōpost. ca.
inter dile-
ctos de ex-
cess. prala.

donationem sibi reseruare: sed tamen ego hanc rem, nodi in
posito exemplo conscripti, & vbi in hoc rerum genere, om-
nino viuatur ad præscriptas iuris canonici leges, & dubii, &
frequentis, vltiū hūc excutere superfedeo: tum quia su-
peruacaneum est, iure hoc toto reservationum, moribus
nostris & Basiliensi concilio sublato, huiuscemodi de re, di-
cere prolixius, tum etiam quia in re tali, tametsi nodus du-
bious putetur esse, tamen quia inhumana, & à moribus chri-
stianis aliena, mihi non videtur cæteroqui tantopere con-
certandum: cur enim qui mortuus est, ad iudicium retrahē-
dus? cur dies iterum illi dicenda? extinctum interitu cri-
men, s abrupta est fato inuidia, istud esset cum laruis pugna-
re. Quantumuis seque alleget diplomatarius, obtinendi be-
nificii gratia, de crimine adhuc in mortuum agendum esse,
atque sic legitur iudicio quandoquē decisum constitu-
tumque. h

g ca. accusa-
tus s per. de
here. in vi. l.
si ex noxa cau-
sa aga. l. si pa-
ter tuus ff. si
pend. appell.
h deci. capel-
tholo. deci.
ccccxxvi.

Titul. 22.

AN NONDVM EXHAUSTO
perfectoque Romæ mandato procuratorio, quod a be-
nificiario datum erat, de eiurando apud summum pon-
tificem beneficio, in gratiam alterius cuiusdam, interea
fas est mandari, illud ipsum beneficium auctoritate an-
tistitis ordinarii, dimittere & resignare.
Summa rerum, quæ hic quæruntur & deciduntur.

- 1 QVI ad eiurandum sacerdotium datus est procurator,
potest id quidem commodissimè facere, mādatum-
que planē exhaurire, etiam si is qui mandauit, mādatum
inducat, elidatque, modo ea de re, hoc est, de mādato eli-
so, & reuocato, nihil sit procuratori aut superiori antistiti,
re integra, compertum.
- 2 Eiuratore beneficii, antē eiurationem admissam morien-
te, quod postea vi illius eiurationis fit, id planē nihil est.

- 3 Mens legis, & eius qui eam tulit voluntas, ex præfatione, proloquio, prologoque, seipsam planam facit, atque aperit.
- 4 Vbi legis ratio plus significat, quàm habeant verba legis, ibi porrigenda & eatenus producenda lex, quatenus feret ipsius ratio, mensque, nec habenda ea in re ieiuna vel strictè orationis ratio, quæ minus explicat quàm ferat ratio legisque causa.

Cap. 22.

IN proposito apud thema, quæstionis genere, videtur prima inspectione respondendum esse, mandanti licere deponere sacerdotium apud antistitem ordinarium, licet antea mandauerit procuratori à seipso delecto, illud idem beneficium apud supremum pontificem eiurare, modo procurator nondum illud eiurauerit: nam dum id præsens agit, autoritate ordinarii officii, quod Romæ facere decreuerat, ubi, procuratorem eiusce rei causa dederat, censetur tacita quadam voluntate mādati tabulas reuocasse, id autem, quin ei facere liceat modò res integra sit, dubium esse nō potest.^a Quocirca dicendum, eiurationem, quam resignans (mandatum anteuertens) apud ordinarium antistitem fecerit, illam, quæ postea Romæ apud pontificem summum, vi mandati facta est, plane obruere. Quod si apponatur, præscripto iuris, constitutum esse, procuratori, cui ad resignandum datum est, negotium, tantisper permitti officio suo perfungi, dum nihil quicquam exploratum habet, de mandato sibi renuntiato reuocatoque,^b facile refellerim, si dicam pronūtiatum illud iuris, locum habere in procuratore, qui functus est officio, cum mandans adhuc beneficium possideret, non item in eo, qui mandatum confecit, quum mandans ipse, partes illius iam præoccupasset, ac sese apud subelliū ordinarium beneficio exuisset. sicuti fit, in ea quam proposuimus facti specie, ubi beneficium dictum est possessore vacasse, simul ac beneficiarius illud apud suam peculiarem magistratum eiurauit.

^a cle. p. dere nunti,

^b dic. cle. i.

eiurauit. Igitur quid relictum est procuratori, quod ea in re possit agere? licebit ne illi beneficium, obtentu illius mandati resignare, tum, quum iam possessore censetur vacuum: id dicere profectò esset ineptum, vacauit autem verè, cum eiuratum est apud antistitem eiuratoris ordinariū. Propterea quod tunc temporis, penes eiuratorem erat adhuc sacerdotii titulus, quia procurator Romæ nondum mandatū peregerat: hinc decisum est, eo casu, hoc est, mādato Romæ nondum gesto, si mandans de vita decederet, procuratori, nullū amplius ad eiurandū, vi illius mandati, quod à mortuo dum viueret acceperat, locū esse posse. ^c Quare argumento deducto à simili, constituendum idem esse, cum facta & confirmata, apud præfulem ordinariū eiuratione, vacat beneficium, vt ne tūc quidem iterum in aula Romana vacare queat: sitque eiuratio, mors quædam civilis, quæ naturali fato, hac in specie, cōparetur. ^d Atque hanc opinionem habuit quandoquæ Felinus, clientique hac in re, concilium petenti, in eam sententiam respondit, quam postea prælectionibus suis cōfirmavit. ^e Et tamen multa vetant, quominus sit in eam faciēda discessio, ac in primis imperatoris Iustiniani ratio, quā in faciēda quadā lege, ita videtur adferre, Iniquū (ingt) est, simulatione beneficii, homines deludere, quare nolo quæquā (& quidē de prophanis laicisq; hominib^o loquitur) liberalitatē suā propalā iactare, atque fingere se velle alteri benefacere: vt ab eo, quē se ostētat profecuturū munere, grati animi officia interim accipiat, & postea tamē munificentiā suā clam subducēs, illū vana spe lactatū decipiat: in quā improbæ atque illiberalis simulationis speciē, certè incideret, qui dato procuratore ad eiurandū, in aula pōtificis summi sacerdotiū, in gratiā cuiusdā amici, illud inter moras, apud suū antistitem deponeret, idcirco imperatoria ratione illi minimè tolerandū: illi in quā, qui homo est ex clero sacro, ubi, multò minus licēt hi ludificādi modi: huc itēq;, spectat, planeq; facit, quod ipse etiā Romanus pōtifex, in cuiusmodi eiurationū genere rescripsit, & sanxit, reuocato scilicet mādato, necesse

^c ca. susceptū de i. c. in vi.

^d ca. ecce. vii quest. i.

^e fe. cap. ex parte de can. nu. xvi. ext.

^f pe. rescrip. f. l. p. s. sed & qui ff. de lat. libert. toll.

esse procuratorem, de abrogata sibi prouincia, certiorē fieri, alioqui quicquid is reuocationem ignorās egerit, ratum esto: nam si ratio perpendatur cur itā in pontificia Clemētis lege sit constitutum, planū fiet, id non alia de causa factum, quā vt tollatur anā eludēdi procuratoris, & ipsius etiam pontificis Romani quod nefas est ludibrio habēdi: id quod frequenter antea accidebat, dum beneficii dato ad eiurandum in aula Romana mandato, illud postea rescindebāt, nec de rescisso & reuocato negotio quicquam procuratori significādū ducebāt, atque itā fiebat, vt procuratori verba darentur, & ipsi pōtifi summo, os (vt cum Plauto loquar) malē sublineretur. Quod autē ea causa fuerit potissima, fanciendā clemētina, liquet manifestē, ex eiusdē proemio, voluntas enim cuiusuis legis, aut legislatoris, ex prologis, vt pluri mū deprehēditur, h̄ sicuti innuūt pleriq; doctores nostri, atē tes rationē, quā in proemio cuiusq; decreti adiicitur, illius decreti causā cēseri, quā finalē vocāt, hoc est, ad quam, veluti ad finem refertur decretā legis constitutio: ¹ Cum igitur certum sit ex prædicto prologo hanc fuisse rationem illius rogationis fanciendā, vt i scilicet fraudibus & inconstantia crebræque sententiarum hominum commutationi, in omne tempus obuiam iretur, causam quiuis non attulerit, quominus eadem ratio in hac insit proposita facti specie, nam quid obstat, quin alio quidem modo, sed tamen persimili, fraus in eodē rerum genere, dato procuratori fieri dicatur, & pōtifi ipsi, qui deluditur, summa inferatur iniuria: ecce qui tabulas mandati ob signauerat, quibus volebat possessio beneficio, apud Romanum pontificem per procuratorem abscedere, nescio qua postea re incitatus, decedēs de sententia, illud idē, nondum peracto Romæ mādato, apud antistitem ordinariū resignat, nonnē procuratorē deludit, & pōtificē ipsum summum malignē ludificatū, dum cōuēta retractat, dū fidē mutat, dum priorē orationē si non apertē, at clāculum, quod improbius est, perque certam consequutionem rei retexuit, quod quum ei, per reuocationem aper-

h l. i. in i. ad macedo. bar. l. cum quid si cer. peta. i bald. l. vt li beris c. decola. & hæc verba de sal. cau. adiec. lega. card. floren. ca. pe. de cle. coniu.

tam, nisi ea ipsa procuratori, re integra, nota fiat, facere non permittitur: ^k Idque decisum, ob tollendam varietatem, mutabilitatēque clericorum, qui tempestatum instar, huc & illuc voluebātur, tum etiam ad abolendam occasionem faciendi doli, Cur id ipsum h̄c, hoc est, in supposito exemplo, id fieri non prohibebitur? vtrunque à moribus nostris procul ablegandum, interdicensque, vel iam interdictū vna eadēque narrata lege, si non verbis apertis, at ipsa ratione, quæ legi causam dedit, existimandum, dictante regula iuris, Vbiq; ratio faciendæ legis vel dicti, amplior est ipsa lege, dictione, vel vtroque generalior, tum legem strictioribus fancitam verbis, ad omnem rationis, quæ plenior est & vberior, speciem protendi debere, ^l atque ad omnes illius fines, & terminos propagari. Quare in hac sententia consistendum video, ^m nec in hac parte, standum Felino summo alioqui homini, atque vt id censeam, adducor rationibus enarratis, quæ mihi probatissimæ vidētur: nec me mouēt in alterā partē adductæ causæ, nepe quod primo & potissimo loco, ita aiunt, qui procuratorē, vt dictū est, ad eiurandū Romæ dedit, retinetur adhuc in beneficii eiurandi dominio, nec ab eo abit titulus, donec apud Papā confectū absolutūq; sit eiuratorium negotium. quid tum? minimē certē confectariū est, sed in primis fallax vanumque, putare, ob id posse, post datum mandatum ad rem in aula Romana tractandam, illā, in prouincia apud suum Antistitē rectē peragi, nam eo modo vt frequēter repetitum est, illuderetur procuratori, Romæ, ex fide mandatum exequenti, & summus ipse Pōtiffex eiurationem confirmans, approbansque, ludibrio, ac circūscriptione manifestē læderetur, frausque huic Pontificiæ Clementis cōstitutioni fieret, non minus certē, quā in superiore casu, quo de reuocatione narratū est, Nostramque & receptiorem hanc sententiam, aiunt quidam, ex nostris, qui hæc Pontificia tractarunt, gemina præiudicatione confirmatam, Altera quidem Tholosani Senatus, ⁿ Altera verò, sed posteriore loco Burdegalensis ^o supremæ curiæ.

lz Dic. cle. i. de renun.

l L. non pos sunt. ff. de legi. Glo. & doct. cle. i. de elect. & ibi expresse. Ioa. mona. m Barba. cōci. xlviii. volu. iiii.

n Ioa. de Gesua tract. bene. tertia parte quaestio. xvi. o Nico. Boeri deci parla. burde. deci. ccvii.

Titul. 23.

AN CUI, PER EIURATIONEM,
seu resignationem, cessum est ecclesiasticum beneficium, potest auspiciis suis, nec interposita ullius hominis, qui publicum gerat munus autoritate, nec adhibito vlllo alio quidem solenni ritu, sed velut in rem suam veniat, possessionem illius rectam inire, tum corpore, tum animo, remque sacram tractare, & quæ ad proventus eiurati beneficii pertinet, sibi per sese adserere, atque in summa, rem omnem gerere, quæ functionis est iusti, verique, ac omni legitimo iure subnixi possessoris, & Domini.

Tum altera quaestione disputandum, diffiniendumque, nonne interim, dum abest is, cuius gratia, eiuratum est sacerdotium, dumque in possessionem sibi cessi beneficii, non adhuc, vi eiurationis, legitime pedem intulit, liceat antiquo possessori, & eiuratori, continuata veluti possessione, functiones omnes obire: quas antequam se beneficio illo abdicasset, solitus erat in eo pertractare, & an ea quæ tum gerit, in eiurato sacerdotio, sunt perinde valitura, ac si à vero & canonico iure constituto vlllo alio possessore gererentur.

Cap. 23.

QUOD ad primam propositæ speciei quaestionem, videri potest, ut habet pars vna, cum qui in incipio sacerdotii, canonico innitur titulo, posse suis ipsiusmet auspiciis, in possessione quaesiti iuris collocari: exemplo tutoris, qui vbi primum se novit tutorem datum, rem pro potestate tutelari administrat, ^a sic & hæres scriptus testamento, quæ nec ratum

a l. i. ff. de adm. tuto.

est, nec expunctum, nec in vlla parte sui suspectum, hæreditatem obit, adit, cernitque, ac ius illius omne, pro suo ipsius usurpat imperio, ^b beneficiarius autem, rerum sacerdotii est veluti quidam tutor, ^c

Ergo, qui antistes, præfulvè, in ecclesia designatus, est electus, & confirmatus, vel sicut alicubi fit, per anulum investitus, ius habebit mox ab electione, confirmationeque, non interposita ullius magistratus autoritate, qua in possessionem ire iubeatur, nec adhibito vlllo alio installationis, aut investiture solenni ritu, iura tractare Antistitii, tum sacra seculariaue, tum iudicii, si qualis suboriatur diem obire, tum extra iudicium, rem omnem pro nutu arbitrioque gerere. ^d Quid enim obstat, quominus, qui autoritate iusti tituli, in quaesito huiusce generis beneficio, suffultus est, eodem iure uti queat, quo tutori, & heredi, uti, legibus est permittum: Itaque sunt etiam, qui existimant id ipsum ad omnes generaliter ecclesiasticas personas, quæ functionem habent officii, referri posse, ^e Ex altera parte prodeunt multi, ^f qui beneficiario, vllivè alii Antistiti ad sacrum beneficium recens promoti, id licere negent, quin aiunt, asseverantque, si qui id faxit, & autoritatem ut edicti, fruedi, sua sibi ipsius potestate addicit, tanquam temerarium occupatorem, iure quod habebat, cassum & censerit. Pro cuius rei confirmatione, argumentum etiam à similitudine, vel ex eo comparationis loco, qui sic habet, Quod in re minore non valet, nec valeat in maiore: ita duci potest: Non potest qui litem vicis iusque suum in iudicio obtinuit, etiam si de sacerdotio agatur, rem iudicatam suis exequi auspiciis, sed habet necesse, ea in re, autoritatem iudicis adhibere, qua in possessionem rei veniat, ^h Nec emptori ius est, in rem emptam, manus iniicere, & pro potestate rem illam sibi possidendam arrogare, sed qui vendidit, ut eam tradat, requirendus est, ⁱ Igitur non magis id facere licitum erit, clerico aut sacerdoti, qui electione, confirmationeque, beneficium ecclesiasticum obtinuit: equi paratur enim huiusce generis electionum confirmatio, & decretoria litem scetitia, ^k & multo pluris est, adipisci sacerdotium quam

b l. si de edicti ad toll. l. cum hæredes ff. de acq. heredit. l. gerit de acq. heredit. c. ii. de dona. cle. quia contingit de relict. domi.

d inno. hosti. ioa. and. ca. transmissam & ca. nostri de elect.

e ioa. and. dic. ca. transmissam archi. cum qui de præb. in vi. aucta. regula. sine possessione de reg. iu. in v.

f g. ca. cum qui de præb. in vi. l. si quis in tantam c. vn. de vi. edicto regio.

h l. miles, s. qui iudicati ff. de rei iud. c. veniens ext. de resti.

i l. si ex stipulatione ff. de acq. poss. l. nec ex vera e. eodem tit.

l. eum qui, s. l. ff. de furt. l. ca. si de elect. in vi.

l sic dicto
transmissam
domi. dic. ca.
eū glo. prag.
sanct. ca licet
§. censuit ver
bo promotus
de colla in
prag.

m ca. enm de
præb. in vi. l.
si quis in ran
tam c. unde
vi.

s anfre. dec
epel tho. de
ccc. xliiii.

o glo. prag.
fat. ctio. dic.
§. censuit an.
fre. dic. deci.
ccc. xliii.

emptionis titulo, rem prophanam acquirere. His in vtranque partem disputatis, quidam alii suum interponunt iudicium, aiuntque, vt dissidentium concordent sententiæ, dis-iunctiuo opus esse proloquio, quod adferunt in hæc verba, Aut alius quispiam (inquiunt) est in possessione sacerdotii, licet ex inani titulo, quo tempore asciscitur nouus beneficia riuus vel Antistes, tuncque beneficiario huic vel præfulino uiter electo, quantocumque legitimo confirmationis iure subnixo, fas non est tamen gerere se pro domino, & sacerdotii rem administrare, nisi prius legitimo iure in possessione venerit, & occupatorem iure remouerit, Nam aliter si fiat, istud sit priorem possessorem loco in quo est, autoritate priuati imperii depellere, Id quod facere datur nemini, ne contra quidem iniquum occupatorem, Alioqui ius, cæteroqui bonum, planè ab it ac concidit, nisi id fiat iudicis suffragatione interposita, namque in omni hoc possessorio genere, iudicis auctoritas ius semper possessorium conseruat, Aut vero (quod alterum est distinctionis caput) sacerdotium, præfecturauè, & Antistitium, tunc, cum eligitur Antistes, aut beneficiarius ordinatur, vacat omnino quocumque possessore, qui se asserat Antistitem præfectum uè: Et tunc vera est, quæ supra statim ab initio enarrata est opinio, adscripta Innocentio, magno iuris sacerdoti, nam tunc liberum est Antistiti electo, illico à confirmatione, rem publicam priuatam que illius sacerdotii sui administrare, ac beneficiario omni alii, in rem beneficii sui hunc in casum, protinus incumbere: Et in summa, nihil tum vtrumque impedit, bono suffultum titulo, possessionis sibi ius, proprio nutu arbitrioque planè adiungere: Et hæc vsque adeò vera sunt, vt & si dictum sit, alicubi supra, per eiurationem à superiore Antistite confirmatam, regulariter amitti eiurati beneficii possessionem & dominum, firmissimè tamen sit statuendum, eiurantem, res eiurata ecclesiæ tantisper administrare posse, tum & sacerdotia, quæ beneficiario & nominationis collationisque iure, ad illam eiuratam ecclesiam pertinent tantisper conferre, dum

is cui cessum est sacerdotium, in possessionem cessi beneficii legimo iure sit admissus: hocque non minus concedi debet quam ei homini, qui se adferens, cū tamen non sit, ecclesiasticū patronum, possessioneq; patronatus tenens, permittitur secūdū id possessionis ius, ordinādū in ecclesia nominare, maioriq; Antistiti offerre præficiendum illi fano, cuius se patronū, falsò asseuerat, idque illi datur possessionis sola gratia, Ius enim re vera ad alium quendam pertinet, qui cum nondum planè sit notus, haud equū est interim, in ecclesia Dei suum cessare ministerium, & patronatus iuri, cuiuscūq; tandem id sit, præiudicatum aliquid inferri, quod ipsum obtinerat, vel interpellet. Etenim si imperatores tam iniquum duxerunt prouinciam iudice orbam relinqui, vt id censuerint nec fieri debere, nec quidem posse, quāto magis peruersum esset atque etiā intolerabile, ecclesiā quāuis rectore omni destitui vel à sua clientela, fideque patronatus vlllo pacto auelli: quare cū homini illi cuius gratia eiuratum est beneficiū, fas non sit, re tractare beneficii, nisi illò iusta possessione introierit, relinquatur, vt necesse sit eiuratori, continuata veluti possessione, interea loci, re gerere, ac solitas functiones obire, alioquin fanum illud viduaretur ministro homine, quod (vti est dictū) iniquum esset: nā & in simili, vel fortè minore causa, sed pari ratione, præses prouinciæ manumittit, datq; tutores, vel reliqua, vt res exigit, capessit munia, cū nondum scit sibi in prouincia successum esse, hoc est, successorem aduentasse, sic & vicarius cuiusuis Antistitis, legitimo & valido iure beneficia confert, sinondū norit abrogatam sibi ab Antistite id faciendi prouinciā. Quid igitur mirum, si in proposito exēplo, idem facere permissum est eiuratori, hoc est, rei sacræ, tantisper dum verus abest præfectus, rationem habere: nam licet per eiurationem, quam comprobauit maior potestas, eique auctoritatem dedit, ius ab eo ac suffragium abierit, tamen donec adueniat, qui veri, partes possessoris peragat, non licet eiuratori, functione cui præpositus, auctoritate publica erat, se ipsum extricare.

pca. consulta
tionibus ext.
de iu. patro.

q1 menisse
de offi. pro
cons.

r s. si. in au
the. de admi
nistra.

Extrauagan
ti iniunctæ
de elect in ex
trauag. comu

t l. si forte ff.
de offi. præsi.

v roma. singu
lvii. calde
con. iiii
de offi. dele.

Titul. 24,
DE RESIGNATIONE, PER
procuratorem facta, quam mandans antea, resignandi
potestate priuarat. Quid iuris statuendum?

Summa rerum, in hoc thematis capite
enarratarum.

- 1 **Q**ui ad eiurandum sacerdotium, dat tabulas mandati, quas integro, adhuc eiurationis negotio, reuocat, & dispungit, necesse illi est ipsam quidem dispunctionem, & reuocatione re integra, adferenda curare, vel ad procuratorem in hisce datum tabulis, vel ad antistitem, ad cuius antistitis tribunal factitanda erat & firmanda hec eiuratio, si quidem quod facit, vult ratum, firmumque fore.
- 2 Vbi agitur de translatione ciuilibus dominii faciunda, in alium dominum, ibi, quod per procuratorem agitur, a mandatore reuocatum, nihil est: quanquam de ea mandati reuocatione, procurator is non sit factus certior.
- 3 Non fit ex mutuatione pecuniæ, in accipientem, dominii translatio, si, qui mutuandam mandauit pecuniam, mortem ante oppetat, quam illa mutuata sit.
- 4 Qui duobus mandauit, vt nomine suo eiurarent sacerdotium, possetque alteruter id facere in solidum, si reuocat post mandatum, idque significat procuratorum alteri, quod in ea re facit alter, cui significatum non est, id est ratum & firmum.
- 5 Quum reuocatur mandatum de eiurando sacerdotio, quocumque id fiat modo, seu tacito, seu expresso, efficax id quidem est, firmumque, modò cui mandatum fuerat, allata sit in tempore, atque ædita reuocatio.
- 6 Si clam, procuratore quidem ad eiurandum iam dato, fit de eiurando sacerdotio reuocatio, id prorsus nihil est, nec officit procuratori, quin vi prioris sui ad eiurandum man-

dat

dati beneficium possit eiurare, suoque efficaciter, mandato perfungi.

- 7 An quod positum est in eiuratione, de significanda eiuratori mandati reuocatione, vel procuratori, vel ipsi superiori Antistiti, idem sit ponendum in permutatione, mandati que ad permutandum dati, reuocatione.
- 8 Reuocatoria, de eiurando sacerdotio, tabula, denuntiata non quidem procuratori ad eiurandum dato, nec etiam superiori Antistiti, at ei solùm, cuius maximè res agitur, cuiusque potissimum interest, valetne? Et an tantundem? quantum procuratori, significata, vel Antistiti?
- 9 Reuocatoria, de resignando tabula, indicta nuntiataque notario, apud quem notarium, perscriptum erat antea, & confectum de resignando mandatum, estne alicuius momenti? tantique vt procurator datus, ad resignandum in priore mandati tabula impediatur hac posteriore reuocatoria, quò minus mandatum prius, possit exequi.

Cap. 24.

IN hoc questionis genere, hoc pono enuntiatum necessarium, Sacerdotium quoduis, siue præfectura, siue dignitas si eiuratur a procuratore qui ritè eiusce rei causa sit constitutus: valet quidem optimo iure quod eiuratum est, amittitque, qui eiurari mandauit, quodcumque sic eiuratum sacerdotium: licet procuratori, antequam rem conficeret, fuerint perscriptæ reuocatorie mandati tabulæ: modò is eas nec receperit, nec factas sciuerit: aut antistes quisquis is sit legitimus quidem, apud quem eiurandum est beneficium, nihil quicquã, de abrogata procuratoris potestate exploratum habuerit. Quis tamen cætero qui sit regulare, secundum præscriptum iuris cõmunis: vt vbi agitur de transferendo ciuilibus dominio: quod cumque fit per procuratorem, cui mandans tabellam procuratoriam aboleuerat, nullo iure fiat, nec transferatur ex eo facto dominium, etiam si procurator abrogatum sibi prius mandatum penitus ignorarit, nam vt id prescius sigillatimque percurratur, non transfertur, acceptæ ex mutuatione

nn

pecuniæ, in accipientem dominium. si is qui mandat, antequam quicquam huiusmodi confletur, fato concesserit: procuratorque cum eam mortem ignoraret mandatū peregerit: habet enim ea mors expuncti retractatiue mandati speciem: ^e Nec dirimitur item coniugium sicuti legibus est sancitum: si alter ex coniugibus, quum mandatū primum dedisset de remittendo repudio, postea facti poenitens illud antiquarit, induxeritque: tametsi procurator ignorans ulterius sit progressus: ac cui mandatū erat, mandantis nomine remiserit nuntium. ^d sicque apparet ignorantiam mutati mandati, nullius esse considerationis: nec ob eam ignorantiam, rebus in hisce negotium magis firmari, quod per procuratorem tabulæ abrogatoriæ inscium gestum est: quam si sciens reuocationem mandatū peregerit.

Quin omne id, siue nouerit, siue ignorarit procurator se reuocatum, pari iure censei breuiter sciat, non sciat, æquè statuendum, nempe, Quicquid hac in re procuratorio agit nomine, ratum non fore, nec mandantis fidem vlllo modo obstricturum. Huc pertinet quod de filio quoque decisum est, cui pater potestatem permiserat serui manumittendi, quam postea ad se reuocarat: nam eo casu filius manumittens, etiã si id sibi à patre postea interdictum abrogatumque esse nesciat, nihil tamen omninò agit. ^e Huc quoque spectat quod claro iure constitutum est, nempe procuratorem, qui speciatim datus est ad coniungendum alicuius nomine matrimonium, si id iungat eo tempore, quo qui mandat, mandati tabulas retractarat, in casum id facere: exturbatur enim dirimiturque sic iunctum matrimonium, ac nullum fit, etiam si copulator ille, qui quod egit, mandati nomine confecit, de contraria mandantis voluntate nihil antea sciuerit. ^f In quo, mirum sanè videri potest, vt cum corporalis coniugii & spiritualis, eiusque generis, quod functionem copulationemque animorum respicit, frequens sit in iure nostro similitudo, nec ferè alia ex re, à comparisonis loco, ducatur crebrius argumentum, hinc tamen, quod in vno sta-

e l. eius qui
in prouincia
s. quas vero
ff. si cer. peta.

d l. qui peni
tuit ff. de di
uor.

e l. si pater
de manu. vin
dic.

f ca. si de pro
cu. in vi.

tutum est, in altero non valeat. In proposito enim exemplo is cui mandatū erat iussuque, ciuravit Romæ sacerdotium, & firmum est, quod fecit, quia de contrario iussu certior non est factus, & è diuerso, qui in coniugio viri & mulieris, idem planè egerit, nihil tum egisse censetur: Igitur ne ea res, ac diuersitas, negotium alicui faciat, cum plena sit generis huiusce comparisonum, iuris nostri lectio, ad monitum lectorem obiter volui: vt quod ad hanc rem conciliandam pertinet: certò sciat in hisce quoties agitur de iungendo matrimonio, eandem propè esse rationem vnus, quæ est alterius, parique iure matrimonium corporale, & spirituale vt cum plurimum censei: respicitur enim in vtroque voluntas, & compar est tum vtriusque ratio. ^g At quoties agitur de dirimendo, dispar est vtique semper causa, idè non mirum, si dispar quoque tunc ius faciendum, nam & alioquin videmus: si ecclesiæ rector fiat incapax illius administrationis, ad illius administrationem deligi alterum, ^h & quandoque ex causa fit, vt vni profectò mandentur regenda duo fana, altero sanorum, à suo ob causam, auulso coniuge & domino, ita vt vni tunc spirituali marito iungantur nupte duæ sacræ, nempe duæ ecclesiæ: horum autem nihil contingere potest, mulieri vnquam aut viro, qui simul nupserunt, nec vllus horum, soluto tantum quo ad thorū matrimonio, nubere iterum potest, nec vir duas vxores simul ducere, nempe, cum sua, illam, quæ alterius fuit adiungere, nec itè vxor duobus viris nupta esse. ^k Igitur, cum non sit eadem in disjungendo ratio: ne in copulando quidem semper, vt apparet ex prolatis exemplis, horum vnus, quæ fuit alterius, id propterea miretur nemo, non idem ius in vtroque semper obseruari, Deinde quod pertinet, eodem, in subiecta facti specie, quæ recitata est, non disceptatur potissimum de donando ecclesiæ marito, at de eo, quem illa iam habet, ab ea dissociando, ad quod in primis est respiciendum, cum in dissociatione nunquam ferè valeat inter hæc, eadè rationis comparatio, vt est visum: agitur autè de ciuratiõe hinc, hoc est, de conubi-

g ca. si tibi ab
fenti de preb
in vi.

l. nuptias ff.
de reg. iur.

h ca. postquã
l. dist.

i ca. relatio
xxi. questio i

lz ca. christia
nu xxxiii. dist
ca. comodo
xxi. quest. i.

spiritualis disunctione. Præterea, quod ab aliis exemplis, quæ multifariam item adduximus, istud diuersum quiddam sanctiatur, facit item peculiaris quædam ratio, qua constitutum est, vt tametsi in reliquis formis ciuiliū exemplorum quæ connumeratæ sunt, abrogatum mandatum procuratori, etiã abrogationis inscio, viam omnem ei præcludat, quicquam vi mandati agendi nihilominus, in hac ipsa specie, quã initio pro themate supposuimus id ipsum non feruetur, quin è diuerso decidatur, quod gestum est per procuratorem abrogatione facta mandati, vitio vllō non affici, neque actum corrumpi: nisi re adhuc integra, reuocatas interlitasque mandati tabulas vel procurator ipse sciuerit, vel is Antistes, apud quem deponi mandatum est sacerdotium: ea autem est peculiaris ratio, de qua superius alicubi mentionē fecimus: quæque ab ipso Pontifice Romano, in eo iure statuendo, adferri in illius Clementinæ exordio, planè videtur: nempe vt in huiusmodi sacratis rebus, (in quibus omnia sunt agenda simplici apertoque animo) nec fucus aliquis in hisce factitandus, nec illudendi, aut vllius doli machinandi, locus vllus relinquatur: cum præsertim hisce strophis, dolosisque conuersionibus, fugilletur sacrata sedis apostolicæ maiestas, illudatur augustus senatus: Quare omne tale genus tum fraudum, tum illusionum abarceant^m pōtiffices summi, abhorreant cardinales, præfules, antistites, hoc in rerum sacrarum genere: tum & generaliter auersentur omnes magni religionis nostræ præfecti, hinc est, vt qui Antistes sacerdotium alicui donauit, voluntatem mutare nequeat, nec, vt homo vario inconstantique animo, donationem reuocare.ⁿ

Quod si in hisce sacris proceribus eiusmodi quidpiam, hoc in negotio semper statuitur, non debet sanè hoc in eodem negotio, aliorum quoque clericorum dispar esse conditio, verùm ab his etiam remouendus omnis ludificationis est modus, ita vt nec quæquam eludant vnquam, nec à quoquã ito eludi queât. Atq; vt tota hæc ad amussim explanetur abrogationis mādatorum tractatio, norit is, qui huc oculos diuer-

I rota. deci.
xxxii.
tit. de pre in
anti.
m bald. l. i. s.
fēd & qui c.
de lati. liber
toll.

n feli. ca. ex
parte decani
ex de rescrip.
& ca. cum o-
lim dere. iud.
o ca. cum au-
tem de ju. pa-
tro.

tit, id quod hinc de abrogando mandato pronuntiat, illud nempe vel procuratori planum faciendum esse, vel Antistiti illi apud quem mandatum est, vt eiuretur, alioquin abrogates tabulas nihili planè putari, Ad eos quoque casus, quibus in eiurationis mandato, dati sunt duo tresuè, aut plures etiam procuratores, ita referri, vt tamen omnibus sit sigillatim retractati expunctique mandati facienda significatio: quod si cuidam eorum nō fiat: is cui facta non erit, ius concedit eiurare posse sacerdotium, ac mandati tabulas peragere, nec quod faciet irritum fiet. ^p Sed tamen interim ad dandum vires huic abrogationi: sat esse putatur abroganti, abrogationem vel expressisse, vel tacito quodã cōsensu (hoc est actione quadam quæ priori mandato quodammodo aduerfetur) designasse: id quod innuisse videtur, ac satis aperte declarasse Clemens pontifex, ^q dum in sanctione sua apponit hoc verbum, (quomodo libet) demonstrans nihil interesse, quouis modo de reuocatoria mandantis voluntate appareat: seu id quidem fiat verbo hoc est, coram, seu nuntio, seu etiam per epistolam, nam his omnibus modis istud fieri potest, ^r Nec refert denique quomodo fiat, modo constet de voluntate abrogantis: quæ multifariam apparere potest. ecce enim, verbi gratia, qui procuratorem ad resignadū dederat, in eadē postea causa, ac re, dat cuidam alteri idē mādātū, aliquo tamē interiecto tempore, nonne cōsetur prius mādātū induxisse oblittera sēq; ac posteriori oēm voluntatē suā accommodasse? & id nemini dubium esse potest, abrogationem scilicet primi mandati esse tacitè tum factā. Igitur in hoc firmiter cōsistendum, procuratorem, cui, siue isto quidē nūc adducto modo, siue alio quolibet, renuntiatum ac expūctum est mandatum, idque habet quo quomodo exploratum: omni tum via, in hoc eiurationis genere, ad eiurandum mādantis nomine beneficiū excludi. Quod cum sit verissimū, ac inntatur summa æquitate, tamen ne specie vnquam æqui boniq; fraudi sit locus, eximendus est scrupulus quidã alius, qui sese huc ingerit obtruditq; de quo non-

p ca si duo
de procu. in

vi.

q Dic. Cle. i.

r glo. & do-
cto. diu.
de. i.

s ca. nō inin-
ste ext. de
proc.
Notatur L.
cum semel.
ff. de iute.

nūquam à doctoribus nostris disceptatū est, scilicet an obseruetur enūtiatum axioma in mādati abrogatione, quæ fit clandestinò, veluti, (vt facti species, ob oculos ponatur) dat quidā mādatū alicui pcuratori de eiurādo, nomine suo, beneficio, mox seipsum reuocās, pcuratori abrogat clam, resignādi prouinciā, idq; dum adhuc præfens adest procurator: quæstionis est, an si is homo, cui resignare mādatū erat, cedat postea mādati nomine, vi illius mādati, quod furtim retractatum fuit, valitura sit, ac firmitudinē habitura sic facta eiuratio. Et certò Antonius & Baldus^t cēsuerunt, hæc reuocatorias tabulas, nullius prorsus momēti esse, his enim sic vt narratum est, confectis, fucus fit Romano pontifici: verba dantur principi in ecclesia magistratui, summæq; aulæ eluditur autoritas, quæ in admittenda confirmandaque omni tali resignatione, in gratiam certi hominis facta, necessario debet interponi: Cui Baldi opinioni equidem accedo, maximè quod firmata ea sententia, abigitur eiurātis dolus, qui per contrariam clandestinam tabellam vult, quod coram publico grammateo & perscriptore apertè professus est, malignè deludere: arcetur item inconstantia ac mobilitas clericorū, atq; in hac etiam parte positioneq; sic extēsa, & pducta, stat cōmunis doctorū nostrorū sententia. ^v Quātūuis Felinus, dū verba nimis scrupulosè attēdit, & scripturam legis superstitiosius quàm par sit, aucupatur, coarctatque, hac in decisione, plus æquo, quātum ego sentio, hæsitauerit. ^x Id axioma, ad ea quoque mandata refertur, quibus eiurantur permutationis nomine beneficia, vt scilicet, qui mandatum, ex ea causa datum, cupit retractari, tot habeat necessè præceptiones obseruare, quot diximus necessariò seruandas ei esse, qui contraria tabella, reuocat mandatum, quod cōsignarat, de eiurando purè aut in gratiam bonumque alterius sacerdotio. Igitur vtrobique, siue mandatum sit de eiurando ex permutationis causa beneficio, siue de renuntiatione simpliciter absoluenda, qui mandatum illud vult mutata voluntate, fieri casum, & contraria tabula ca-

^t Anto. & Bald. ca. ex parte decani ex. d. re- scrip.

^v Ioa. de Selua quæstione, xvi. parte tertia tract. de bene.

^x Feli. dic. ca. ex parte decani de re scrip.

dere in irritum, curare debet, aduersam illam & reuocatoriam tabulam, vel procuratori prius dato planam fieri, vel illi ipsi Antistiti, apud quem tractandum erat & absolendum eiurationis permutationisque negotium, quod ni fiat integro quidem adhuc negotio, quæ aguntur ex priori mādato decedēdo, de que permutando conscripto, valent pōl optimo iure, nec habetur ratio vlla abrogationis factæ postea. ^v Sed quid statuendum, si fiat reuocatoria re integra, tabellæ significatio, non quidem illi, qui mandatum accepit de resignādo, vel permutationis nomine, vel bono & gratia cuiusdam aliūs hominis, nec item magistratui idoneo, apud quem, hæc sunt peragēda, Sed eos duntaxat hac de re admonuit, quorum potissimū in hac causa interesse videtur, nempe aut eum, cum quo vult fanum suum commutare, aut illum cui gratuitò vult eo cedere, Quid inquam, si id accidat, statuendum? & quidem in hac quæstione, quæ hīc necessariò annectitur, primum exēpli caput, quod ad permutationem pertinet, clari & aperti iuris est. nam recipitur omnium calculo, ^z si illi, cum quo agebatur de permutando sacerdotio, se id concilii mutasse declarauerit commutans, priusque mandatum, quod dederat de permutando, altero mandato contrario, planè abrogasse significauerit, idque nōdum confecto permutationis negotio, si- gnificationem sanè illam sufficere, ad infringēdum, & omni iure priuandum, quicquid vi prioris mādati, reuocatoria tabella postea obnuntiati sit confectum, tametsi obnuntiationē illā seu reuocationē ignorarint tū pcurator delectus ad eiurādū ex permutatione beneficiū, tū & Antistes præpositus eiurationi illi admittēdæ, cōfirmādēq; Cuius rei ratio est, quia is, cuius potissimū hīc negotiū agitur, ac cuius cōpertus est, alterius qui mutata voluntate, permutare nūc nōlit animus, scitq; ipsum, ea de causa, prius mādatū abrogasse, si vltorius, tacita, suppressaq; abrogatione, quā notā habet, re perducēdā curet, finiēdāq; secūdū prioris mādati tabulas que fuerant antè vtriusque nomine consignatæ, doli manifestò conuincitur, Et dolus malus, ab hac re sacrata,

^y La. & Domini. ca. si. de pro cu. in. vi.

^z La. & Gemini. dic. ca. si. de pro. in. vi. Feli. dic. ca. ex parte decani de re scrip.

a ca. cum dilecti de elect. ca. dudum s nos igitur de preb. in vi. & sacerdotali prorsus abesse debet. ^a Ideò non iniquum, si is eo, nō potitur, quod dolo malo sibi procurasse, omni præsumpto iuris hominumque iudicio, existimari potest: cum enim is, qui cum altero fatagit, de permutandis inuicem sacerdotiis, præcipuas vbi est dictum in eo negotio, vel agentis vel paciscentis partes sustineat, ^b nonne is est, ad quem, ea res potissimum pertinet? id quidem clarum est, & certum. Cum igitur illi facta sit mutatio ab altero voluntatis, sublatique prioris mandati significatio, Quid impedit, quominus generali alioqui decisione iuris teneatur? qua, inter doctores conclusum est, ^c satis esse in tali agitationis sacerdotiorum negotio, vnum quempiam ex his, qui assenserant & expectabant finem, interim de reuocata atque immutata alterorum voluntate, certiorum factum esse, ad hoc, vt ex ea re, procuratoris mandato censeatur derogatum.

At in altera, quæ adiungitur specie, maior obtruditur difficultas, maiorque dubitatio, nempe cum datum est mandatum, ad eiurandum in gratiam bonumque alius hominis, sacerdotium, quod quidem mandatum à mandante postmodum expungitur, reuocaturque, An tum quoque, sit satis, reuocationem illam, re integra auribus illius accidere, cuius gratia, bonoque, facienda mandabatur eiuratio. Et vtrum ex ea reuocatoriæ tabellæ significatione, facta solum homini illi, qui beneficium expectabat, censeantur procurator, & antistes, absoluedi negotii potestate submoti, perinde quasi vtrique horum particulatim facta sit retractati mandati declaratio: ob idque, si quid ab eis, postea actum, irritum decernendum, atque idem ius statuendum, quod in altero exemplo est constitutum: Et certè Felinus, ^d in huiusce rei tractatione, innuit in dispari causa, disparique ratione, diuersum ius statui debere, dispar porro esse videri permutationis & huiusce eiurationis negotium, disparem itè rationem omnem, disparemque causam. Idcirco tali reuocati mandati significatione, ei duntaxat facta, cui cedebatur beneficium priores mandati tabulas non abrogari: itaque valere quicquid

d feli. dic. ca. ex parte decani ext. de ref.

quid postea sit gestum à procuratore reuocationis inscio. Ego tamen Felino sic generaliter, hac in re, statuenti, non assentior multis adductus rationibus, in primis mandatum datum in hac eiurationis specie, quæ fit alterius bono & gratia, videtur quasi vim & naturam cōventionis habere, ^e Censeturque quodammodo inter mandantem eiurare, & eum cuius nomine causaque mandatur eiurari, tuenda eiusmodi pactio, scilicet vt vnus nomine eiuretur, & alter eiuratione beneficii accipiat, ratamque habeat, Cuius pactio vis, ab absolute perfectioneque conuentorum, hoc est, ab admittenda, & à Romano pontifice comprobata resignatione planè pendet, hinc fit, vt instar aliorum contractuum, qui, non nisi consummata pactio, contrahentes obstringunt, nec ante vi, & columine, aut substantia firma suffulciuntur, hæc eiuratio, neque hosce quodammodo paciscentes pactorum obseruatione liget, neque vim vllam, aut efficacitatem accipiat, antequam illi consummationem auctoritatemque suffragio suo, (hoc est eiurationis approbatione) dederit Romanus pontifex, quod antè non censeatur absoluta esse perfecta que negotii ratio, ideo priusquàm id accidat, certum est ad nutum horum duorum, qui præcipui cōuenire debent, in id causa, hoc est, ad arbitrium vel mandatis resignare, vel eius, cuius gratia fieri debet eiuratio, rem posse retractari, Quæ cum ab eis potissimum duxerit initium, non autè à procuratore, nec à Romano pontifice, cur non inter eos quoque, inducto sublatoque priori mandato, terminabitur? nihil certè adferri potest, quin id optimo quidem iure fiat, ac terminatio quæ cum præcipuis negotii capitibus fit, æque sit valitura, ac si cum procuratore, aut superiore illo sacro magistratu transigeretur, hoc est, si alterutri istorum duorum significaretur, retractati mandati abrogatio: præsertim cum hoc genus eiurationum, quod fit in alterius gratiam, conditionale semper censeatur, ^f habet enim inclusam conditionem, quæ innititur actione tum illius hominis, qui eiurato donandus est beneficio, tum Romani pontificis, qui eiurationem admittit.

e glo. & panor. ca. ex parte de offi. de lega.

f in son. concii. clxi. volu. ii. & concii. lxxxvi. volu. iii.

furus est, voluntatis declaratione, quæ conditio perfectionem consummationemque negotii impedit: quare donec perficiatur, licet eiuratori, mutato concilio mandati tabulas retractare, modò procuratori, inquit omnes, innotuerit reuocatio. Verùm quæ ratio adferri potest, quare ea mandati abrogatio, significata ei, cuius bono facièda est eiuratio nõ sit eadem vim habitura, atque si procuratori, ad eiurandum significata esset: licet enim Clemens, in ea constitutione solum meminerit significationis, quæ fit, vel procuratori, vel superiori Antistiti, non tamen exclusit eos casus, in quibus maior tantundem sciendi adfertur ratio, Cuiusmodi species præfens hæc, cèseri debet, tum maximè, cum in superiore, & paulò antè explicato exèplo, quod de reuocatione, quæ in permutationis negotio, fit, omnium, atque ipsius Felini sententia, decisum, ac constitutum sit, satis haberi abrogatum mandatum, quod datum fuerat de resignando permutationis nomine, sacerdotio, illi ipsi re integra, significari, cum quo, conflanda erat permutatio. ^h Nec satis, meo quidam iudicio adferri potest causæ, cur dispar inter hæc duas species, constitui possit ratio, & quænam reperiri queat dissimilitudo, in vtraque enim, beneficiarius eiurandum mandat sacerdotium, in vtraq; item accedit quædam persona, cuius cõtèplatione fit eiuratio, & in quâ personam transit, id quod eiuratur, vel permutationis quidem causa, vel etiã gratuito beneficio, sacerdotiũ: tum & in ambabus, necessaria est horum duorum hominum, hoc est, cedentis, vel eiurare mandantis, & illius cui cedendum est, mutua consensio, quæ si in altero deficiat, vel integro adhuc mandato mutetur, & quo dictũ est modo, de mandato abrogato appareat, quicquid vtrobiq; fiet, cadet sanè in irritũ Sicq; huius senatus iudicio decisum esse autor est Philippus probus. ⁱ Superest, quid iuris decernendum, cũ cõsignatũ est mandatum, de resignando beneficio, non permutationis nomine, aut bono, gratiaue alterius, sed purè simpliciterq;. Itaque cũ de duobus primis statuerimus dixerimusque, ex

g Dic. cl. i. de renunt.

h Domi. & la. ca. si. de proc. in. vi. Feli. dic. ca. ex parte de sani.

i probus ad di. ad ioa. mona. in rub. de re. sig. in. vi.

e quo & bono, quæ visum fuit, restat etiam hoc vltimũ enucleandum, † quod sanè longè difficilimũ, abstrusissimumq; † cogitandũ videri potest. Illi enim nulla apponitur cõditio, nulliq; cãcellis circumscribuntur, sed datur absolutè mandatũ, ad eiurandum, cedendũq; , purè & simpliciter beneficiũ: Atque ob id, oritur dubitatio magna, An satis sit, si illud reuocetur retracteturque, reuocationis tabulã, ei homini ex quadam veluti certa præceptione, coniecturaque futurorum, adlatã esse, ac declaratã, ad quẽ eiuratum beneficium transisse potest a cognoscitur: atque illius eiurationis vi, illi tributum, hinc videretur multũ hæredũ, nam quidam ex neotericis nostris Iuriscõsultis, ^k existimarũt satis esse, abrogationis mandati significatione, re adhuc itegra, illi factã esse, qui postea ex ea cessione donatus sit eiurato simpliciter sacerdotio. Alii cõtrarium censuerunt, ^l quibus planè, hoc est alteris illis neotericis, qui huic cõtrariæ opinioni resistunt, nõ adhibita alioqui maiori argumentatione, neque allata huc accuratiore indagatione, ego nõ assentior, Quæ enim allata sunt in præcedentibus duabus quæstionibus, mihi satis contra neotericos illos videntur collocari in hac parte posse, pro ea, quam nunc hinc adstruimus sententia, sicuti nec ea, confutatione aduersæ partis acriore, mihi quidem, pro iam illustrato negotio egere videtur. Quare hoc satis discusso, arripio quandam alteram in hac materia doctissimorũ nostri temporis hominum sententiam, qua existimatum est, significationem reuocationis mandati, quæ publico grãmateo & perscriptori, qui eiurationis tabulas, vi publici officii, exceperit, facta sit, eandem vim habituram, atque si procuratori ad eiurandum delecto, vel superiori Antistiti facta fuisset, ^m Atque constitutioni Clementis pontificis, hac significatione abrogationis putant satisfactum. Quæ tamen sententia ex his, quæ suprã retulimus planè contidit, atque obruitur, ideo in ea, pleniũs insistendum non existimaui, cũ enim eiurationis simplicis & puræ retractatio sat maturè, ei facta, ad quem eiuratum beneficiũ, postea

† cogitandũ semel atq; iterum in hac terra factũ specie.

lz Philippus probus rub. de renun. ad di. ad ioa. mona.

l Feli. dic. ca. ex parte de cani. ioa. de Selua tractatu bene. tertia parte quæst. xvi.

m Rebuff. cit. de reuo. procura. in proxi.

n Feli. dic. ex parte deca ni. Ioa. de fel ua dic. qua- stio. xvi. pro. dic. Rub. de renun. transisse cōperitur, alicuius tamen non fit momenti: ^a qua ratione, plus virium sibi assumet, ea, quæ per scriptori & notario significata est? cum ei notario nullum, post consignatum eiurationis negotium, relinquatur ministerium, quin immo autoritate publica compellitur, eum cōtractum, cui, fatagēs suo muneri, interfuit, eiuratori, & ei, cuius bono eiuratur exhibere, nec, quæ per scripto eiurationis negotio, cōtrahentes, depaciscentēsque, seorsum moliantur, turbant, miscent, ad eum, qui iam suo officio sit perfunctus, quicquam pertineant.

Titul. 25.

QVI PER INTERVALLA IN-
sanit, si sacrum quod habet beneficiū, eiurat, idque vel simpliciter, vel alia quacumque legitima specie, quonam tempore, censendum est id fecisse, An ne in accessu insanix? An verò in recessu morbi que alleuatione? tum si ea de re, inter aliquos controuersia exoriat, cuiusnam eorum, rei probandæ munus, iure iniungendū.

Cap. 25.

In primis nemo non nouit, vecordem mentēque captum quocūque tādē insanix genere laboret (nam id multis fit modis sicuti aiunt qui rem medicā tractant) ab omni pactione constanda, faciēdaque conuentione, legibus prohiberi, ^a earum quidem rerum causa, quas egerit post accensum in eo primū furoris seminarium, nullaque promissione tum obligari posse. Quin si deliquerit quoque, scelusq; aliquod admiserit, & talis sit mētis vel commotio, vel alienatio, vt furorem planē arguat, pœna, quæ delicti causa infligi solet, nullo modo teneri. ^b Ratio autē horū, per se patet, quia nihil ab eo, est exigēdum, qui mēte nō cōstat. ^c At enim in themate, de quo nunc agēdū, in eo hēret scrupulus, quod desipiēs iste, qui subiectus est in exemplū, nō desipit perpetuò, sed solū per interrupta momēta tēporū, hinc fit,

^a L. in negotiis ff. de regul. iur.

^b Cle. 7. de homi. l. furiosus qui test. fa. c.

^c l. diuus. ff. de off. pres.

vt quandoque ad se redeat, menteque consistat, (quales esse solent ex Philosophorum & medicorum sententia, phrenetici, melancholici, & omne genus Lymphatorum hominum qui falsa apprehensione inuaduntur, quibusque deperit vis memoriæ) Fac igitur quendam horum, vel purē simpliciter que, vel gratia, bonoque alterius, sacerdotium resignasse: certē potest id fecisse, dum delirio, vel furore agitabatur, & cōtrario potest etiam dici, eo tempore id fecisse, quo furor confederat, seque ipsum remisit. Si ergo ea de causa, inter aliquos oriatur controuersia, quorum alter factum impugnet, uti actum tempore insipientiæ grauioris, alter verò tueatur, obfistetque impugnationi, à quonam tum illorum stet præsumptum iuris iudicium, & qui ex his duobus, dilucidandæ ac explicandæ rei probatione releuetur, ac è diuerso, in quē transeat id probandi planumque faciendi negotium? Et qui dem aduertito primū, magnam partem hominum, qui ius interpretantur censuisse eiuratore, ex quo eum iam constitit furore corripi, existimandum eo tempore dementem fuisse, insani que animi, quo se beneficio abdicauit, hinc consequens esse, vt qui pro facta eiuratione propugnat, necesse habeat, probare resignantem, qui non, nisi per interualla desipit, sedata tunc fuisse mente quum resignauit, quo confirmato & probato, resignationem quidem posse consistere: Hæc autem pro ea firmāda sententia probationes adferuntur, quia primum omnes affectus animi, non censentur facile ab eo, qui semel iis sit correptus abire, quin durare, hærereque, nisi planū fiat, sedatos esse, & potissimū, ea affectio, quæ hominem mēte deiicit: Quæ cum medicorum sententia existimetur curatu difficillima, certē cum primū hominem inuasit, in eo semper inesse videtur, & continuata accessione eum corripere, nisi per probationem, contraria res appareat: Ad hæc, qui vel semel nequam fuit (qui morbus est etiam animi) cum probabili coniectura in ea malicia atque improbitate existimetur persistere, ^f quī fiet minus, vt qui item desipit, & rāto morbo, qualis est furor, agitatatus est,

^f ca. qui semel de regul. iur.

haud censeatur semper eo teneri? maximè iuris coniectura, præsumptioneque, quæ à consuetudine frequenter sumi solet, à qua, in hac nostra iuris scientia, validissima argumenta ducuntur. Itaque fuere multi ex antiquis pontificiæ disciplinæ professoribus, qui in vniuersum probato semel in homine furore, censuerunt non satis esse, si vlla omnino in re, villoque in negotio ostendatur eum aliquando resipiscere, nec furere perpetuò, Sed oportere etiam demonstrare, ad hoc, vt valeat villo pacto, quæ postea fecit, dixitque; vel cõsignauit: illum eo tempore ea dixisse, fecisse, ac cõsignasse, quo quidem tempore, mente planè ac animo consistebat, Quia si cuti (inquiunt) in ea quiuis censeatur voluntate perseverare, cui se primùm assuevit, nec ferè vnquam existimatur illam abiicere, nisi nominatim id probetur, Ità qui consuevit furore arripi, nisi probetur sedatus furore, iudicatur eo semper agitari, secundùm id quod tributum est etiam pro uerbio, consuetudinem alteram esse naturam, id est, quibus qui assuevit, ab illis eum, vix temerè vnquam relinquere diuellique. & hæc hæctenus, pro hac parte.

Prodeunt Alii, qui rem moderantur, censentque diligentissimè inspiciendum esse, quid in illa rei actione loquutus sit actor ille, qui furoris arguitur, nam si quæ dixit, sermonè redolent vesani & furiosi hominis, actionem non consistere, fin eius oratio constans est, & sapientum sermoni non ab similis, vt quæ tota composito, aptoque ordine sibi respõdeat illum haud dubiè non fuisse tunc deprauati iudicii, nec mentis ab alienatæ censeari, idèò, quæ tum fecit, dixit non esse eo nomine, scilicet per obtensam, obiectamque dementiæ causam, improbanda aut infringenda. Tertia adfertur opinio, sunt enim qui alia distinctione, hac in re, vtendum putent, quæ sic ab eis profertur. Aut (inquiunt) is, de quo nunc fit sermo, nunquam antea furiosus fuit, tuncque, qui dementiã obiectat, eam probet necesse est: aut certum est, cum mente excuti, sed id fieri per intervalla, & eo casu, videndum, an eo tempore rem egerit, quo solitus est eum furor relinquere,

g pater de an
cha. & cardi.
cle. i de hom

h l. lucius pri
ma ad fi. ff. de
leg. ii:

i ange fulgo
roma. dic. l.
furiosum.

lz gemi. ca. i.
s. si vero de
cler. agro

atque is ex ea furoris intermissione, quieto, iam multo tẽpore ante rem actam, coeperit esse animo, & tunc nihil impedire, quominus in ea morbi relaxatione, quæ verè tum præsumèda est, ac præiudicanda valeat, quod fecit dictauitque: At si protinus à furore, vel interiecto paruo quidem temporis momento, id fecisse dictasseuè probetur, tum nihil prorsus obstaturum, quin quæ tũ fecit, irrita fiant, nisi is, qui prociuratione stat, sanam tum mentem probauerit, nam dubiò procul existimandum fore, ac animo præcipiendum, eum nec tũc quidè fuisse furore satis expeditũ, menti que; benè restitutũ nisi id liquidò appareat. Hæc atque; huiusmodi alia isti, p hac sententia sua proferunt. Accedit quarta sententia, quæ censeat, vt si allegetur furor, aut insania actoris, factorisue, cuius actio, aut factum petitur, vt improbetur, animaduertendum sedulò, qualisnam furor, qualisue insania proponatur: nam si dicatur, nõ quidem semper sed vno illum die, vel alio quouis breuis tẽporis spatio, coepisse conturbata ratione esse, id profectò nihil esse, quo ad firmandum intentionem allegatoris, qui quod actum est, rescindi cupit, Esse enim potest, vt vlteriùs dementia non processerit, nec reperit in lögam diè. Sin autem obiiciatur, constetque continuatam diutius fuisse insaniam, sic tamen vt illa nonnũquã se remiserit, habueritque homo demens ille, circuitus nescio quos alleuationis, certè tum existimandũ esse, eũ, quecumque; vel egerit, vel dixerit, egisse dixisseque furoris tempore, nec circuitus illos, aut intervalla alleuationis satis esse, ad acta illius dictaque; cõprobãda, vel confirmãda, nisi illa sint eius generis, vt eum indicent, cũ illa cõsignauit, fecitque; fuisse planè integri, nitidique; nõ cõcussi, aut furore agitati animi, quippè quæ, à cõcilio, dictoque; vel factò sanorum alioqui mète hominum, non dissi-deant. Et istud quidem proloquium vltimum, ab ea que loco primo recitata est, opinione, non admodum est dissimile, eò fit, vt magis huc inclinem: fitque item consequenter vt mihi non satis probetur Gomeffi sententia, qui eiuratione eo tẽpore factam, præsumptione legis existimat, quo, furor

n bar. trac. de
test. ca. quod
incipit oppo
sita prudẽtiæ
ia. dic. i. furio
sum.

o gomeffi reg
de in fir. reu.
quæst. x.

p ca. super
hoc de renu.
q alexa. con.
cxli. inci. ma-
tura in liii.
vo. & conc.
lxxxvi. inci.
viso themate
in il.
r molli. regu.
de infr. refi.
nu. cxli.

propter interualla, cōquieuerit, huic enim sententiæ obstat, & communis doctorum traditio, & præsumpta cæteroqui, regularis iuris ratio: eiuratio enim sacerdotii, tum propter frequentem hominum malitiam, tum ob iacturā, rei familiaris, quam inde accipit eiurator, vix est, vt ferè vnquā sponte fieri censeatur, vnde, tum & ex rationibus, latius supra pro- ductis, mihi videtur verior Bartholi, & eorum quorū me- minimus, in hac prima opinione sententia, quam & docti nostræ ætatis Parisienses eruditè comprobarint.

Titul. 26.

**POTEST NE IS, QUI POST, OM-
nibus modis absolutā sacerdotii eiurationem, triennium
continuum, nullo interpellante potitus est sacerdotio, de
creto iuuari, quod de pacificis possessoribus inscriptum
est, tantique temporis præscriptione, secundum decreti
vim, sanctionisque præscriptum, controuersiam omnem
submouere, quam huic homini faceret, vlla ex causa,
quiuis homo?** Cap. 26.

a gome. reg.
de trien. pos.

NEc mihi hac in re hæsitandum videretur, nec ego quicquam huiusmodi huc induxissē, nisi planè liqueret de eo, quandoque in foro dubitari, vidissēque in eo enucleando, apud plerōsque ambigi, & titubanter rem concuti, distrahi que variis aliquando sententiis, id quod etiam affirmat Gomefius^a qui in Rotæ confesso semel atque iterum vidisse ait, hac de re non paruam habitam fuisse alterationem: Igitur vt nihil non decisum relinquatur, quod possit alicui scrupulum mouere, tres perfunctoriè rationes adferam, quibus permotus autumo, istiusmodi eiuratorem beneficio dicti decreti vt non posse, quanquam triennio continuo, ab admissa, confirmataque, & omni ex parte absoluta eiuratione cessum beneficium, citrà controuersiam possederit. Et primùm certi iuris est id decretum, occupato rem, merumque & iure cassum detentorem, non respicere, neque

neque illi adiumento esse posse: nimirum, ad eos spectans, qui cum titulo saltem colorato, totum triennium possederunt. At qui resignauit, vti habetur in themate nostro, eiuratione apud superiorem Antistitem admissa, & comprobata, omni titulo se planè exiit, submouitque, eiurati beneficii tum possessione, tum mancipio, ita vt si dehinc vtitur, fruitur, merus sit occupator, occupatione tamen iure non improbata, quousque cui cessum est venerit, sed tamen tali, vt caput haud respiciat, possessorum pacificorū, quāuis illā possessor firmarit trienni temporis spacio, ad hoc, vt hinc quousque alios valeat cispellere. Adfertur alia, pro hac sententia, ratio, Quia si eiurator is, post admissam iureque firmatam resignationem, ex possessione resignati beneficii abstrahatur in qua quidem possessione permanferat, interdicto possessorio certare non potest neque iure contendere, vt in eam possessionem ex decreto, vi interdicti, restitatur,^d quia qui hoc interdicto innititur, illouè iuuari cupit, necesse habet, planum facere, se iure possidere, in his maximè sacratis negotiis, & se legitima possessione deiectum fuisse. Id autem post admissam ab Antistite superiore eiurationem, perfectāque, & omni numero absolutam resignationem, allegare nequit eiurator, quippe qui possidendi (adueniente eo, in cuius gratiam eiuratum est sacerdotium) ius nullum habeat, & quod possidet, eò duntaxat possidet, vt rem integram feruet^e potiori, ne interea fanum destituatur administro, Vnde fit, vt simili quoque in causa similique ratione decilum sit, vt qui ædem aliquam sacram, per mortem beneficiarii, tanquam possessore vacuam, sibi dari procurat, quæ quidem ædes sacra, copulationis iure, à summo Pontifice antea concessa, cum altero quodam fano, moriente præfecto, adunata est, operam planè ludat, nec iure eum constet firmari posse, quantumuis triennio continuo, eam possideat, bonisque illius vtatur fruaturque, & pro arbitrio eam regat. Nam præscripta formula de pacificis possessoribus, nunquam iuabitur, deficitur enim omni titulo, qui utalim defuncto nouissi

d ca. accepta
de rest. spo. in
no & cæteri
ca. in literis
de rest. spolia

e alex. l. si
quis vi. s. dif
ferentia ff. de
acq. poss.

mo possessore, in aliud templum, confociationis iure, ex pōtificio diplomate abiit, in illiusque templi cui tandem iunctum est vsum bonumque, morte quidem beneficiarii expectabatur. Igitur cum ex ea morte, beneficium possessore non vacauerit, impetratio illa, impetranti nullum ius adferre potuit, ex quo fit, vt sicut iste decreti prædicti de pacificis possessoribus, opem implorare nequit, cum nullo suffultus sit titulo, ita alter ille noster resignator, penes quem, post eiurationem iure omni confirmatam, ne vestigium quidem residet tituli, eadem ope minimè iuari possit, Vtriusque enim horum hominum, siuè vniti, siuè resignati beneficii, possessionis, quæ titulo omni vel est destituta, vel caruit sèper, nullà par est, rationem haberi. Deniq; ratio qua, vel maximè inuitor hanc in partem, sic habet, certum est decreti, de quo nunc agitur, constitutionem, ad eos solum spectare, qui non solum tres annos continuos, sine negotio & turba, possederunt, sed vt possiderent, titulo, qui colorem iuris in possidendo adferret, sunt suffulti: in hanc enim causam scilicet possessionis, triennio nunquam interpellatè, turbatèquè, duo copulatione concurrant, necesse est, nempe ius primum bonum, vel color tituli, iurisque, dein trienni, citrà vllam interpellationem, controuersiamq; possessio: quod si alterum horum deficiat, vel præposterum sit, id est titulus, non præcedat, & possessio de hinc non subsequatur, quicquid in hac re fit aut proponitur inaniter fit, proponiturque nec ad prædictam decreti formulam referri potest, Splendor enim tituli in hac causa, est veluti columen quoddam, fundamentumque possessionis, Ideòque iaci debet antequam construatur ipsa possessio, quæ postea in tres annos nullo interruptos cuiusquã legitimè interpellationis discrimine, perducenda est, & si omnia hæc simul non iungantur, in cassum utique accersitur prædictæ sanctionis auxilium, Nostro autem huic eiuratori, illa quidem non adsunt, nam & si citrà controuersiam possiderit triennio, nullus tamen titulus, qui possessioni colorem induxerit, nempe per eiurationem supra positam, suo planè

vetere deiecto, ipse superest.

Nunc confutanda, que ab eo opponi possunt, cui forsanim mentè venerit, nobis in hac re clara, oppedere, nam si dicatis ex triennii nullo modo interpellata possessione, præsumptionem facillè induci, retrò celsi tituli, hoc est retrogressi, vnde abierat, id ego actutum propulsabo, Ostendès perspicuè, huiusmodi præsumptum iudicium, huic nostro eiuratori, in hac causa, non competere: nimirum necesse autur ex hac triennii possessione, quæ tametsi non reprehendenda, nullota tamen subnixta est fundamento, Duo extraordinarii iuris specialia induci, quibus iuuetur hic eiurator, scilicet acquisitio tituli, & exceptio prædictæ formulæ (de pacificis possessoribus) quæ præscriptione prædicti temporis suffulcitur, quæ quidem duo huc nequeunt erumpere, nam & omnis abest titulus, & prædicta exceptio, hinc se, salua regula iuris, non sinit spectari. Præterea ad quid in huiusce facti specie, valere potest præsumptio isthac retro celsi ac retrò acti, ob triennii possessionem non turbatam, ad resignatorem tituli? cum satis constet (vti declaratum est) in istius decreti, de pacificis possessoribus, auxilio duo coniunctim si ta esse, ad hoc, vt quis eo uti queat, videlicet ius primum, vel causam speciem uerequiri tituli, dehinc prædicto tempore continuatam, sine vlllo negotio & lite possessionem, quæ iure illo & colore primo tituli sit suffulta, quod si alterum desit, vel præposterum sit, nihil agi, non enim ex istiusmodi possessione queri titulum, sed ex titulo possessionem fulciri. Ergo nec sola possessione iuari, quit noster hic eiurator, quam nullus antecedit qui eam firmet titulus, nam abiit ian dudum ab eo antiquus suus, nec titulum, qui vel perit, vel nullus fuit, quantumvis longa possessione quærere sibi potuit: quid ergo hoc in casu, locus erit, præsumpto illi iudicio, quod ab aduersario possit huc induci?

UTRUM TEMPVS SEMESTRE,
*quod eiurationi, quæ apud Romanum pontificem fit, pu-
 blicandæ, per regulam præstitutum est, cedat, excurrat-
 uè, ab admissa continuo in aula pontificia, resignatione.
 An verò ab ea die, qua resignationi illi cōsensu dicitur
 accessisse.*

HEC quæstio, multos torfit ex veteribus, tantaque inter
 eos controuersias conciuuit, vt pro reconciliadis rebus,
 confociadisque opinionibus, quæ in illius decisione varias
 in partes diducebantur, necesse fuerit nostra ætate pontifi-
 ci magno, voluntatem suam ea in re enucleare, adscripta cō-
 cinnataque declaratione, qua palam faceret, quid aperti iu-
 ris in huiusmodi specie, statuendum esset: Igitur vt ad hanc
 discussionem deueniamus, fuere qui opinati sunt, tempus
 sex mensium publicandæ eiurationi, à regula cancellariæ
 præfinitum, ab ea die dinumerari, qua, factæ resignationi, ac-
 cessit ea cōsensio, de qua feritur sermo, in regula illa qua-
 dra gesima tertia Innocentii: Nec vnquam excurrere illud
 semestre tempus, quod eidem agendæ rei, ex præscriptis pō-
 tificiis datum est, nisi ex quo, à cōsensu vero illo, absoluto-
 que, eiuratio robur acceperit: cur ità inquires? quia (vt ipsi
 aiunt) si aliter fieret, videremus quotidie multas ecclesiasti-
 co hominum generi, factum iri iniurias, sequutura multa in
 commoda, ac fraudibus apertè locum futurum. Nam ecce,
 vt exemplum ponatur, huius atque istius nomine, curaretur
 à malitiosis hominibus, supplicationem beneficii eiura-
 toriam falsò conungi, eamque papali autoritate confirma-
 ri, cum interim neque is, neque iste, aut beneficium resigna-
 sent, aut si resignassent, eos facti cum pigeret, voluntatem
 commutassent, atque ità fieret, vti inscius quiuis, vel inuitus
 suo spoliaretur sacerdotio.

a reg. cancel.
 de bene refi.
 in cancel. &
 de resignan.
 beneficia.

Ergone id fiat, æquū esse, imo necessariū, eiurationi factæ, cō-
 sensum accedere, qui veluti causa efficiens (vel vt inquit
 dialectici, causa, cuius vi, aliquid est) formam materiamque
 adferat negotio, per quam formam, illud adornetur, perfici-
 ciatur, conuestiatur, absoluatque omnibus suis numeris:
 quæ si non adsint omnia, postulationem illam falso nomi-
 ne decretam, subscriptam, & obfignatam, ad irritum planè,
 pessumque profus ituram, vt quæ facta sit, & expedita, cū
 nondum de voluntate eiuratoris satis liqueret: cum etsi, cō-
 facta sit de eiurando mandati tabula, atque etiamnum iam
 eiuratum sit, possit tamen accidere, vt antequam aperto cō-
 sensu offirmitur eiuratio, atque adhuc integrum sit pro-
 pmodum, quo ad id negotium, certè nondum plenè abso-
 lutum, eiurator vel voluntatem tum mutet, vel mortem e-
 tiam obeat, antequam planè constabiliat aut det procurato-
 rem, qui ipsius nempe eiurantis nomine, eiurationi consen-
 sum præstet: nam ante iussum, consensum illum, ab eo pro-
 curatore in aula pontificia præstari, dici non potest planè,
 firmèque constabilita ipsa eiuratorii mandati, datio. Quod
 si interea loci alterutrum horū quæ modo sunt posita, eue-
 niret, irrita fierent omnia, sicque inaniter, pro diuulganda
 resignatione, impenderetur pecunia, laborque in id omne,
 incassum sumeretur, Igitur ne id item cōtingat, absolutum
 consensum præcedere necesse est, atque ab eo solo incipere
 tempus illud, à cancellaria præscriptum, de quo nunc a-
 gimus.

Præterea certum est (vt ipsi inquit) antequam quis in
 possessionem beneficii venire possit, operepretium esse, ex-
 peditas esse bullas, nam vi solius simplicis schedæ (quā di-
 cimus signaturam) in possessione beneficii collocari tutum
 non esset, ^b Atqui bullæ istiusmodi, vel codicilli papali bul-
 la obfignati, nemini dantur Romæ, aut expediuntur, nisi pla-
 num fiat, adhibitum esse eo nomine ab eiuratore vel eius
 procuratore consensum: igitur sine hoc consensu signatu-
 ram nihil agere, solamque & per se, nullū effectum habere.

bnico. m. in
 pto verbo
 lite, rota deci
 xvii. titu. de
 p. eb. in nouis.

Ergo liquere, ab illo consensu, tanquam à rei cardine, quo innititur eiuratio, pendere omnia: sine quidem illo, fieri nihil: ob idque, ab illo auspicandam item esse, temporis, publicandæ eiurationi, pontificio præscripto, assignati dinumerationem.

Adhæc cum planum sit eiurationis factæ consensum, post multos eiurationis menses posse accedere, eique robur & firmitudinem addere, ut habetur in sanctione rescriptoque Alexandri Sexti (cui nomen est extrauagans) certè superuacuum inutilemque promulgationem illam Alexandri pontificis dici par esset, si interim ei, cuius gratia, facta est, admissaque & confirmata Romæ eiuratio, illius diuulgandæ tempus procederet, inciperetque iam numerari. Nā fieret inde absurdū quidam magnū, absonūque, & ineptum, quod esset huiusmodi, Cautum quidem est prædicta Alexandri sanctione, istud tale, videlicet ob signata hodie (verbi gratia) eiurationis supplicis scheda, posse expleto postmodum anno, atque etiam eo, à morte eiurantis finito, eiurantis consensum per procuratorem iam ante datum interponi, Fac igitur consensum tunc, hoc est, post mortem eiurantis, expleto vno anno, per procuratorem datum antea eiusce rei gratia, interpositum fuisse: Rogo te si interim tempus edendæ diuulgandæque eiurationis, ei, cuius interest, processerit, coeperitque dinumerari: nonnè apparebit manifestè, tempus illud, spatium suum, multo antè confecisse, quàm eiurantis accesserit firma illa, de qua nunc agimus, consensus? Quod si ita est, quid attinet amplius, consensum eiurantis, post decursum illud tempus adiungi, cum integrum non sit, eiurationem atque diploma publicare, decurso iam completoque id faciendi tempore, inutiliter certè & c. i vana profusione impediendorū atque detrimētosa, curaretur illum tūc interponi, & cōsequenter inutilis dicēda esset, futillisque, ac nullius, in hanc, quæ crebrò potest contingere, speciem, momenti, Alexandrina constitutio, Quæ vult, eum adhiberi posse, anno etiam vti diximus integro

vertente, post mortem illius, qui beneficium eiuravit, Nam si interim cucurrit regulæ tempus, attingitque metam suam, & terminos expleuit, quonam euadet illius constitutionis cautio? qui eius effectus? qui finis? quæ utilitas? quid porrò attinuit, hæc facti speciem, ab ipso Alexandro pontifice designari? quid de morte & tanto post tempore consensu per procuratorem adhibendo, mentionem fieri? quid hoc lege sanciri? siquidē iam lapsus est tempus. Adferuntur & aliæ plurimæ rationes, quibus adiuuatur hæc istorū sententia. Atque ita in Rotæ confessu iudicatum fuisse autor est Gomefius. ^c Et hæc sunt quæ tamen potissimum huc adducunt, qui pro ea stant opinione, At, qui repugnant, adferunt item multa, quibus, sibi credi volunt, quorum præcipua hinc recēdere non fuerit incommodum, nec alienum ab instituti nostri ratione. Dicunt ergo imprimis, atque ita ratiocinantur, cū certum sit, solo concedentis verbo, quo petitum annuitur beneficium, postulata perfici, ^d atque ita perfici ut ob signata simplice scheda, qua id conceditur, quo gratiæ loco petitum est, ius statim verum absolutumque attribuitur beneficiario. ^e Non igitur iniquū videri, si spatium semestris, de quo fit mentio in illa regula de publicandis, ab eo die cedat, excurretque, quo concessa perfecta que est gratia. Cōfirmatur intentio, quia generaliter patet, & hoc ad eò verum esse asseritur, prolatione vocis annuentis gratiam usque ad eò perfectam fore, quod attinet quidem ad substantiam fundamentumque & basim gratiæ, maximè in hoc munerum, vel gratiarum genere, ut facta sic gratia, ne per mortem quidem concedentis, & beneficii datoris, qui decesserit, nodum expletis eo nomine codicillis, illa irrita fiat, expiretue. ^f Accedit (ut ex cōparatiōe minorū in re pari ad maiores deducatur argumētatio) nempe in beneficii eiuratione, quæ purè fit & simpliciter, apud quēuis ordinarium Antislitem, vbi primū is eam comprobauit, admisitque, & eo nomine in alterum contulit eiuratum sacerdotium, spatium illud menstruum, quod publicandæ eiurationi fa-

^c Gomef.
reg. de publ.
resig.

^d ca. in institu-
tiones. xxv.
quæst. ii. vbi
glo. & ca. du-
dum. s. nos
enim de fe-
pult.
^e Bald. l. im-
petrata. c.
sent. rescid.
non posse.
Bald. l. huma-
nū. c. de leg.

^f Rota deci.
vlt. tit. de re-
scrip. nu.
ccclxxxii. in
Anti.

etæ admiffæque apud proprium & peculiarem Antiftitem, præftituitur, cedere, decursumq; fuum aufpicari, Nam fi id ibidem fit, multò magis conuenire, vt id ipfum fiat, in eiuratione, quæ apud fummum pontificem concinnatur: atq; ita cenfeatur vtrumque tempus, videlicet femeftre iftud, apud pótificem Romanum, & illud apud præfulem ordinarium quæuis, menftruum, ab admiffa ftatim & comprobata à maiore poteftate, vtpote, Romana, pontificia, aut alia quauis antiftitia, refignatione, dinumerandum: quin hic quoq; hoc eft, apud fummum pontificem, æquiori iure id feuerè obferuandum, Quod hæc eiuratio, quæ apud eū, gratia & bono alterius fit, odiofi iuris effe cenfeatur, propterea quod, non nihil fimoniacum quibufdam redoleat, tantique criminis omnibus, propalam fufpecta effet, nifi id totum augufta Romani pontificis præfentia, & inter pofita abfoluta autoritate abftergeretur, amouereturque fufpicio. Cùm igitur ea fit huiufmodi, hoc eft, odiofi iuris eiuratio, proculdubio coarctandam, cenfent, & quanto breuiffimo fieri poterit tēpore circuducendam, atque confectaria omnia, quæ ab ea, dependent, anguftiore etiam fine circumfcribenda, quàm ea, quæ fpectant ad illam alteram, quæ alii cuius suo præfuli fimpliciter purèque commendatur, illiusque ordinario committitur officio, Ob idque iuftiffimum videri, atq; omni iuri confentaneum in ifta Romana, quæ quidem conditionalis eft, potius etiam, quàm in illa ordinaria, quæ pura fimplèxque fit, diè ftatim ab admiffione factaque gratia cedere, decurrerèque, vel vtranque, quod ad hoc népe ad numerandam diei cefionem pertinet, vt cuique fuum datum eft tempus, æquali iure cenferi, hoc eft, ab vtriusque eiurationis cõfirmatione approbationèque, facta vel in aula Romana, à Romano pontifice, vel alibi, à præfule fuperiore, horum dierum, de quibus nunc verba facimus, decursum ftatui, tempusque illinc planè incipere, curriculo fuo progredi. Adiciunt item ii, has difunctiones, fic ratiocinantes, Aut candidatus ifte, qui petit fui gratia, bonoque, eiurationem

nem à Romano pontifice admitti, ab eiuratore, id faciendi confenfum in id negotii adhiberi, curandi mandatum habet, tuncque fi actutum non curauerit confenfum neceffarium accedi, id quidem factum effe, patiaturo malo fuo, damnoque & iactura, imputandum enim ipfius focordia, qui, rem expeditam, & minoris negotii, quàm fit fupplicis fchedæ exoratio, confectioque, ita neglexerit, tandiuque prolatarit. Quem fanè cõenfum fi maturè procuraffet adhiberi, nihil reftabat quod illi expeditionem adeptionemque diplomatum fuiffet remoraturum, fed quia id nõ fecit, negligens fuit, idcirco eò magis cẽfent gratia excludendum, quod ius noftrū vigilātibus, & acutis propitium, nõ autem ofcitatibus & defidio fis fcriptū effe dicatur, Aut verò cãdidatus idem, nullū mādaturum, ab eo, quem finxerat eiuraffe, apud fummū pontificem, tractãdi id accurãdique habuit, & tunc dolum manifefte nexuit, eaque de caufa, deterius cū eo agendum: nam cū beneficiū viuētis, domino infcio, & fi quidẽ fciffet haud dubiè reclamaturum, fibi apponi poftularit, non folùm id quod optauit, confequi non debere, verùm etiam indignum gratia, veluti hominem exautoratū, fuoque motum ordine, quod attinet ad adeptionẽ tituli, mãcipiūque illius facerdotii, quod perperã affectauit, iudicãdū. § Subdūt g quarto loco quiddam aliud, quod fummoperè videtur vrgere, aiunt enim, infpiciatur finis effectusque, ad quem tendit pótificia conftitutio, in prædicta regula (de publicãdis) fi bene perpendatur, res clara fiet, nam perfpicietur, papam eò intendiffe, fcopumque direxiffe, vt occultis vel clandestinis eiurationibus beneficiorum, occurreret, obuiamque iret fraudibus hominum, quibus ne locus effet, voluit eiurationes certo præfinitoque tempore diuulgari, Scilicet vt claresceret illinc, qui nouiffimus in beneficio poffeffor, verusque præfectus moreretur, tum quenam effent veræ eiurationes, quanam item adulterinæ, factæque ad circūfcribendos homines, atq; ita falſum à vero diftingueretur: Cū igitur ea fuerit in cõdẽda ea lege, mens pótificis, id propofiti,

g ca. i. & ii. de conceſſ. preb. in anti. & eodẽ titulo in. vi. in ca. i. & ii. & ca. poſt electionẽ eodẽ tit. in anti.

eaque legis causa efficiens, certum est, eam causam illicò ab admiffa eiuratione, locum sibi vindicare, & iam inde ab eo die, tempus, de quo disceptatur, excurrere. In tanta hominũ discrepantia, equidem pluribus verbis calculum meum nõ adiciam, neque vltèrius quid legitimi iuris, hac in re, fuerat statuendum, disputationem protendam, dicam tantũ, vt omnis vno verbo scrupulus dimoueat, amplius hac in re deliberandum non esse: hanc enim proximam sententiam, quæ vult à tempore oblatæ concessæque supplicis schedæ, hoc est, (à tempore datæ supplicationis) semestre illud decurrere, & vt æquiores saniorẽque duobus iudiciis confirmatam esse. Alterũ profert Ruzeus, factum ab hominibus libellorum palatinorum præfctis. ^h Alterum verò Molineus, in senatu, in confessu vniuersæ curiæ, latum esse asseuerat: ⁱ & vt huic addam negotio finem, Iulius tertius, qui pro imperio ius nunc dicit, in Christi ecclesia, suffragationem adiecit, videns enim Pontifex, tot difficultatibus rem hanc intricari, sequentem sententiam prædictæ regulæ cancellariæ adiunxit, quæ sic habet, (Sex intra menses à data quidem supplicationis, non à die præstiti consensus computãdos) quæ sententia ad verbum planè expressa, omnem controuersiam submouet, nec postea de hac quidem re, futurum est, vt ambigatur.

Titul. 28.

SI QUI INFIRMVS, SACERDOTIUM resignauit, apud Pontificem, ante viginti postea dies, in prouincia sua, fato concessit, (quo casu non per resignationem sed per mortem, indicitur haud dubiè sacerdotij vacatio) Queritur, an ordinarius Antistes, cui sacerdotium illud, collationis iure beneficium censetur, possit huiusmodi beneficium, ceu per obitum vacans, donare alteri: An verò illius donan-

^h Ruzeus
tract. lega.
ⁱ Molineus
regu. de publi.

di ius, Pontificem summum respiciat, illique sit soli ad dictum, quippe cum existimetur in ipsam aulam Pontificiam, tunc vacationem incidisse.

Cap. 28.

IN hac causa, quæ sicut plerè que aliar, ferè omnes, ad sacerdotiorum distributionem spectantes, multos habet vitiligatores, estque iuris controuersi, ac plena inter doctos dissensionis: Sunt qui existimant, ^a sacerdotii sic (vt dictum est) vacantis donationem Pontifici summo, inscriptam referuatamque fuisse, nec ad alium quempiam spectare, nec alterius iuris esse, nec præfulem alium quẽuis, posse in illud, (vt vulgò dicitur) falcem suam immittere, nec cõferre, aut donare, Nimirum (argumento ferè ducto, à simili) Si Pontifex idem Romanus, super beneficio, in prouincia quapiam vacaturo, literas commendatitias dederit, illud item, ab alio quouis, quàm ab hoc Pontifice summo, qui scribendo, committendo, commendando, ordinariorum Præfulum futuram, hac de re donationem anteuertisse, sibi que illam censetur addixisse, ^b atque ea affectione beneficium notauisse, donari nequeat, ^c nec aliud quicquam in eo statui, Igitur in re prope pari atque simili, qualis est hæc proposita thesis, vel causa, idem decidendum: nulla est enim fermè inter hæc duo exempla dissimilitudo. Vtrobique certè pontifex voluntatem antè suam declarauit, vtrobique quod fieri vellet iam præcepit, illuc quidem commendando, ^d hic verò eiurationem admittendo: & in vtraque facti specie, beneficium quidem speciali nota, peculiari qualitate, prærogatiua, præiudicio afficiendo, quibus rebus censetur indixisse, præcepisse, mandasse, ne quiuis alius, inferioris magistratus homo, quicquam haberet, in eo decernere, in illudque irrepere, aut vllum quid vindica-

^a Ludouf.
Roma. cõci.
ccxlii.

^b Inno. &
abb. ca. inter
dilectos de
exce. præla.
ordra. cõci.
lvii.

^c Gome.
quæst. xiii.
Reg. de iur.
refig.
^d Federi. de
se in tract.
Perm. quæst.
xv.

re, sibi que attribuere, quippe quod pontifex totum sibi asseruisset, nihil que aliis fecisset reliqui: hinc fieri, ut nec ordinarii Antistites aliquid in eo statuendi ius habeant, nec ipsi mandatarii (hoc est, qui ad nanciscendas sacerdotum, & beneficiariorum exuuias, ius habent, ex mandato pontificio, diplomatarium) possint beneficium tale recipere, sibi que, hac in positi facti specie, vi mandati collatum, villo legitimo pacto accipere, desumeré que.

Adducuntur in hanc rem, nonnulla alia, que sic habent, clari iuris est, per eiurationem factam apud Romanum pontificem, beneficium in aula vacare, ^f & non in partibus, aut, vt multi loquuntur nostræ ætatis, in prouincia, sicuti à nobis planè supra explicatum est, atque amplè discussum: vbi enim quis beneficio priuatur, ibi sanè beneficii priuatio atque vacatio inducitur. ^g

Igitur cum eiurator, vel per se vel per procuratorem, quem ea de causa nominatim dat, in aula pontificia beneficium eiurat, quid adferri potest, cur si idem intra viginti dies, postmodum decedat, beneficii sic vacantis collatio, vel donatio ad summum pontificem non spectet? tanquam in ipsius aula, & non alibi vsquam, tunc vacantis, atque ob id, nullius alterius donationi obnoxii: Id aiunt quidem pro indubitato habendum, taleque beneficium soli pontificio iuri, ad cuius tribunal dicitur vacare, adferendum, illinc solum petendum, illuc solum conferendum: Atque huic opinioni ad stipulatus est quandoque Ludouicus Romanus, ^h à qua tamen videtur discessisse Gomefius, vt ex illius verbis apparet: quæ tamen, si qui rectè appendat, perspicit illum, hanc superiorem sententiam, magis etiam nescio quomodo, quam ipsum antea Ludouicum Romanum, per sua verba confirmasse, dum adhibito quodam distinctionis foedere, eam nititur temperare, & dissidentes opiniones coniungere: ⁱ Ait enim sic, aut eiuratur, eiurationisque conficitur tabula, ab eiuratore, vel eius procuratore (nam ab utro id fiat, parum refert) coram

Romano pontifice: & non dubium est, quin tum eiuratum beneficium, ad Pontificis summi collationem solam pertineat, etiam si per mortem præmaturam præfectum amittat, & non per eiurationem, quam consignarat, vbicumque tandem præfectus ille eiurator sit, mortem uè obeat, atque ita à nullo alio Antistite, vel collatore, extra Romanum pontificem donari illud possit: Aut eiuratur (quæ altera est distinctionis Gomefianæ species) decerniturque eiuratoria tabella in prouincia, partibusque, & sic procul ab aula: & tunc contrarium statuendum, nempe beneficium sic eiuratum, quomodoque tandem vacet, pontificis Romani iuri reseruatum non censerit, nec illius donationi addictum, id enim ipsum nulla lege cauetur: At verò, quod ad me attinet, & si durum sit, mihi que imprimis graue, à tantis viris dissentire, tamen opiniones hæc nulla ratione innixas esse censeo, sicut etiã ante nos nostri temporis Parisienses idem existimauerunt: Nam si loquimur iure nostro, hoc est, in Gallia recepto more, certum est, quod sequamur: constatque supradicta omnia pro ea quæ allata est, sententia, locum habere minimè posse, obstat quippe & contra it, decreti sanctio, qua tolluntur, abrogantur, expunguntur Pontificiæ reseruationes, nostroque peculiari iure, auctoritate pontificia comprobato; omnibus istius generis prærogatiuis, designationibus, præiudiciis ad beneficia per mortem possessorum vacatura, obuiatur: Quod vt firmissimo vinculo corroboraretur, cõcordia dudum, inter sedem apostolicam, & Gallici imperii coronam imita, magna sanè ratioe prospectum est, ^m Sicque fit, vt que pro allegata sententia, allatæ sunt rationes, nunc magna ex parte obsolescât, atque hinc domestico iure nostro abeant: Si verò loquamur cõmuni iure, adhuc affirmandum censeo, prædictam doctorum præceptionem veram esse non posse, Quomodo id? audies. In primis attendatur ac diligenter ponderetur finis, cuius gratia, præscripta est à Romano Pontifice, regula Cancellariæ decima octaua, qua indictum:

qq. iij

e calde. con.
ix. tit. de pre.
lud. ro. eo 7c.
clx. incipit in
prop. si. casu

f archidi. ca.
si elect. & ca.
commissa de
elect. in vi.

g rota deci.
lxxxvi. inci.
nora.

h ludo. rom.
conci. cccxlii

i gomo. reg.
de idfir. refi.
buc. xxxiii.

m eodem tit.
de refer. su
bla. in con.
corda.

scitumque, eiurationes omnes factas, ab infirmis, qui ad vigesimum postea diem, à die dati consensus connumerandum, vitam non produxerunt, sed expirarunt intra id tempus, nullas putari: Quinimmo, sic resignata sacerdotia, nunc demum per mortem praefectorum, qui quidem legitimo non vivere tempore, dici vacare, non item per antea factam eiurationem vacuisse censerent: vident regulam, quò tendat illa, quemvè ad finem sit posita nunc accipe. In Romano Concilio, Hilarii Romani pontificis tempore celebrato, Canone illius Concilii quinto, delata est querela, dum sacerdotes, ubi videbant summam adesse sibi supremamque vite diem, successores sibi in ministerio deligebant, eosque nominatim designabant, inde fiebat, ut non legitima expectaretur optatio, legitimum suffragium, legitima conquisitio, vnde, ut huic morbo mederentur patres illo Concilio cautum fuit, ut eorum defunctorum prerogativa tollerentur, his anticipatis delectibus locus ne daretur. ^{n ca plerique sacerdotes viii. quest vii} Quae concilii constitutio multis postea annis, ad a-

musim conservata, per resignationes, quas in fauorem vocant, ad irritum cecidit, nam licet, in his resignationibus in fauorem certi hominis factis, interueniat sanctae sedis auctoritas, non tamen liberè calculum suum adiicit, sed necesse habet, huic negotio, ab eiuratore coepto finem, secundum eiurantis voluntatem, adhibere: Alioquin, si alii cuiquam & non homini ab eiuratore delecto, beneficium donarit, nihil profectò agit: hinc factum est, ut Bonifacius octauus, regulam hanc cancellariae sciuerit sanciretque, qua saltem temperaretur aliquòque temporis circulo circumscriberetur modus, per quem fraus fiebat concilio Romano, volens uti omnes eorum sacerdotiorum eiurationes, ab infirmis factae, nisi, viginti dies, post earum expeditionem superuixissent ratas non haberent. Quam cancellariae regulam, post Bonifacium, confirmavit Martinus, & omnes, qui dehinc consecuti sunt Romani pontifices: idque ipsum potè quidem rectè, ac admodum consideratè,

beneficarii enim multi, cum morbi, mortisue propinqua doloribus opprimerentur, à proximis circumueniebantur, & fraude, arte, dolo, & quandoquè comminatione, ad eiurandum inducebantur, atque ita fieri poterat, ut tum ipsi eiuratores, fraudibus irretirentur, dum, quos persèpè nolebant, quosque sedato à proxima morte animo, nunquam delegissent, successores habere, cogentur, tum etiam, (quod maximè fuit considerandum) Antistites ordinarii, quibus hac in re, lex potissimum indulget, vultque imprimis prospectum, iure suo conferendi, passim ac temerè fraudabantur. Id igitur omne, ne posthac eueniret, sancita est ac promulgata illa regula sanctissima, vacationem beneficium in hac facti specie, beneficiarii scilicet, intra tam paucos dies post morituri, tum quidem per obitum inducens, ac eiurationem ante factam hac poenali lege, sanctioneque resignationis abrogatrice tollens de medio, liberam utique relinquens, tacita quadam inductae legis mente ac ratione, per missionem, eis, ad quos iure communi, per mortem spectabat, eo tum in beneficio, statuendi: Graue quippe ducebat Pontifex, ordinario Antistiti, hanc tam crebram eiurationum viam fraudi esse: ideo hanc quodammodo, hac ratione substrinxit. Ergo utrisque hoc est, tam infirmo eiuratori, quam ordinario beneficiorum datori, tum etiam ecclesiastico omni sacrorum hominum ordini, aduersum fraudes, aduersum dolos, per hoc æquissimum iuris praescriptum cautum esse voluit idem Pontifex, ⁹ Cuius quidem praescripti haec certè, quae nunc plura sunt, verè fuere rationes, nec minus est haec causa, haec uè ratio sic accipienda, quam si verbis expressis, clavis & apertis, dictata ita fuisset, cum ex mente ut diximus, sit, exque viua legis illius anima. Quamobrem generaliter accipiendus est item illius sensus, generaliterque dilatandus. Adhuc cum liqueat hunc vacationis, per obitum, modum, fuisse in ea regula, cui nomen est de infirmis resignantibus, nouo quodam iure inductum, nam antea, beneficium, quod per e-

9 alexa: in l. fdis ff. solu mat.

iurationem semel vacarat, non dicebatur amplius per mortē vacare, etiā si eiurator infirmus intra viginti dies, ex illa infirmitate decessisset: Cū igitur, summus Pōtifex, id nouo quodam iure sciuerit, rogarit, confirmarit, ac per dictam regulā tum nouitiam nominatim decreuerit, quæ regula ob summam sui æquitatem vbique obseruatur, ac in omni iudicio, in omni Senatu, in ōni totius Galliæ decuria agnoscitur, & recipitur: profectō existimandum est, summum pontificem per eam clarē tum publico bono, tum ordinariorum Præsulū iuri, tum vniuersæ Christianæ rei consultum esse voluisse, & non id in propriam vtilitatem peculiariter detorsisse, ac talem legem conscribendo, per quam, sublata & irrita facta eiuratione, beneficium in aula sua vacare censeretur: Sicque iuri suo & peculiari donationi adscriptum esse, sibi vni cauisse, nulli item alteri, nec consuluisse nec prouidisse, Nec enim pium est, nec æquum, tam malè de pontifice existimare, vt eum censeamus, ad suam duntaxat vtilitatem, referri velle, quæ præscripsit omnia: hęcque multo minus, vbi nec de reseruatione, nec de vacatione in curia, verbum vllū fecit. In summa, hac in regula nihil tale peculiaris scilicet pōtificii emolumenti iudicandum est: Nam si id factum, sique in ea regula præscribenda, se, vel suum tantummodò commodum, vel fructum respexisset pontifex, non etiam vniuersum totius Christiani orbis, atque ordinis ecclesiastici hominum, commodum sibi proposuisset, non tanto mercede, cum plausu, tantoque suffragio, tantaque hominum approbatione, tanta vbiquè in hoc regno, consensione, illa reciperetur, atque in hunc vsque diem inuiolatè conseruaretur, retineretur, coleretur: Quare in hac, quam nunc profero, consistendum puto, interpretatione atque sententia, sublata porro distinctiōe illa Gomefiana, cuius caput prius ad Ludouici opinionem refertur, Alterum vero, nescio cur hęc debeat spectari, vbi non in partibus, vt ait, at in pontificia aula eiuratur vel eiurandum fanum mandatur, vti habet inscriptum thema, inscriptaque totius disceptationis causa,

Sed de hoc iam plus satis, poterit enim aliās accuratius excuti, atque refelli.

Titul. 29.

AN LEX ILLA DIEI VICE-

naria, quam proxima regula, præscripsit, ad ordinarios quoque antistites respiciat & aduersum eas aut etiam pro eis, quæ apud eorum tribunal sunt, eiurationes, & collationes, vim suam exerat: itemque, An ad institutores, spectet, quorum non est plenè vtique conferre, at duntaxat instituere? Denique an vtrouique, perinde ac in Romana aula pontificia, hoc regulæ caput sanciatur, siue agatur de commodo ordinariorum, siue de illorum incommodo damnoque.

Cap. 29.

IN his enucleandis quæstionibus, variæ adferuntur sententiæ, Quidam benè docti homines, nec mediocri inter scribentes autoritate, sentiunt, regulam decimam octauam, super eiuratis, à quouis ægrotante beneficiis constitutam, ordinarios collatores minimè respicere, tantum abesse, vt ad eos spectet, quos beneficiorum institutores dicimus, quiq; ex patroni designatione, necesse habent in ecclesiastico ministerio hominem ordinare.^a Cur enim (inquiunt) ordinario beneficiorum datori, inferiorique magistratui, hæc Cancellariæ regula, quam pontifex ipforum bono videtur induxisse, officeret, eorumque vel collationes, vel institutiones vi simplicis eiurationis, ab ægrotis factas euerteret, vel quoquomodo contemplationeque aliūs rei, ad eos pertineret: Si enim hoc fieret, liquidò appareret, omnem istius regulæ cōstitutionem, iuri ferè communi præsulū ordinario

^a phil. deci
conci. ccxxiii

rum aduersari, Quare non eo vsque dilatandam, non certe ad tantum ipsorum incommodum proferendam, Patet utique intentio vel maior, ut vocat dialectici, propositio, quia cum re vera, sacerdotium per eiurationem simpliciter facta vacauerit, sitque iam addictam alteri^b cui ordinarius praesul suus illud contulit, lex in hac regula ponit, vel fingit, illud iam nunc demum per mortem eiuratoris, vero domino veroque suo possessore destitui. Quod cum id facit, ius tollit ab eo, cui iam per eiurationem probatam, & legitimo ac promulgato iure a pontifice ordinario suo confirmatam, & collatione, donationeue inde subsecuta, roboratam, quaesitum erat: quae res proculdubio coniuncta esse planè videtur cum publica iniuria, utpotè quae sit clericis detrimentosa, qui sine causa probabili, aut etiam manifesta in beneficiis suis, minimè sint spoliandi iure ante parto.^c Et que item sit ipsis collatoribus contumeliosa, qui quod statuerant, fuerantque largiti, videant conscindi: quae cum fiant, aut fieri censeantur per hanc regulam, duram utique esse ipsius causam, & iuri communi dissentaneam, Igitur, uti est dictum, coarctandam, Igitur suis finibus, & expressis terminis circumscribendam,^d Omnino aliò quouis promiscuè non extendendam. Addunt & quiddam aliud in eandem ferè rationem, certum est, aiunt, ex iuris communis praescripto, edicta statuta, sancita, quae non alia maiore, vel veriore inniuntur ratione, praeterquam hac vna, scilicet: quod placitum sit legislatori ita statuere, edicere, promulgare, ad alias res, pares, vel similes, haudquaquam, circumferenda, protrahendaque nec propaganda.^e Atqui regula haec (inquiunt isti) de infirmis resignantibus quantumuis eam bono fine tulerit pontifex, nihilominus tamen, in isto est genere, quippe cui causam praecipuè dedit pontificia voluntas, à qua tota depèdet: Quod verò obiicitur, optima quidem & æquissima ratione, pontificem eam tum voluisse, tum sanxisse, quod per eam fraudi mortalium obuiam eatur, quam, qui resignat ægrotus, dicitur cense-

^b ea, p. dere. in vi glo. ca. si propt. verbo vacab. de res. in vi. & ea. quia sepe verbo vac. de preb. eod. li.

^c ea. conqu. de rest. spoli. ca. inuen. xvi. quæst. vlt.

^d ea. c. dile. de consu. l. si quando de mo. testa.

^e bald. le. iii. col. ii. de iudot.

turque ferè iure nostro, ex eo statim ipso, quod beneficium eiurat, vel innectere,^f vel ea ipse implicari. Quod cum ita sit dici debere, ut fraus omnis tolleretur, atque à Republica fa-^g alex. l. filie moe ff. so. maes cesseret, constitutum fuisse hoc praescriptum, vnde minimè verum esse, solo illud inniti placito pontificio, sed optima quadam ratione, qua dolo occurritur hominum, fundatum constructumque apparere: facili herclè negotio diluitur (inquiunt) Obiectum istud, cum perspicuum sit, huic fraudi satis antea iure nostro pontificio occursum fuisse, Bonifacius enim Pótifex, lege dudum lata, huiusce generis dolo nominatim obstitit, uoluitque hominibus, hac in re, multum sanè praecautum esse, ac suo decreto amplè prouisum còsultumque, sicuti patet in eo libro, quem edidit de renuntiatione, in secundo capitulo. Quamobrem non videri, huiusce regulae sanctionem obcoercendam modò reprimendam que falla-^g ca. ii. de re num. in vi. cia, iam antea per Bonifacium ipsum in hac specie, satis coercitam repressamque potissimum induci, quin solam illius causam adferri verè, esseque voluntatem utique pontificia, quae praeter ius comune, vigesimum diem, pro omni temporis spatium, huc induxerit, Nà herclè si quaereretur cur vicenos dies, potius quam tricenos isti rei praescripserit, idque praescripserit, Quid quaeso aliud responderi posset? quam id vnum, sic visum pontifici summo, sic placitum ordinatori: quae ratio, vel causa, in talibus istis certum temporis spatium, certamue aetatem, unicuique ad aliquid agendum praesinientibus, ferè semper promulgato iure re viguit.^h nec alia ferme vnquam est allata ratio: Quare concludendum, obiectum minùs vale-^h glo. l. i. s. pueritiã verbo rarus ff. de postula. re, regulamque sola pontificis voluntate constitutam, suo cæcello circòcludendam, hoc est, soli pontifici summo addicendam, non item propagandam ad alios. Addunt aliud, fac (inquiunt) ob depellendam fraudem, hoc maximè praescriptum emanasse, quid tū? nò certè ob id cèsendū, ad ordinarios collatores hoc referri, q. his fraudibus nò ita facile patèt, fut-ⁱ cle. de offa. ordinar. q; obnoxii, nam ij cū degāt, vel degere debeāt, in sua quisq;

prouincia, quid in ea quoque agatur, misceatur, turbetur, exploratum habent: Hinc fit, vt pro sua in gregem suum vigilantia, omni dolo obfistant facillimè, nec tam facilè decipi aut circumueniri queant, quàm ipse Romanus pontifex, qui longè abest gentium: nec tam facilè etiam eos, obreptitii doli exceptio contingit, quàm ipsum eundem Romanum Pontificem, qui quum absit longè, serò audit omnia: Quare mirum nihil, si iura quæ tollunt in hoc genere fallacias hominum, suntque præsertim ob id vnum inducta, plùs illum eadem summum pontificem, quàm ordinarios Antistites respiciat, nec tã facili aut æquo iure ad eos, qui in prouincia partibusque ætatem exigunt, sint referenda: Proinde colligendum, seu damnum, seu emolumentum proponantur, quæ hinc dicantur antistitibus facta, nihil tamen regulam in sui temporis præscriptione, ad eos attinere. Addunt amplius, Certum est (aiunt) regulas cancellariæ, in aula pôtificia sanciri, à Romano Pontifice, ibidem præscribi, ibidem promulgari, igitur illic potissimum esse obseruandas, non item in prouinciis extendendas, non ad prouinciales pontifices demittendas, non ad eos, eorumque vsus aut vtilitatem, vel etiam præcautiones, nec item ad eorum damnum, aut aliud incommodum referendas, ^k qui & sibi ipsis possunt, vt dictum est, tum commodè consulere, præcauere, dare que operam, ne vlla in re huiusce generis, circumscribatur, fallanturque, aut incommodo, damnouè afficiantur: Quod si non faciunt, suæ id verè dum stultitiæ, vel socordiæ, qui tam malè prouidi, tamque socordis sint in re sua animi, & hæc est istorum, qui in hanc, quam nunc recensuimus eunt sententiam, ratiocinatiua collectiuaque deductio: Qui quidem afferunt item alia multa, quibus, haud dubiè sibi credi volunt, regulam hanc ad collatores ordinarios non porrigi, nec eos respicere, nec eis damnum, commodum afferre, Nam quod pertinet ad eos Antistites, qui vi ordinarii iuris sui, in ecclesia duntaxat instituunt, id est à patronis nominatos clericos præficiunt, ordinantque in locum obeuntium, vel

lz ascha, con
ci, ccxcvii.

alio modo abeuntium à beneficiis, illis proculdubio, cum hoc pontificio præscripto, multominus rem esse posse, cui præscripto, nec expressis verbis addicantur, nec tacite legis eo possint cõcludi, comprehendique: Nam imprimis, præscriptum loquitur in collatione nominatim sacerdotiorum, quæ fit, admissa comprobataque eiuratione, seseque illac nominatim concludit, vtpote cum pleno absolutoque iure beneficium cõfertur, Is enim demum dicitur verus collator, ^l qui citra vllius arbitratum, dat beneficium, designat, nominat, ordinat in ecclesia præfectum, non qui ad nutum alterius, aut ob causam vllam cum altero coniunctam, horum quippiam facit, Qualis est is, qui vel solùm instituit, hoc est, ordinat ab alio nominatum, vel ordinandum ab alio duntaxat nominat, vel designat, Quorum neutri, cum collatore tum vero, tum absoluto, nihil conuenit, quippe cum inter collationem, & instituendi nominandique ius, multum interfit, Illa nimirum est libera, quod agit liberè, quod cui vult, gratificatur, quem vult, præfert, hinc fit, vt donare, & donandi ius habere, collator verè censeatur: ^m ac vt semel dicam, hac in re, potestatem summam habeat: nihil enim accepto fert alteri. At alter ille, hoc est, institutor, nempe qui designatum à patrono, nominatumque præponit sacerdotio, multum distat ab eo, quod dictum est: nam neque præficiendum designat, neque designatum à patrono, oblatumque, & exhibitum, repudiare vulgariter potest, quin scilicet necesse habeat, illum omnino ad arbitrium designantis, beneficio præficere: ⁿ & in summa, nihil, quod ad hanc rem attinet, vel paulum admòdum spontis liberæ voluntatisque in eo institutore perspicere potest, nam ita distincta sunt, in ecclesia, hæc duo functionum genera, vt patroni quidem ordinandos edant, spontè & liberè, superior verò Antistes editos habeat, etiam fermè coactus, ac ex necessitate, ad sacerdotium & præfecturam promovere, ordinare, instituere, Inde fit, vt acceptum in hac beneficii gratia, semper habeatur, & referatur patrono: in-

l Abbas, ca.
ex frequenti
bus, & ca. au
thoritate de
insti.

m ca. est ac
cessissent de
consti, ca. eã
de rescrip.

n Dic. ca. au
thoritate to
to tit. de iu.
patro.

stitutori verò vel ordinatori nihil ferè acceptū fiat, qui nihil, etiā huc per se sponteq; sua contulit. Nam velit, nolit, necesse hīc habet voluntati nominantis subscribere. Sicuti est iam excussum, hoc enim cum illius officio est coniunctum, atque adeò, vt cum aliquem in Antistitio suo, delegat, qui illi vicariam in rebus sacris nauet operā, illud item sacrum officium faciendi, hoc est instituendi, potestatem censeatur dedisse, ° etiā si nihil hac de re expresserit. Nam, quia hoc functionis munus est necessarium, & quodammodo coactum, vicario cuius generali competit, Quod tamen ipsum de conferendi iure, non statuitur, nam illius nemo liberas habenas habet, quantumuis præsulis mandato, generalem agat vicarium, p nisi id sibi concessu, voluntatēque Antistitis, adserat demonstrētque nominatim tributum. Hinc fit item, vt sede vacante, hoc est, indicto, morte Antistitis, ecclesie veluti quodam interregno, sedens, vacans, comitiumque & capitulum, instituendi ius habeat, conferendi non item, q Nec enim conferre potest, quæ pertinent ad episcopum, quod tamen fuit etiam episcopi munus scilicet instituere, potest quidem id ipsum, ac designatum à patrono, sano vacati præficere. Quæ cū ita se habeant, nullam causam esse, cur hæc regula, quæ de collatione verba facit, ad institutionem, ordinationemque aptari attribuiue queat, Cumque vt narratum est, cōferendi ius, nominandi que & instituendi, quam plurimū inter se, hoc iure nostro dissideant, r Quid magis ineptum esset, aut absurdum, quā quæ de collatione dicta sunt, ad institutionem passim nominationemque quadā veluti similitudine, aut etiam trāslatione vel relata censerī, vel traducenda existimari, maximè in regula eiusce generis, quæ communi iuri odiose aduersatur, inuidiosè quidem (vt aiunt) ius commune emēdat. Hæc sunt, quæ pro sua sententia proponunt isti. Enimverò sunt plerique alii, quibus, non probatur prædicta opinio, quin immò eunt planè in contrariam sententiā, statuuntque regulam cācellariæ decimam octauam, quæ de infirmis ægro-tisque eiuratoribus legem ponit, de qua nunc incidit men-

o ca. ex frequentib' ext. de instit.

p ca. si. de of. h. vica. in. vi.

q ca. i. de instit. in. vi.

r ca. et in illis. s. autē de præb.

tio, ordinario cuius Antistiti, vel beneficiorum sacrorum cuiilibet datori competere, ac tam ipsi, quod attinet ad hanc rem, quàm Pontifici summo, & suffragari, & contra, quum euenit, etiam obistere, ° Adeò, vt in eo, iure nostro ponēdum sit hoc axioma firmissimum, nempe sic, Ordinarius collator apud quem eiuratum est, ab infirmo sacerdotium, si illud, vi eiurationis confert, hoc est, donat, tanquam per eiurationem vacuum, & eiurator ad vigesimum postea diem, spiritum non producat, atque ex ea infirmitate decedat, atq; ita cācellarię præscripto locus relinquatur, potest quatefacta illa, & eiuratione simplici, & collatione prima, ipse quidem collator, ex integro & tanquam nouo modo, vacans illud ipsum erogare in alterum: & quod per eiurationē vni dederat, nunc demum ob mortem, tribuere cuius alii, vel etiam eidem ipsi, cui iam ex alia illa causa fuerat largitus: Cōfirmant isti hoc enuntiatum multis argumētis, & rationibus. Imprimis dicunt per uulgatum esse, vt patet ex regulis communis iuris, collationem, electionem, ordinationem omnem, vel beneficiorū distributionē, quæ citra culpam, collatoris, datoris, electoris concidit, caditque in irritum, istorum, qui dedere, elegerē, contulere, iuri restitui, ita vt sit illis denuò liberum conferre, eligere, tribuere, ° idque cuiuscūque voluerint idoneo homini, hoc est, eo, cui primū frustra sunt gratificati, si lubet, prætermisso, alium quem uolunt, ad id beneficium asciscere, Nam cum donationis rescissæ, nullam culpam, nullamque causam sustineant, iniquum esset, eos donandi iure, quod à legibus habent indultum, sine causa priuari: Quod cum ita res habeat, & planum sit, in hac regulæ specie, erogationē prius vi eiurationis, factā, non per culpam erogatoris, sed ob defectum præfiniti temporis, nempe quia eiurator vigesimū postea vitę diē non attigerit, cōcidere, ac penitus infirmari: nihil certè impedire, quominus ipse collator, iuxta præscripta iuris communis, queat hoc ipsum beneficium, vacans, nunc noua via, per casum scilicet

Reb. tras. nominatio quæst. xvii. nu. v.

t ca. si cōpromissarius de elect. in. vi.

eiuratoris, cui cupierit dilargiri, sicque seruari in re simili, vt qui in absentem contulerit vacuum per mortem possessoris beneficium, si ab absente, cui donatum est, repudietur, possit illud idem donare alteri, ^v & vtriusque horum hanc vnā esse rationem, quod prior donatio non culpa donantis, sed alio quouis vitio conscindatur.

Adhuc aiunt, regulam istam cancellariæ inniti iure naturali, æquitatemque summam habere, tametsi dicatur alioqui aduersum ius commune posituum constituta: sed tamē cōstare, legi cuius, tum honeste, tum bonę consentaneam esse, vt quæ publicam vtilitatem respiciat, à rationeque summa ductum habeat, summa sit in ea æquabilitas, summa prouidentia, summa fraudis malæ præcautio, vt à nobis latissimè supra disceptatum est in proxima quæstione: Igitur dilatandam, extendendam, nam tales constitutiones semper iure nostro dilatantur & producuntur: Sic enim in re pari præscriptum illud cancellariæ, de verisimili noticia, ad quemuis porrigi antistitem ordinarium, ^x de quo tamen alibi amplioribus verbis differendum: Hæc & pleraque alia pro hac sententia adferuntur.

Adfertur tertio loco, alia quorundam opinio, quæ tota hæc in materia, distinctione quadam opus esse ait: in hæc vtiq; diffini entem sententiam, quæ vtrumque caput complectēs, tum institutorum, tum collatorum, eadem ferè dicit, quæ quidam superiorum attulere, sic dicitās. Aut (inquit) ab egrotante eiuratum est sacerdotium, & de eo à patrono, cui illud erat obnoxium, facta, vi simplicis eiurationis, denominatione, atque inde sequuta, per superiorem Antistitem, sicuti ius poscebat, vel institutio, vel ordinatio, tumque semper, quod factum est, haud dubiè stare, nec villo pacto posse in irritum cadere, seu moriatur eiurator intra viginti dies, seu longo post tempore, Nunquam enim hunc in casum fore, vt putetur posse, huic regulæ locū fieri, ^y vt pote, cum hæc species, quæ est de patronorum nominatione, & maiorum præfulum ordinatione, nulla ex parte, ad præscriptum istud

Cancell-

Cancellariæ, quod illam nullis nominatim verbis designauit, estque complexum, pertinere queat.

Aut verò, sacerdotium, à collatore ordinario vel à legato pontificio, ordinaria & summa ac apostolica potestate, nulli quidem patrono obnoxia, confertur, atque tunc dicunt isti, regulam Cancellariæ haud dubitater obseruari, & perinde de hac collatione ordinaria statuendum, atque de illa quæ à Romano pontifice fit & concinnatur. ^z

Prodit quarta, quæ & si per se sit, videtur tamē in idem etiā cum ea, quæ secundo loco allata est, recidere, impugnatque proximè recitatam differentiam, aiens, nihil hac in re, distinguendum esse, nam quomodocumque statuatur ab ordinario collatore, super eiurato ab infirmo sacerdotio, seu institutionis, seu donationis absolutæ, plenęque collationis iure regulam semper Cancellariæ, spectantem ad ægrotorum eiurationes, locum sibi vindicare, ac nō secus omnia, quo ad eam, eiusque effectum, tūc censenda, quàm cum ab ipso pontifice Romano, in specie dicti præscripti, erogatur, conferturque beneficium, ^a Hæc sunt quæ disputatur in omnem partē, nec mirum cuiquam videri debet, variare sic nostrorum hominum, de hac re sententias, atque ad eò fluctuare.

Est enim profectò quæstio ancipitis admodum & controuersi iudicii, in cuius disceptatione, explicationeque, nō minus concertatum est, inter ipsos iudices supremi tribunalis quàm inter iurisconsultos, variatum fuisse protulimus: diuersis, ac planè contrariis, & inuicem pugnantibus, hac in re, factis olim sæpe à senatu hocce, iudiciis: nam adferuntur huiusce curiæ placita, & pro affirmatione, & item pro negatione, præscripta est tamen pro parte negatiua recentioribus decretis, arrestisque senatus magna quædam auctoritas, cui accesserunt alia senatusconsulta, facta in magno seu pratoriano concilio, ^b Pro qua item sententia, atque, nē postea ea de re dubitaretur, decima quarta die Augusti, anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, latum publicè fuit arrestum nouissimum, recitatumque, per domi-

^z gome. reg.
de infir. refi.
quest. xxvi.

^a probus ca.
cum in illis
de pre. in vi.
in ad. ad. ioa.
mona.

^b molli. reg.
de infir. refi.
nu. xii. vsq; que
ad nu. xx.

ff

v doml. ca. si
tibi absen. de
preb. in vi.

x ripa. ca. ii.
in fi. de refer.

y gome. reg.
cancell. xviii.
cui nomen
de infir. refi.
quest. xvii.

num Egidium Magistri in causa agitata, inter Clementem Meftiuer, & Ioannem Botier, ob iudicium possessorium parœciæ (la Boysiere) Andegauensis diœcesis: atque ab ea standum cenfeo. Et hæc hæc hactenus: si tamen dant occupationes, ista hæc aliquando posse recolare, atque perpolire, alia quædam forsan adferemus, hoc in rerum genere, subtiliora, atque accuratiora. Tu interim postremum placitum Senatus reuoluito, atque hac de re, legito Molinæum.

Titul. 30.

† De isthoc
omni rerū ge
nere, quod
pēdet à mori
bus gētis no
stræ: dicitur
alibi accu
ratius. Nunc
ista ad rē præ
sentē sint sa
eis, quæ disse
rētur, pro or
dine: nãz
hoc in capi
te.

**DE SUBSTANTIA, † FORMA, ET
modo, solenniue præscriptione, & id genus alijs, quæ nunc
moribus nostris Gallorum, iurēque gētis, adesse debent,
in omni sacerdotiorum resignatione, ad hoc, ut illa stare
queat, saltem quod attinet, ad iudicia possessoria, Quo
rum quidem iudiciorum, cognitio omnis, excussio, atque
diffinitio, lege item nostrate, eaque antiqua, Regionum
iudicium est.**

Cap. 30.

Quoniam verò, in omni sacerdotiorum eiuratoria tabu
la, vel factitanda, admittendaque, vel diuulganda, aut
etiam reticēda & supprimenda, intercedebant ferè semper
fraus & ambitus, tantaque aderat, passim hac in re, maligni
tas, ut neque legi vlli Pontificia, neque sanctissimis decre
tis, (quibus præscripta olim fuit, ad hæc eiurationes acce
dendi, beneficiaque ex ea causa obtinendi, honesta ratio, iu
stusque modus) sua restaret autoritas, suusque locus. Quin
malis artibus, eò sibi quisque viam faciebat, incumbebatur
que in id vnum modò, quò excogitaretur quippiam, illò
quauis ratione, æqua vel iniqua, perueniēdi: huic igitur ho
minum improbitati, atque scelestæ ambitioni est hodie à

principe nostro Henrico, per edicta sanctissima, itum ob
uiam, quibus edictis, sua cuique fraudi, atque malæ arti, hac
de re, abscissa est causa, exhaustusque planè fons omnis ma
li, huc in modum, quò & obtrita est vetus malefaciēdi ma
teries, & oīs mali suæti circūcisa posthac anfa. Ergo, scitur in
primis, tot olim fuisse hocce in regnò perscriptores pontifi
cios, apostolicoq; notarios, ut horū immēsus ac planè innu
merabilis numerus, obscurū plerumq; nomen, ignota pa
tria, genus, mores, habitatio, huiusce mali causa fuerint præ
cipua. Nam hi perscriptores, ad conficiendam eiurato
riam tabulam, dum res exigebat, quouis ex loco accersiti,
quum nec eiuranti, nec vlli suorum bene noti essent,
nec quandoque illi ipsi cui eiurabatur satis perspecti, eue
niebat, ut, accepto eiurationis mandato, in loca ignota sese
reciperent, vbi dum à nullo probo homine quirent obser
uari, dabatur tum anfa, tempus, locus, facultas, tabellas hæ
sce, tum corrupendi, tum falsis inurendi notis, tum per
sape auertendi, denique pro libidine, fauore, gratia, ære, ut
libebat, utque eos rapiebat corruptio, ea tractandi, agen
dique persape, contrà, ac resignator, vel is cui fuerat resi
gnatum sensissent.

Hæc igitur erat, in hocce resignationum negotio, prima,
atque præcipua mali labes: huic ergo sua est ab Henrico,
lege occursum, qui sic dixit, Perscriptorū pontificiorum,
quaque in ciuitate, vel diœcesi, certus, atque diffinitus nu
merus esto.

Hi nomina, atque prænomina, apud suorum quodque
pontificum tabularium danto.

Ibi sacramento adiguntor.

Ibi nominatim autorantor artē,

Ibi coram suo, quisque Antistite, vel delegato, solenni con
ceptoque modo iurato, se ex fide, atque iustitia, munus suū
administraturos.

Ibi item inscribuntor, Inferuntor, Designantor,

Qua in parœcia, Qua in tribu,

Qua in regione, velint, possintque artem suam exercere, planum faciunt: Atque in primis rogantur, Norintne bene formulas, atque notas, sintque in ea, cui volunt dare operam, scriptura ratione, probe instructi, tum manu, tum fide, tum rebus aliis. Denique bene in omnibus idonei, factique, ad id officium cui sese tum addicunt, nimirum his de rebus omnibus, antequam autorentur, fidem faciunt, His de rebus omnibus, tyrocinium edunt.

His de rebus omnibus, a legitimis Antistitibus, aut vicariis, vel sacris iuridicis, accuratè rogantur, quærentur, Tum demum, iidem, nomen suum, & autoramentum, ad tribunal iudicum, huiusce regni, prædialium, deferunt, Ibi que edunt.

Postremò, habitationem suam, in locis ciuitatis, vel diocesis conspicuis, notis, atque peruiis, qua in ciuitate, artem suam facturi, prout tulerit sua cuiusque, episcopi, aut Archiepiscopi, lata in hanc rem, acceptaque lex, sibi deligunt, Qui horum, hæc non faxit, Qui horum, hæc minus obseruarit, Qui non sit eo pacto, in hanc artem, institutus, auctoratus, conscriptus: Quamcumque is descriperit tabulam, in re beneficiaria, Quodcumque hoc in genere omni, annotarit mandatum, ea tabula, id mandatum, infectum esto, Nulla autoritate subsistito.

Omni prorsus fide careto.

Additum ad hæc, dictum que post sic, mandatum & iussum, Episcopi, Archiepiscopi, primates dioecesani, sua quisque in prouincia, & diocesi, de sententia & consilio suorum clericorum, sacrorumque hominum: quorum clericorum, hanc in rem competens aliquis iustusque, ad sit & euocetur numerus, perscriptores notariosue designato, In ordinem certum describunt, Numerum assignant, Cathalogum adscribi iubent, Intra modum, intra cohortem quadam, constitutam, & diffinitam, concludunt: huic soliperscriptorum, notariorum uè cohorti, autoritate episcopali, sua quaque in prouincia, certo circumscriptæ numero, tabulas beneficiorum

ciuatorias, atque alia omnia eam in rem mandata, accipere, describere, annotare, consuetaria, auctoritates, appendices, accipere, describere, annotare, formare, atque ius autoritatèque his addere, per publicam scripturam, fas, licitumque esto Nulli item alii.

Huic sic diffinito notariorum numero, nihil à quoquam uel lo, uel antistite, uel ab alio quouis magistratu, superadditor. Adiungitor,

Intra hunc modum stator.

Si qui tamen horum, eo certo circumscriptorum numero, uel mortem obeat, uel alia de causa ordine submoueatur, in illius locum, alius sufficitur, adscribitur. Porro abrogationis iudicium, quo iudicio qui abrogatus est, notarius esse de sit, in suum cuiusque pontificis tabularium, redigitor, Ibi editor, scribitur, Tum & ad iudicium prædialium actuarium etiam defertur, Ibi item editor, Exscribitur.

At uerò, nullus quisquam horum, cui hoc datum est, diffinitum, & sua quaque in diocesi, circumscriptum munus perscriptorium, uel notariatus, suam, extra diocesim, arte exerceto, Neu facito, Si facit, si exercet, Quod facit fide careto, falsi nota inuritor, expungitor, circumducitor. Perscriptores, notarii, ea qua dictum est solemni præscriptione, in hunc ordinem adlecti, alioque tribunalium pontificiorum, prædialiumque inscripti,

Quamcumque postea tabulam, descriperint, quodcumque susceperint annotandum mandatum, ea in tabula, eo que in mandato, legitimam ex edicto qualitatem, ordinem item suum, eo quo dictum est modo, sibi obuentum, ea regia præscriptione, sibi appositum, ea rogationis sanctione, accurata exactaque obseruatione, sibi adscriptum, attextunt inscribunt, ponunt, Tum habitationem, & autoramentum suum, nempe qua in ciuitate, oppido, vrbe, autorati fuerint huicque ordini inscripti, ea in tabula, ac eo in mandato, ac ea in autoritate, inserunt, scribunt, Ni id sit ni id omne nominatim apponitur, si quid horum tacetur, ea tabula, id man-

datum, ea autoritas, vbi id tacitum est, nulla funto, nihil iuris, nihil autoritatis, nihil rati, firmi, habento:

Per scriptores, notarii, ita suæ quisque inscripti arti, in qua-uis postea eiuratoria tabella, in quouis ad resignandum suscipiendo mandato, testes duos, nec minus, asciscunt, adhibento, roganto: hi testes certi homines funto, recti, probi, atque ibi, cogniti, vbi consignatur mandatum, excipiturque procuratoria ad resignandum tabella: hi testes sedem certam, habitationem stabilem, habento: hi testes, nec in ascendendum gradu in eiuratis, cognatione propinquitatē nec in eius, in gratiam, cuius eiuratur, cognatione propinquitatē numerant, nec vtrobiue alterutrum eorū in transfusa etiam sanguinis linea prope contingunt, vt pote, pater, auus, aut supra hos ne existunt, neu patruus, neu auunculus, neu item frater, non consobrinus, quem dicimus germanum: Aduersaria, & autographa cuiusuis tabulæ eiuratoriæ auctoritatisque & ad resignandum mandati, (quam notarii minutam appellant) manu propria resignant, obfirmant, Chirographo exprimunt, ea in re, prædicti duo testes præsentem funto, id vident.

Porrò si accidit, eiurantem, resignantemue, ita laborare corpore, vt nequeat manu sua nomen sibi apponere, subscribe req, ibi tum, notarius & per scriptor, illius casus, atque impedimenti, sua in scriptura, autographoque eiuratorii mandati, mentionem facito, diffinitè explicato, aperte exprimito, Tum & ascito testes, huic nominatim rei, subscribe, & ipsorū nomē, ad autoritatis fidē, adicere, accurately, iubeto, Quæcumque, alio modo, hacque non accurately obseruata regia præceptione, descripta sit à notario, hoc in genere tabula, ea tabula reicit, fidei omnis expers esto.

Per scriptores, notarii, quamcūque susceperint procuratoriam ad resignandum tabellam, quodcumque hanc in rem mandatum annotarint, illius tabulæ, illius mandati, exemplar vnum in memorialem librum suum redigunt, illuc ex fide transcribunt,

Tum eo in memoriali libro (registrum id appellatur) tēpus quo alterutri parti, tradita ab ipsis est procuratoria queuis, huiusce eiuratorii generis annotata tabella, certum quidem illud, annoque & die diffinitum adponitor, adscribitor, Is memorialis codex, volumenque regestorum, pro vno quoque negotio, ab ipsis probè diligenterque conficitor,

Accuratè conseruator, quum opus erit, editor, exhibitor. Tum anno quoque, exemplar verum, & fidum, cuiusque annotati procuratorii, ad resignandum mandati, in tabularium pontificum, iidem ipsi, per scriptores deferunt, illuc edendum, incidendum, annotandum præbent.

Porrò, argentarii, collybistæ, diplomatumque pontificiorum accuratores, atque id genus omne hominum, qui expediendæ scripturæ bullatæ, hucque deferendæ, suam impendunt operam, ad suum quidem quisque ordinarium tribunal, iudicemque loci, quo in loco, artem exercent, sese, sacramenti causa, atque auctoramenti iureiurando firmandi, exhibento, sacramentum, iusiurandumque talè esto, Sese ex fide artem suam facturos, staturos probè in officio, nihil perperam in se, eo in munerè admissuros: hoc dato iureiurando, apud iudicem ordinaria subsellia, arti tum addicunt, argentariorum ordini adscribunt, rei quum volent, operam dato, At vbi primū, negotium susceperint, expediendæ procuratoriæ ad eiurandum schedæ, illius schedæ summa statim ac necessaria capita, suum in familiarem acceptorum regestorumque codicem referunt, exscribunt.

Summa autem talis schedæ ac necessaria capita, hac in re, hæc funto,

Qua die, quo anno, hæc sit data scheda suscepta, annotata, Qui per scriptor hanc suscepit, annotavit, qui vocabatur, vbi artem exercebat, qui testes interfuere, horum nomina, locus, habitatio, designant,

Quo item in loco, sit ea accepta, annotata,

Hæc omnia, ab ipsis in rationale volumen transferunt, incidunt, tū & diē, qua die hæc schedā expediendā susceperit,

Romam uè, aut ad legatum, ea de causa misere, Tum eoque de ea re responsum, suis à procuratoribus, negotiorumque gestoribus accipere, ibidem apponunt, opportune annotant, si qui horum, hæc non facit, omni damno, omni impedimento, quod ea ex re, pars, cuius interest acceperit, fecerit, multator, damnator,

Donec is luerit, persoluerit, nexui traditor, in custodiam coniciatur, Enim uero, sacratus quisquam homo ecclesiastica persona, sacerdotalique ordini addicta, hanc argentariam ne posthac facito, Ab hac arte submouetur trapezitarum bullatæ scripturæ, huic ne addicitor, huic ne se immisceto: laicorum hoc solum munus esto, hi soli, huic describuntur, accinguntur ordini collybistarum diplomatiorum, antè tamen, apud tribunal iudicum prædialium, iidem ipsi satisfaciant, Vade, prædibusque idoneis, artem suam sanciant. Porro, ea satisfactio, mille aureorum esto: eo nomine, vades, prædes, obstringuntur, expromissores obligantur, quos hac sua in causa dederint mensarii, & accuratores huius generis pontificiorum, Oberantur quidem isti appromissores, re à se, etiam in solidum præstitum iri, nec oratori apostolico, quicquã fraudi futurum neque prius, quisquam ullus, hanc artem facito, neu huic officio addicitor, quin isthæc omnia obseruarit. Porro allato in senatum edicto, ut ibi, de more recitaretur, conscriberetur, promulgaretur, tum & incideretur in officinam actuariam, additum est à senatu, dictumque sic, amplius, Si quando lis postea, quæstio, dubitatio, incidet, super nomine habitatione, qualitate, notitia, testium, tum aliorum, hisce in procuratoriis ad eiurandum schedis, positorum, clariori explanatione, ea tum quæstio, atque lis, in secundum iuris possessorii, summæque ac plenioris controuersie iudicium reiicitur, reseruator.

Neu ius vindiciarum, fiduciarieque possessionis, omne id huiusmodi, quicquam remorator, neu obturbato, neu ad impediendum, vel bona sequestro committi, vel hoc ex primo, minusque pleno possessorio iudicio, possidenda addici, parte

ab

ab ulla, opponitur, Denique nihil quicquam tale ibi tum conuertitur: Id porro factum, additumque in Parisiensi senatu anno domini Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo, die vigesima quarta mensis Quintilis. Itemque paulò, post adscripta est in hac nostrate rogatione, per aliam quoque regiam legem, Henricique edictum, appendix, hæc continens, quæ sequuntur capita compluria, Beneficiorum eiuratio, omnisque hoc in genere, pontificia prouisio, ordinatio, atque præiudicatio, tum quæuis alia collatio, vi mandati procuratorieque tabulæ, post annum quidem quàm datum est mandatum, præscriptaque & annotata procuratoria tabula, tum Romana in aula, tum alibi usquam admittenda, firmitatem ne habeto,

Irrita, vana prorsus esto, lex enim mandatorum, huius generis, annalis est.

Eiuratio beneficiorum, omnisque, hac in re, dispositio, facta quidem virtute procuratorie tabulæ, Quæ procuratoria tabella, generaliter aut obscure beneficia mandat eiurari, non item quæ eiuranda sunt, quæque vult eiurator suo nomine eiurari, clarè nominatimque exprimit, ponitque, ne consistito, neu valeto.

Eiuratio sacerdotiorum, omnisque hac in specie, pontificia rogatio, dispositio, quæ Romæ quidem antè, ex procuratoria ad eiurandum tabula, quàm illò, ad procuratorem, qui ibi ex mandato beneficium eiuraturus est, allata sit, procuratoria illa ad eiurandum tabula, fit, aut consignatur, ne statò, Præmatura illa actio funditus subruitor, intempestiuum factum, cui suum præsens non adfuit procuratorium mandatum, nihil firmi, nihil rati habeto.

Atque id quidem, quod attinet ad diffinitionem, discussionemque iudicii possessorii, cuius omnis, in re sacerdotali cognitio, tribunalium est regionum: nam quoad petitorium, titulariumque iudicium, leges quidem Romanæ, ac Pontificie veteres hac in re, locum suum semper tutantur, conferuatque, nec eis quicquam detrahit dirimitque, hoc in nego-

tt

tio, lex Regia, quæ item sequentia sanxit hunc in modum, Eiurata, ita, ut dictum est, beneficia, collata, donata, certo ite modo, solemnique præscriptioe, suo quæque possessori, traduntur, addicuntur, Is modus, ea præscriptio, talis esto, Cui, ex eiuratione, donatum fuerit beneficium, erogatum, collatum, quod ex illorum sit genere, quæ in ecclesia quavis primaria, cathedrali uè collegiata, aut conuentuali, constituuntur, is illius beneficii possessionem, virtute donationis, ac prouisionis legitime, propalam, atque in corona proborum multorumque hominum, accipito, inito, non vi, non clam, non furtim, aut dolo: De sic inita possessione, publicas tabulas obsignatas quidem manu actuarii & perscriptoris, prædictæ cuius ædi sacræ attributi, petito, testator, Si actuarius is, & perscriptor, id se facturum negat, si tabulam possessionis adeptæ testatricem, nolit obsignare, aut obsignatam possessori beneficiario tradere, possessor tum beneficiarius, ea de re, hoc est, de actuarii perscriptoris uè repulsa detractioneque, publicam auctoritatem, consignandam curato, publicas tabellas, id testantes, sibi dari, fieri, à quouis alio perscriptore & notario iubeto, Hæc tabella, recusatione actuarii testata, duobus quidem testibus, eam in rem nominatim accitis, obsignata, tantum, quantum supra posita actuarii signatura, acceptæ possessionis testatrix & index polleto, efficio,

At verò, cui ex aliqua canonica causa, erogatum est beneficium, cui beneficio cura insit animorum, vel præfectura, prioratus uè dicatur, is in possessionem item illius beneficii, appellato, publico aliquo, eam ad rem perscriptore, notarioue tum & testibus, vel ædituis adhibitis, vi quidem legitimi tituli, iurisque, propalam venito, idque omne auctoritate antistitis ordinarii agitator, concinnantor.

Sic, inita ex eiuratione fani ædifue sacræ, possessione, ex collatione uè, aut alia quavis legitima erogatione, ea possessio, eo in fano, ædeuè sacræ, in publico missarum præconio, ad frequentem populi confellum tum editor, diuulgator, reci-

tator, aut apud ordinarium forum, illius fani, ædifue iurisdictioni, addictum, & adscriptum, aut publica in platea, campo, loco, curia, solemniforma, celebri modo, iuxta præscripta, pronuntiator, publicator, edictor, Aut ad tribunal quoduis regium, sub selliaque iudicum præficialium, defertor, expromitor, programme annotator.

Aut ea, denique ordinario cœnobii, præfecturæ, fani que colatori, aut patrono, aut cuius horum vicario, delegatoque à quo fano, præfectura, cœnobio, dependet sic eiuratum, erogatumque beneficium, ostenditor, denunciator, indicitor.

Tum & iisdem ipsis, exemplar pontificiæ, aut aliis cuiusuis erogationis, tum sic inita, & acceptæ possessionis publicitatis annotatum traditor, exhibitor, in apertum proferitor,

Quæ alio modo, inita fuerit possessio, accepta, quæ sita, ea hoc in genere, omni iure cassa esto, reiicitor, Qui verò alius, quam supra posito solenni modo conscriptus, consignatusque grammateus, notarius, istud formularii generis quicquam vllum annotarit, descripserit, suamque pro publica persona præsentiam accommodarit, id omne ut improbum, ut subdolè agitatum, ut clandestinum, habetor, immutator, inducitor: Et hætenus, hac de re.

Itaque possunt videri, hæc ipsa hinc non satis (ut iam initio paucis admonui dixique) commodo congruoque loco adposita, propterea quod in dispositione totius operis, librum ex professo, quartum mihi seposueram, destinaramque, vbi omnia, in isthoc pertractarem genere, dum scilicet, de iure nostro municipali, moreque gentis Gallicanæ, qui sci licet mos, quodque ius, in hac omni sacerdotiorum materie apud nostrates homines peculiariter, atque in vniuersum obseruatur, tum ex foedere concordatorum, tum ex rogatione pragmaticæ factiois, ac nouissima edictorū præcipis editio ne promulgationeque differerem, sed quia paulò hinc ante

ad materiam eiurationum, tractationeque resignatorie beneficiorum tabellæ, descenderam, Visum est quoque, ex cōtextu dissertationis, causæque coniunctione, hæc, quæ modo sunt, hac in re, mihi posita, quodam veluti prælusionis modo delibare, quæ faciliorem, ad quarti libri disceptationem, vti, & ea, quæ in hoc itidem quod attinet ad mores nostros, rerum genere, de vicariis, vicariæque functionis probanda & expromenda hodie per scripturam, aliumve modum, similem tabula, superius præmisimus, aditū quidem patefacient, Quo in quarto libro, isthæc omnia, ex instituta operis causa, fufius certè, atque subtilius, tum disputabuntur, tum suis concludentur finibus, & terminis.

Titul. 31.

DE EA CAUSA QUÆ DVCLITUR à beneficiorum permutatione.

Cap. 31.

HEC causa à iure gentium primùm enata, ad contractus dehinc civiles deducta est, idque ratione, tum vtili, tum in commerciis hominum necessaria, nam à primo, vt altius more nostro, res repetatur, neque empti causa neque venditi nota fuit, quin omnia inter homines, mutua rerum commutatione, prout suus cuiusque ferebat vsus, agitabantur, merx mutabatur merce, pretium pretio, æs item ære, (quæquam ne tum quidem adhuc, aut æs percussum esset vilum, aut stips vlla ex auro argentouè conflata) cuius rei habemus testem antiquissimum vatem Homerum, à quo, veluti à fonte primigenio tum deducta sunt philosophorum scripta omnia, tum omnis ratio institutioque ciuilis cœpta. Is igitur Homerus, in iliade sua, cōmutationem rerum recēset, vti patet ex versibus, quos hanc in rem citat Paulus iuriconsultus^a eueniebat enim tunc, vt cum tu rem haberes, cuius ego maximè indigerem, ego vicissim rem haberem, quæ

^a l. i. de re permu.

tibi valde opus esset, quia nondum percussum erat nomisma, quo intercedente, fieret ea de re aut emptio, aut venditio, ego rem quæ mihi erat, cum ea, quæ abs te desiderabam, commutarem, sicque ex permutatione ambo, voto nostro potiremur, Sicuti nunc fit in conuentione empti & venditi, quæ duo postea in vsum hominum irrepserunt, cœperèque tum demum his de rebus, duo fieri relatiua nomina, quæ mutuo se respicerent, alterumque referretur ad alterum, merx scilicet, & pretium, cum antea merx ad mercem, pretium ad pretium hoc est, res ad rem referretur. Hinc habetur vt in hanc propemodum sententiam aliquando iuriconsultus permutatione esse describeret, scilicet vnus rei, pro altera præstationem vicariam, quæ diffinitio aut descriptio, ex exemplo supraposito, de conuentione, qua gēs antiqua, in omni mutua rerum suarum, alterius in alterum collatione, pactioneque, semper vtebatur, cum nondum esset aut venditi causa, aut empti, satis illustratur explicaturque. Igitur ex superioribus constat permutationem iuris primùm esse gentium, aut naturalis, quam etiam solam, hodie cognoscunt homines orbis noui, nauigatione Hispanorum nūc primū, nostra memoria, in altero quidem solstitio ad alterumque polum reperti, aurum cum ferro permutantes, neque quicquam, in causam empti, aut venditi conferentes, sicuti constat ex historiis Bembi & Pauli Iouiatq; aliorum, qui orbem illum descriperunt: Serò tādē (vt ad id demum perueniamus, propter quod, superiora prælusimus) in causam sacerdotiorum applicata hæc permutationum ratio fuit, & nihilominus, vt ibi quoque applicaretur, certè quodammo do necesse extitit, sed tamen initio, ita eā in sacra causa, auresam habere patres nostri, vt cōsultis & decretis multis illā hinc penitus exploserint, Quod potissimū concilio Turonensi clarè cerni potest: quo in Turonensi cōcilio, sacrarum dignitatum præfecturarumque permutationem omnem, factam nominatim ea de causa, clara aperta que rogatione, ab ecclesia patres prorsus sustulerunt, eamque omni sacro clero

*e ca. maiori.
ex, de prob.*

accuratè interdixere. Attamen progressu temporis, sicuti rebus in omnibus fit, quæ cum ipsa die, sese subiiciunt & patescunt, eam cõmuni consensu in ecclesia postmodum recepere multi quoque conscripti patres, existimaueruntque illius vsu, à re sacerdotali non abiiciendum, atque suprapositam iuriscõsulti diffinitionem ita sunt interpretati, vt rei appellatione, beneficium etiam ecclesiasticum comprehenderetur, Vt cum dixerit iuriscõsultus permutatione esse, rei vnus cù altera mutuam præstationem, res illa (nam etiã rei nomen generale est) sacerdotia quoque cõplecteretur, sicuti romani põtifices totis rubricis de rerum permutatione in volumine tũ decretaliũ tum clemẽtinarũ fatis superque planum fecerũt. Eam igitur sic in ecclesia receptã, & ad hæc vsque tempora, sine dubitatione obseruatã amplissimè explanandã duxi, omnesque eius causas, atque negotia prosequenda secundum rationem instituti mei, qui decreuerim omnes causas, quibus ex causis, quæritur in fano vllõ canonicus titulus, & is quæsitus dimittitur, ob oculos hominũ ponere. Et ex his causis, est hæc, de qua nũc differimus permutatio, cõcilio quidem Turonẽsi, atque aliis, vt dictum est, primũ prohibita, nũc verò propter summum operæpretium, in ecclesia vti etiam diximus, & frequens & crebra, & quotidiana

*d ca. mutati.
& ca. scias vii
quest. i. totis
rubricis de re
permu. in lib.
decre. & ele.
ca. quæsitũ ex
de re. permu.
late hosti. in
summa de re
permu. S qua
lier vers. sed
nunquid archi.
ca. licet
de re. permu.
in vi.
f dic. ca. maiori-
oribus.*

nõ propemodum vsu iam satis approbata, partim ab vtili, partimque à necessario ducta, Initaque approbatione, quæ & auctoritate pontificii iuris firmata postmodum fuit, atque omni iure, omni que robore donata, factũque, vt beneficia hoc quæsitã partaque modo, perinde cõfereretur quæsitã, partaque ac quæuis, ex alia in ecclesia recepta causa, & approbato canonibus titulo, cui tamẽ adiuncta est quædam modificatio, resque; magnã ob causã tẽperamẽto cõclusa, nam itã id cuius pontifices, sicque; permutatione in ecclesia recepisse censentur, vt eã solis ab episcopis & archiepiscopis confirmãdam admittendamque permiserint. Ceteros porrò inferiores antistites, ab eo iure, ab eaque auctoritate secluserint factumque fuisse videatur, aut certè colligendum axioma,

vel caput legis, in hanc sententiam. Omnis beneficiorum legitimè facta permutatio auctoritate episcopali firmator, Suffragio põtificali expeditor, Calculo s̄ maiori probator, Qui infra Episcopum sunt minores Antistites, permutationem beneficiorum ne recipiunt, Admittendi isthæc ius ne habent, Quippe quia, cum ab ecclesia, hac in rei sacerdotalis materia, abigatur, arceaturque generaliter per veteres canones permutatio, eaque; postmodum exigente necessario vtilique rerum vsu, certis in causis casibusque inueniatur episcopis indulta, aut saltem permessa, æquum est certè vt eadem ipsa, ceteris, qui inferioris sunt ordinis, denegata prorsus censeatur, vel in primis ob regulam iuris, sic habentem, Quæ speciatim quibusdam conceduntur, ab his alios excludi iuris esse.

*g ca. quæsitũ
ext. de re. per-
muta.*

*h glo. in ele.
i. de re. per-
muta.*

Titul. 32. de eadem materia.

POTESTNE PONTIFICIUS AN-
tistes, hoc est, Episcopus quiuis ordinarius, permutationem beneficiariam tum admittere, tum omni causa omnique robore atque auctoritate suffulcire, nõ appellatis eam in partem vllam patronis nuncupatoribus, collatoribusque alijs ordinarijs, qui sunt infra Pontificalem dignitatem: neque item ipsis electoribus, in hisce sacerdotijs quæ ad istos maxime pertinent, vtpote in quibus habeant ipsi, aut suffragiorum, aut ius ordinariæ collationis nuncupationisue & præsentationis.

Cap. 32.

ERgo non ita liberè, hac in re Episcopis sunt cõcessæ habent, quin iure pontificio, interdicta eisdem sit beneficiorum, quæ à patronis aliisque collatoribus, vel electoribus dependent, commutationem recipiendi admittẽdique potestas, nisi huic rei, beneficiorumque commutationi, ac-

i ca. decerni
 mus. xvi.
 quæst. vii.
 lz Ca. ii. de
 excess. præ-
 lato.
 I Ca. iiii. de
 offi. lega. la-
 te gemini ca.
 i. de re. per.
 in. vi.

cesserit eorundem patronorum, ⁱ quibus obnoxia sunt ea
 beneficia, consensio, Itémque aliorum suffragatio, vtpote
 collatorum, eorumque ^k omnium, qui in permutanda be-
 neficia ius habent ex electione ferendi suffragii, ^l cuius rei
 patet etiam ratio, Nam cum episcopi nō sit, neque electio-
 num suffragia, collegio vlli demere, neque ordinarium
 collatorem quēquam, iure conferendi suo, excludere, ne-
 que patronos, à prærogatiua patronatus præsentationisque
 autoritate abarcere. (Nam id facere, falcem esset, alienam in
 messem, arroganter temerēque demittere) Cū igitur id
 per legem non possint ipsi episcopi, si eis tamen permette-
 retur, permutationem quāuis indiscriminatim admittere,
 neque ea in re, prædictorum patronorum collatorum, &
 eligentium haberetur ratio, sequeretur absurdum magnū,
 magnusque ad iniustitiam obtentus, nam daretur ansa pon-
 tificibus faciendi fraudem legi, & permutationis interces-
 sione electorem suo suffragio, patronum nūcupatione sua,
 collatorē item suo conferendi iure, obliqua via defraudan-
 di. Igitur bene quidem id factum, nempe vt prædictis per-
 sonis, hac in re, caueretur legibus pōtificiis, vti scilicet, om-
 ni in permutatione, nisi prædicti collatores & patroni ap-
 pellentur, suumque adferant in id consensum, permuta-
 tio illa sit omni iure euertenda, vtpote reclamantibus eis-
 dem personis, ac iuste conquerentibus, sese, quarum potif-
 simū intererat, eā ad rem nō appellatas sed posthabitas ne-
 glectasque, ^m Qui tamen electores, patroni, & collatores
 ordinarii, si iam factō consignationis actui, postmodū spō-
 te sua accedant, & quod factum est, suo comprobent adsen-
 su, firmatur rataq; sit haud dubiē ea permutatio: indeq; fit,
 vt colligatur, permutationē, quę nō interueniētibus patro-
 nis aut collatoribus facta sit, nō idcirco tamē statim, pror-
 susque ipso iure nullā esse, at rescindendam, eo quod facta
 est, haud debite, videlicet non accitis, qui potissimū erant
 accersendi. Ergo ponatur hīc hoc enuntiatum. In permuta-
 tione, necessaria est tum patronorum, electorum, collato-
 rum,

m ca. cūber-
 toldus de re.
 indi. ca. ea no
 scitur de his
 que sunt à
 præla. ca. de-
 cernim^o. xvi.
 quæst. vii.

rum, suo cuiusque in obnoxio beneficio, aperta assensio, si-
 ue ea quidē ante actū interuenerit, siue postea actui accesserit,
ⁿ tum episcoporum, superiorūque præfulum approba-
 tio, quod actus is ab episcopali, & superiore potissimū
 sede & autoritate dependeat, etiam si alioqui permutati be-
 neficii aut permutandi collatio, ad episcopum vel superior-
 rem minimē pertineat, quæ tamen episcopalis & superior
 autoritas, inferioris ius, hac in re, non negligat: si facit con-
 trā, sciat quod agit, nō illicō prorsus nullum futurum, quia
 vti est dictum, cum actus ille, ipsius episcopi nitatur autori-
 tate, à qua potissimē dependet, non destituitur quidem ab
 agentis parte robore, neque deficitur iure & fundamento,
 sed sciat tamen pro certoque habeat idem episcopus, & su-
 perior, fore vt factum hac in re suum, iure postea concidi
 possit, propterea quod, quorum intererat, eos non appel-
 larit, Quare eos, hoc in negotio, si ratum id esse vult, nullo-
 que pacto infringendum, admittat. Et quum hæc ita sese ha-
 berent, Carolus tamen Molineus ^o censet moribus nostris
 & actionibus hodie factum esse, vti crebro vsu dioecesani,
 & patroni ecclesiastici, in permutationis negotio, iure suo
 planē deciderint, illi quidem, hoc est dioecesani, sua permu-
 tationes admittendi, firmandique autoritate, hi verò, nepe
 patroni, sua ad easdem permutationes prærogatiua, nuncu-
 patione consensionēque ac venia: id propterea (ait) permuta-
 tionis negotiū, hodie sola inferiorū collatorū ordinario-
 rum suffragatione, omni ex parte expediri posse, neque ap-
 pellatis etiā eam ad rem sacris patronis, neq; dioecesanis, sed
 posthabita planē eorum omnium hanc in rem ratione, neq;
 ob id vllam eis censeri factam iniuriam: nam cū hodie, ob
 prærogationum præuentionumque causam, Romā passim
 curratur, tum in permutatione omni, tum in alia quauis eiu-
 ratione, illincq; prærogationes præuentionēsq;, omni planē
 ex causa (qua ex causa, quæritur beneficiū, vulgato more) &
 accersantur, & veniāt, idq; tam crebrò, vt nullus, aliis ordi-
 nariis Antistitibus, eadem faciendi hoc in omni rerum ge-

n Sede. de fe
 ni. & ibi lap.
 in additio.
 tit. de re per-
 muta. doci.
 xcii.

o Moli. reg.
 de iur. resig.
 nu. xxx. &
 xxxi. & re de
 pub. resig.
 nu. cxlv.

nerē, suamq; autoritatem interponēdi, locus ferē relinquitur. Adhęc, cū accedat etiam crebrō legatorum à latere interuentus, quibus legatis hanc in causam, eadem sępe, quę Pontifici summo est, ab eodem Pontifice summo tribuitur autoritas, certē non iniquum esse putat, si quod Pontifices Romani, & sępe à latere legati, antecaptionis pręoccupationisque iure, patronis volētibus nolentibus, passim pręriperent, p̄ demerētque, Id ipsum cum minori prouincialium damno, minori que impendio, ab ordinario collatore, citra dioecesanum, citraque patronum fiat & consignetur. Nam ecce, vt id exemplo illustretur. volūt quidam in permutationem benefici conuenire, Romam quidem illi ea de causa passim mittunt, suasque conuētiones, legēsque procurant Romę, ea in permutatione autoritate firmari pontificia; affertur illinc, hoc est, à Roma, vel à legato agitata cōcinnataque permutatio, non accersito appellatouē, eam in rem, neque patrono neque dioecesano. Quid igitur contumelię, aut iniurię? quid porrō damni detrimentique sit; patronis dioecesanisque, si permutatores illi, quod Romę, vel apud Legati tribunal factitant tam frequenter, id ipsum faciant coram ordinario collatore, pręsertim cum vtrobique posthabeatur postputeturque, vt nūc sit, hac in crebra exēpli ratione, tum patronorū tum dioecesanorū ipsorū autoritas, & eō magis æquū sit hac in re, indulgeri collatoribus ordinariis, quōd apud eos, cum minori prouincialium impensa, expediatur in prouincia partibusque negotium.

Titul. 33. de re eōdem relata:

1. **P**otestnē qui infra Episcopū est Antistes, sibi per pręscriptionē tēporis, ius quærere permutationis beneficiarię, tum admittendę tum recipiendę, tum legitima etiam autoritate firmandę?
2. **A**n, cum pastore vacat Pontificalis sedes, capitulum quē ad permutationes beneficiorum, quę iuris erant pontificij, in partes, causamq; & rationem succedat episcopi.

p̄ Ca. dilect^s
de offi. leg^s.

3. **V**trum coenobiarchę, qui suis in coenobiis, vtuntur iure exēptio, atque eximio, ius illud summū, & episcopale, in recipiēdo hoc permutationis negotio, absoluēdoq;, & omni auctoritate cōfirmādo queāt exercere? an vtique, ab hac, in ea causā suprema potestate, semper arceantur?
4. **A**n, dum viget aliqua in Pontificali sede regaliorum lex vtpote sede ipsa, cui insunt regalia, viduata pastore, possit rex, ex iure regaliorum, quōd ad permutationes, vices omnes obire episcopi.

Cap. 33.

Cum igitur positū sit supra axioma verissimū, quo generatim talis effertur sētētia: nō licere scilicet episcopo cuiquā, de eo beneficio, cuius ordinarius dator non est, collatorq;, nō adhibita collatoris ordinarii volūtate, vel assēfione, permutationē, neq; recipere, neq; vlla autoritate firmare: nō licere rursus inferiori collatori, quāquā sit ordinarius, citra episcopi, cui, est sua in collatione obnoxius, suffragationem, vllam de permutādo beneficio cōuētionem admittere, eāque omnibus suis numeris omnibusq; partibus, quātūcūque id sit, quod protulit ea in re Molinęus, absolute: Nihilosecius adferri possunt quędam rerum exemplorūque species, quibus in exēplis appareat, eū ipsum, qui infra episcopū est, Antistitē, permutationi de beneficio, vel factę vel factitādę, posse robur omne autoritatis firmitudinisque adiicere, huicque permutationis negotio, eo in casu extremam manum imponere. Age enim, fac tu mihi (verbi gratia) capitularem aliquam fodalitatem, aut coenobiarcham quędam, in sibi obnoxiiis suppositisque fanis, ex diuina & legitima pręscriptione, hoc ius, permutationes sciet admittendi, ac per se se firmandi, sibi comparauisse: certē haud dubium quidem est, eo in exemplo, eaque in facti specie, quin horum quisque pręfectorum (siue fodalitia sit, sacra communitas, siue abbas aut curio summus) suis in fanis, pręscriptione ea vtique queat, atque ea suffultus, & nixus, permutationes eorundem fanorum, omni ex

Hoffi. 10.
and. et archi.
ca. vno de re
per. in. vi.
Egi. de bella
mera deci. 7.
& .i. x. in pri-
ma parte sui
tract.

parte per suam suffragationem, tum conficere, tum citrà interuentum cuiusquam alius sacri magistratus cōprobare: ^b

^b ca. audiris ex de pres. ca cum olim de excess. prela. Quia, quod is hac in re præscriptit, id ordinis haud dubiè nō erat episcopalis, cū permutationum admissio haudquaquā ordini episcopali supponatur: verum ex his potius esse censetur, quæ à dignitate iurisdictioneque pendent pontificia, & episcopali, quæ quidè præscribi per inferiores antistites posse nulla vetat ratio, nullaque iuris constitutio: ^c

^c fede. de se tract. permo. quest. xxiii. egidius de bella mera. si mili il. tracta. quest. ii. quanquam ea quæ sunt ordinis, præscriptioni neutiquam concedunt, neque villo pacto huic omni eripiendi iuri sunt obnoxia, altera est, hac in re exempli sic habés species, esto, quædam pontificalis sedes, suo videtur pastore, & interim dum vacat sedes, factitetur quædam beneficiorum permutatio, eam permutationem sine dubitatione admittet vacante sede capitulare comitium, & communis sodalium suffragatio, atq; firmabit ipsam, omni autoritate, & robore, Nec mihi quisquam huc adferat, (quod tamè hac in specie videbatur dubitationem adferre posse) vacante sede, ex clara aperteque iuris dispositione, beneficiorum eiurationes resignationesq; à capitulo nō recipi. ^d Nā respōdebo dictate ratione, id verū esse in eo resignationū genere, quæ minimè sūt necessaria, quasque fieri nulla publica ecclesie possit pbabilis utilitas: at in permutationū causa, alia res est, quippè cum earū sæpenumero causa necessaria adferatur, requiratq; publicus fanorū vsus, persèpè præfactorū cōmutationè, vt qui vno in fano non sunt cōmodi, in alio (quod frequèter accidit) frugi vtilesq; esse queāt, vult nimirum tum ratio, ne ea res differatur, quæ in vsū vergit ecclesie, neu expectetur pō-

^e glo. cle. v. na de re. permu. inno. & feli. ca. cum olim de maio. & obed. bal. ca. ne pro de festu. ex. de slesti. tificis noui creatio & aduētus, qui eā permutationē cōprobet. eā ob rē, à sede vacante, omne id permutationis negotiū, quoties ceciderit, & admitti & firmari posse, æquum est. ^e Quod tamè posterius quæstionis caput, neq; dū clarè aperteque decisum est, ob varias hanc in rē iuriconsultorum notrorū opiniones, nā qdā putādi ipsū, hoc est, admittere permutationes sacerdotiorū, dum vacat episcopalis sedes, posse

quidem capitulum recipere, que & firmare, nisi utrūque, aut alterum permutandum beneficium, ad collationem solius episcopi spectaret, eo enim casu, eaque in specie, cū in eorum collationem, quæ solius sunt episcopi, non succedat capitulum, æquum itidem esse, ac par, ne huic quoque tū permutatorie rei sese immisceat, aut suffragetur, ne quod vna via vetitum est, altera permittatur. ^f Alii verò putant, capitulum permutationes beneficiorum recipere, firmareque posse, in omnibus passim sacerdotiis, quæ sua ab diocesi pendunt, sine ullo discrimine, sineque vlla distinctione, ^g sint ne solius episcopi, an non.

^f corra. tit. de refig. quæ fit ex causa permu. ^g sede tract. permu. quest. xliii. rebu. tracta. deuolut. xx.iii. in praxi. Tertia adfertur quorundam sententia, neutri supradictæ ad hærens, denegansque, præcise vlli capitulari comitio, vlliue collegio datum esse, regulariter permutationes, aut beneficiorum ex permutandi causa, eiurationes, cuiuscumque tandem generis, cuiusue modi iurisque sint, vacante sede, admittere, vllaue autoritate aut firmitudine suffulcire, quia hoc solium episcoporum munus sit, ^h Sed ego tamen hoc de negotio, ampliore profusioREQ; narratu nunc superfedeo, quia locus huic rei proprius, peculiarisque, mihi est alibi sepositus cum scilicet agam, de potestate, quam vacante sede, sibi potest arrogare capitulum, quare illò lectorem reicio.

^g gi. de bella mer tracta. permu. questio liii. Nunc ad propositum. dico ad suprapositas exemplorū species, quibus in speciebus, qui inferior est Antistes, permutationi suam omne tribuit fulcimentum, addi & tertiam speciem, qua in specie tertia, absoluitur etiam planè, omnibusq; suis ex numeris concinnatur permutatio sine adhibita quidem autoritate, aut etiam consensione dioecesani Antistitis, idque ipsum per ius pōtificium: Prodeat enim in mediū quidam cœnobiarcha, ex eorum genere, qui suis in cœnobiarchis, iure vtuntur eximio, seseque asserat speciali lege, ditioni ordinariæ, iurique episcopali ac potestati, ob præcipuā quandam, qua, isti homines in ecclesia funguntur, dignitatē, rebus in suis, perpetuò, legitimeque eximi eripique, Quales sunt (exempli causa) Cluniacensis Cisterciensisque archiman-

dritæ, & id genus alii, in quos, episcopus nullum prorsus habet imperium, nullam in eorum monastica sede iurisdictionem cōficit, ¹ Esto, igitur apud horum cœnobii tribunal, eiuretur permutationis gratiâ, beneficium, quod beneficiû, pleno collationis iure, sit ipsis omni ex parte obnoxium: certè receptum est, frequentiori doctorum calculo, hac in specie, eiurationem talis beneficii, ex permutationis quoque causa eiurati, ab eodem cuiusvis horum abbatum tribunali & prætorio, auctoritate quidē propria & absoluta, tum admitti posse, tum omni iure suffulciri, comprobari que, nō appellato, hanc ad rem, præfule dioecessano, cum & abbates illi, suo in prætorio, pontificali fungantur munere, nec pontifici vlli præter summum pontificem, sint vlla in re obnoxii, Quanquā Egidius à bella mera, ^k cēsuerit, hoc in casu, quoties is incidit, vt tutius res constabiliatur firmeturque, ad Romanum pontificem confugiendum esse, vtpotè, solum exemptorum episcopum Antistitemque, & iudicem eorum ordinarium, cum præfules magistratusque ceteri, ab omni, in hos abbates magnos, iurisdictione excludantur. At interim vnum hîc admonendum, in hac quidem peculiari specie, archimandritarum exemptorum, nempe vicarius quisquam, episcopi dioecessani, hoc munus permutationis scilicet admittendi, sibi, ne vnquam arroget, neue addicat. Nec enim ad eum pertinet hæc causa, quæ supra dignitatem supraque potestatem est, omnis ordinarii vicarii, omnis etiam iuridici sacri, vel officialis, ¹ cū etiam permutationum alioqui admissio, simplicis haud iuris sit, verum tum eiurationem resignationēque, tum collationem iuxta complectatur: ^m Quæ duo, ne factitare quidē, recipereque potest vicarius, hisce etiam in sacerdotiis, quæ episcopali collationi sunt nominatim addicta, ⁿ nisi quid aliud, res peculiaris, & ab episcopo nominatim tributa demãdataque poscit. Ad dicitur & quarta species, qua in specie, non adhibita auctoritate præfulis dioecessani, absoluitur, & omnibus suis partibus cōsignatur permutatio, nēpe durate regaliorū iure, tū enim

i ca. ea quæ de sta. mona. ext.

lx. egi. de bel. la. me. tracta. permut. quest. i.

i ca. fi. de of. vica. in vi.

m. ca. licet de re permuta. n. l. i. dx. off. eius cui man. est iuris ca. fi. de off. lega.

rex potest admittere, resignationes beneficiorum, quæ in ea regaliorum lege vacant, non solum simpliciter, vel per obitum, sed etiam ex causa hac permutationis, ^o Id enim sibi vindicat meritò quidem, principalis, ac regia dignitas, quæ in ea regaliorum causa, iure omni potitur pontificali. ^{o molli. regu. de infir. refug. 190.}

Titul. 34. ad superiora spectans.

POTEST NE, DE DVOBVS SACRANIS agitari absoluique permutatio, per vnum eundem hominem, qui homo, ab vtraque, distante & paciscete parte, habeat, in eam permutationis causam, procuratorias mandati tabulas.

Vtrum in expedienda, contexendaque, de duobus, aut pluribus sacris, permutatione, possit intercedere intervalum temporis, an vtique vno & eodem tempore, vna & eadem ex causa, momento scilicet tēporis, peragi debeat totum istud, de permutatione plurium adium sacrarum negotium.

Cap. 34.

Explicita, ac iam satis superque demonstrata, huiusce primæ, hocce in permutationum negotio, quæstionis causa, qua nimirum ex causa fusissimè, vti mihi videtur, tractata, discussaque, clarè apparet, apud quosnam Antistites, agitata sunt, tum etiam admittendæ, atque legitima iustaque auctoritate, constabiliendæ, hæc permutationum, sacris de beneficiis cōuētiones. Superest, ut id nūc suo quoque ordine explane mus, quod hacce in expedienda materia, videtur impensè necessarium, nempe, quinam, id hisce faciendis omnibus, absolvendisque permutationibus, tenendus sit modus, quæ forma, quæ via, quæ, ex consuetudine, pontificioque iure, solemnis rerū agendarū obseruanda præscriptio, tum & cetera huiusce

generis, quæ in vsum, vti videmus, deducuntur quotidiani, sigillatim discutiamus: Ergo imprimis (nam à mandati tabulis, quæ sunt huiusce negotii fundamentum, incipiendum est) id pro certo habetor, estoque firmum, & fixum, vnum eundemque procuratorem, ab vtraque permutantium parte in id datum negotii, posse vtramque de eo negotio resignationem, vtriusque partis causa, atque nomine, legitimè ritèque facere, vique vnius eiuratori mandati, vtroque à permutatore approbati, totum negotium omni ex parte absoluerè, atque vtrique permutationi, robur, firmamentumque, autoritate legitimi rei vtriusque Antistitis iniicere, si quidem hæc quæ subsequitur, formam adhibet, verborumque prolotionem, vt potè sic aiens, Ad tribunal tabulariumque alterius legitimi Antistitis, Ego, in mandatis mihi de permutando tabulis, datus procurator, à Petro, D. Ioãnis fani (exempli causa) possessore, virtute harum tabularum, id ipsum fanum, Petri nomine, apud dominum Antistitem depono, eiuroque, atque ex permutationis causa, faciundæ cum Mattheo, de tali fano altero, cui ipse Mattheus præfectus est, non aliter quidem, nec alia quauis de causa, nunc planè ipsum resigno, Tum idem procurator hæc ipsa postea subdens, apud præfulem legitimum, hunc in modum, eamque in planam & cõiunctã rationem, Ego itè idem ipse homo, ab eodem vicissim Mattheo, acceptis, in hoc idem permutatoriæ eiurationis negotium, mandati tabulis, vi virtuteque harum tabularum, hoc Matheifanum, huiusce permutationis gratia, vicissim agitantæ absoluentæque sacra cum illa æde, prædicti Petri, nõ aliter, nec alio modo apud tribunal, legitimi hac in parte antistitis dimitto atque renuntio. Itaque sic atque his conceptis verbis consignata, ab vno eodemque procuratore, duorum nomine permutatoria eiuratione, eaque à suo vtriusque legitimo Antistite rata habita, receptaque, & admissa, tum idem Antistes, pro complemento perfectioneque negotii alterum fanum, nempè pro Mattheo erogabit illi homini, qui tabulas attulit procuratorias, Alterum porrò conferet etiam

etiam, Petri nomine, in eundem scilicet hominem, qui à Petro quoque eadem in causa stetit, egitque hoc in vno negotio, vtriusque horum causa, procuratoriam personam, Atque ita ambo hi permutatores, hac posita via, mutuò sibi tributis beneficiis legitimè potientur, nihilque prorsus adferri poterit, quod permutationem eo pacto conceptam, factamque, & approbatam, legitimi magistratus iudicio, possit quatefacere. Admonet tamen hoc loci, cautè atque prudenter, Ioannes Andre, isto in permutationis negotio omnia vt de repente fiant: peragaturque momento temporis, ac cõsignetur vna vtriusque fani, quàm minima temporis intercapedine tum eiuratio, tum collatio, si quidem commodè ita, id est puncto temporis vnaque & eadem opera, isthæc cuncta confici queant: Cæteroqui si obstat incommoditas neque festinatio, simulque, res quit expediri, propterea quod ea beneficia, de quibus in permutatione agitur, sint diuersorum Antistitum collationi obnoxia, tunc vtriusque beneficii eiuratio, atque erogatio, & ex ea permutationis causa, collatio, à legitimo quæque suo admittatur fiatque Antistite, in idque ipsi tantum eat temporis, quantum necesse est, idque aliquando plus, aliquando item minus, pro interuallo locorum, rerumque dissidentia, & vtriusque collatoris Antistitis causa, rationeque.

Titul. 35. ad eandem causam attinens.

- 1 AN QUI IN FANO, HABET quidem non ius præsens, sed ius ad futuram rem, futurumque titulum, possit pro iure illo obuenturi, in beneficio tituli, cum eo qui iam adest, præsensque est in beneficio, commutationem contrahere atque ritè concinnare,
- 2 Vtrum qui titulario suffultus est iure, necdum tamen possessor reapse est beneficii, in permutationem, eo de beneficio possit legitimè descendere.

Cap. 35.

ID vnum modò, hac in materia animaduertendum, habendumque pro certo, cum hominem, qui sacerdotio nimirum presenti non potitur, sed qui sperat tamen, confiditque planè se potiturù, vt potè ius habens ad rem, at in presentia nihil præterea habens aliud, talem quidem hominem haud posse ius illud, causamque, quam habet ad obuenturù beneficium, in hoc permutationis negotiù deducere, neque cum alio vllò homine, hoc de iure, per hanc causam sacrarù conventionum cõtractare: patet ratio, quippe quia quum alioqui exploratum sit, certumque eos, qui ad beneficia, prærogationes quas dicimus expectatiuas sunt nacti, nihil aliud eadem in re esse adsequutos, quàm diplomata quædam merè personalia, hoc est codicillos literasue, in gratiam solùm, ac beneficium personæ prærogatæ expectantisque attributas, sequitur benè, clarèque, id personale beneficium vel personale diploma, quod solùm est expeditum, arrogatumque personæ vni, minimè posse transfundi in alteram. per regulam iuris, quæ personalia sunt, soli personæ inhærere, non item ad alios translata, trãscriptitiaque esse dicitatem. At verò qui ius habet ad obuenturum beneficium, in ea porrò causa est, vt qui nihil habeat in presentia, ad futuras tantùm inhiet exuias: hac tamè exceptione temperãda res, vt si proponatur species, qua in specie, aliquis homo, iure quidè bono ac canonico, inuitatur in quodam fano, nondum tamen in illius fani possessionem, corpore reque ipsa, deuenerit, tunc ea in specie, non obstare queat, quod modò dictum est, positumque axioma, quominus, is in permutationem, de eo fano cum altero possit vltro citroque rectè descèdere. nam cum iure fulciatur, quod dicitur in re, atque in presentia mancipio fruatur sacerdotii titulario, perindè est censendus, quod attinet ad agitandam, absoluendamque permutationem, atque si omni ex parte, beneficii illius foret dominus, possessionemque corporale plenamque & absolutam omnem aliam, cum iam obuento canonico firmoque titulo coniunxisset.

flos. and. &
 phi. franc. dic
 cap. i. flo. &
 immo. dic. ca
 quæsitum,

e ca. si. de con
 cess. præb. in
 vi.

v ca. cui de
 non de præb
 in vi.
 x ca. x. & ix.
 & ca. cum oli
 de offi. deleg

Sed nec is tamè qui in beneficio, nullo aut inani prorsus suffultus est titulo, in hanc permutationis causam, quit de eo descèdere, quod si facit, quicquid hac in re facit, decutitur subruiturque, nempè de re, quæ ad se non pertinet transigens, & quod non habet, in permutationis deducens negotium, quod fieri haud æquum est: eòque habetur, vt respõsum sit, Simoniacos, & qui mala arte, sibi quæsiuerint sacerdotium, si illud, cum alio, commutant, nihil eos planè facere, nec posse iure vllò ad beneficium, ad quod ex tali permutationis causa, irrepere, suffulciri, vtpotè, qui pro eo, beneficium dederint, ad quod nullo, vel penitus vano maloque innitebatur titulo, Quocircà eo etiam quod pro eo acceperit, ipso ex cidere, planèque deturbari, iustum est, permutationemque illam omni ex parte conuelli, quod ni fieret, induceretur mala via, in hoc permutationis negotium, dareturque occasio, quo iure, qua iniuria, ac contra fas, ad beneficia aditum patefaciendi. En tibi, verbi causa, homo qui incesta Simonie nundinatione, vel alia arte improba, beneficium est nactus, is sibi, mali conscius, videns quod hac quæsiuit via, non posse saluo decore, saluaque animi rectitudine, apud se diuturnum fore, huc statim confugiet, quodque malè habuit, conabitur cum re benè parta, per legitimam speciem commutare, & ex scelesto titulo, sibi, hac permutationis causa, bonum rectumque ius parare, atque ità in res sacras, obliqua grassari via, prædatoremque tacitum agere, quod certè haud fuit tolerandum, Quare fuit vtiq; conclusum responsuque, permutatorem hunc, quod ex permutatione coepit, sibi nullo pacto posse addicere, minusq; ad ipsù redire, quod dederat, in hoc permutationis negotio, largitus enim erat, quod non erat suum, & ideò de eo, per permutationem pacisci nequiuerat, Verùm enim, ne alter etiam permutator, qui suum bona fide ea ex causa dedit beneficium, detrimentum accipiat, ità res temperanda est, vt quatefacta planè prostrataque, hac in proposita specie, omni ista permutationis

c ca. ecclesia
 vt lit. pend.

couentione, quum fraudis atque sceleris ars fuerit detecta, Simoniacus utroque excidat beneficio, tum eo quod dederat (ad illud enim redire nequit utpotè nō suum, nempe nefaria comparatum licitatione) tum etiam eo, quod acceperat, cum enim nihil dedisset, nihil etiā iure potuit per permutationem accipere: At ille alter, qui sine fraude, doloque malo, in hanc permutationis causam conuenerat, à Simonia co quidem illo quod acceperat, abductus auulsusque suo, tū equum est restituatur pristino beneficio, quo in beneficio vero & canonica ex causa parto, antè hanc permutationem, innitebatur titulo, & eo pacto, neutri fiet iniuria, neque verè habenti, quicquam iniuste adimetur, neque item non iuste habenti, addetur aliquid contra fas: Ergo ex consequutione necessaria, rataque cōclusionone, quisquis in uniuersum in mācipio, dominioque beneficii, vero haud est innixus titulo, haud quibit, de eo permutationis iustum agitare negotium. Id quidem sanè ex supra positis necessariò consequitur, & tamen res adhuc simpliciter clara non est, firmèque & indubitatè decisa, quin de ea etiamnum, ancipiti, varioque concertatur iudicio. nam re vera, fuere, qui certò opinati sunt, talem hominem in propofita thesi, de tali beneficio, nullam prorsus permutationē contrectare posse, quod si facit, quicquid in eo facit, ut haud rectè factum prouendū, neque id ipsum posse vllō iure consistere. Alii sentiunt contra, putantque id non esse absolutè generaliterque verum, quin opinantur hanc permutationem legitimè agitari posse, ac planè crebròque valere, etiam si permutans, id fanum deducit in permutationis negotium, quod minimè suum est, id est, in quo d, autoritate, vique nō clari sed incerti & ambigui tituli, pedè intulit: Quia quèadmodū ius prætesū, adferturque, quoduis ad fanū quit eiurari, in causaque legitimæ eiurationis adduci, ità ipsū quoque & idè ius, in permutationē venire posse æquū sit, quū non ità admodū iter se dissideat permutatio atque eiuratio, utpotè res, quæ sub vno abe resignatiōis genere cōprehendatur, licet suā quæque speciati causā, præscriptioneq;

d ea. si Beneficia de preb. in vi.

egemi. phi. franc. & cetera. in i. de re permuta. in vi.

rebus in nōnullis, tum & peculiarem rationem & formam contineat. Quocirca cum utrobique resignetur, nullam esse posse differentiam, quò ad tractandam permutationem inter ius prætesum, adfertumque in fano, & verum clarumque illius fani titulum vel dominium: tamque de vno per hunc commutationum contractum agi posse quam de altero, Vtrò verò inclinādū, colligi potest ex superioribus.

f ca. Moli. reg. de pub. relig. nu. cxlv.

Titul. 36. hanc item respiciēs sacrarū rerū enallagen.

- 1 POSITNÈ iure cōcinnari, valerèque permutatio, de beneficio, ecclesiasticoque fano, cū hospitali sacra domo.
- 2 An commutari per leges queat beneficium sacrum, cum ea sacra possessione, quam vulgò dicimus præstimonium. Est autem præstimonium genus quoddam functionis personalis, quo, qui fungitur, debet aliquam in ecclesia operam, eamque perpetuò, tumque, vel vi tituli, vel ex sola fiducia. †
- 3 Vtrum Monachi in diuerso conscripti cœnobio, iusque monachus, sua quisque in æde sacra, seorsum habentes, possint, alter cum altero, ius illud monachus permutare.
- 4 An admittenda sit plurium fanorum beneficiorumque, cum vno commutatio.

† Vide oledra. concil. lxxxi. col. i. et concil. cxi. tū & Rebus. in concord. tit. de pac. posse.

Cap. 36.

I Am primū quod attinet ad quæstionē primo loco propositam, itēque secundo loco, indubitati iuris est, permutationem de beneficio sacro, cum hospitali domo sacra, cumque ea possessione, quæ dicitur præstimonium, agi cōcinnarique posse, quodque ea in specie agitur, & permutationis nomine consignatur, planè firmari, modò tum fanū hospitale, tum præstimonii possessio, eius sit generis, ut hominibus sacri cleri tribuantur in beneficium, beneficiique titulum, vel perpetuam fiduciam sacratam. Nam si laicis dā-

tur (vt quandoque fit) prophanisque viris, ab his prorsus abscedet ius omne cum rebus sacris, fanisque & ecclesiastica æde permutandi: & id cum per seipsum sit clarum, extraque cōtrouersiam omnē, tum in parte est ratio, & vniciueque obuia, quia prophanum cum sacro minimè commutandum, neque res hæ commiscendæ, neque villo pacto, hac in specie, inter sese committendæ. Oritur nunc dubitatio quid censendum, quum prædicta duo, hoc est, hospitale fanum, & præstimonium, non quidem prophano tribuuntur homini, nam tum res decisa est: verum cuidam clerico quidem addicuntur, eique ipsi committuntur, vt viro bono, & qui rem eam probè atque cum animi rectitudine sit dispensaturus, perfuncturusque, neque tamen illi irrogatur quicquam horum in beneficium, sicuti in superiore thesi, at cuiusdam veluti depositi solū delegationisque nomine, quam delegationem temporariā & fiduciariam factam in hoc genere, bono viro, non improbat Viennense conciliū. ^h Quid ergo quum id tale accidit, statuendum? poteruntne res hæ, altera cum altera, aut ambæ, vnaue earum, cum re quapiam alia beneficiaria, sacraque in iustum permutationis venire negotium? Ambigunt quidem variantque doctores: sunt qui opinantur, venire posse, ⁱ ni hilque impedire quin hac in specie, id hospitale fanum idque præstimonium, commutari queat cum sacerdotio, vtpote quasi sacra res, vel certè non profana, cum sacra re: nam quod obiicitur, hospitale fanum, quoad titulum, non esse beneficium ecclesiasticum, id quidem hanc ad rem nihil est, quum cōstet, rei quodammodo ecclesiasticæ adici, nec prophanarum prorsus iure censerī, quippe quod nec vendi queat, nec in causam commercialem, citra simoniacam nūdinationē adduci. Addunt isti, pro hac causa, quod hisce fanis hospitalibus, & præstimoniis, accedunt spirituales sacre que causæ: aiunt enim sic reuocetur res ad causam primigeniam, sicuti in omni actione fieri debet, nonne quæ causa produxit ecclesiastica beneficia, eadem ipsa & domos hasce hospitales induxit, insti-

g. ca. quia cōtingit. §. vt autē. de religio. domi. loa. And. ca. i. de re permut. glo. ca. i. vtrū a beneficiis de re permut.

h. Dic. cle. quia continetur.

i. Fede. deci. xiiii. pe. de ancha. ca. i. de re permut. Moli. regu. de pub. cau. nu. cxlv.

tuitque, tum & ea ipsa huiusce generis præstimonia dedit, nepe religio, humanarū diuinarūque rerum amor, quid igitur attinet, quæ ab eodem fonte ducta sunt, & eadē ex causā incrementum acceperē, sintque re vera idem vnum, hoc est, in eūdē, vel similitē finē recidāt, & tēdāt, diuerso ipsa iure, diuersaque; appellatiōe cēseri? Nōne vtraque; dicātur, inaugurantur, sacrātur, cedūtque in vsū humanæ charitatis, ac pauperū, ac veluti res diuinæ, p̄cipua, eximiaque autoritate, in cōseruādo iure suo, supra rem prophanā vtuntur? hæc cū pro opinione suo dicant isti, aliquid fanē videntur dicere, & tamen multorum & mea quidē sentētia, quod attinet ad decisionē huius rei, nihil magnū dicunt: nam in diuersam partem impellunt potiora, ^k Quibus refragari nolo nec debeo, præsertim cū pateat causa vrgens, quæ hisce in rebus, permutationem fieri planē vetat, nepe defectus in altera parte tituli, qui titulus, est omniū harū permutationū ^l caput, & fundamentum, nam in hisce permutationibus titulus datur pro titulo, aut fiducia perpetua, p̄ eiusdē generis fiducia, cōmutatēsq; suū vltro citroque; alter alteri, suo quisque in beneficio tradūt, tum ius; tum sacerdotii quā canonicā habent causam, Idque vnū est imprimis necessariū, nec sine eo, quit fieri vlla huiusce generis permutatio, in qua id primū respicitur, vt de re sua, ad seque verè spectante, ipsa cōcinnetur, sicuti volunt iura, quæ cū ita sint, quā fieri poterit, vt qui potitur vero titulo, & canonica causa, in hunc cōtractū, cum eo descendat, qui nullo suffultus est titulo? in vnūque cōueniant, in re haud pari, tā dissimiles quoque; personę, cuiusmodi sunt isti duo, qui in hac adhibētur specie, scilicet præfectus hospitalis domus, & sacri fani titularius alter, verusque; ac perpetuus rei suæ possessor: Ille quidem, hoc est, hospitalis præfectus præstimoniorumque; temporarius accuratores, nullo innixus est iure tituli, dispēsator est solum, ministrusque; depositarius: hīc porrò, hoc est, possessor fani titularius omni iure titulario, omnique canonica causa, suo in beneficio est præfultus, & dare quidem potest quod habet, nempe:

lz Glo. Cle. i. verbo beneficia de re. permuta. l. i. §. pedis ff. de re. permuta. c. i. verbo sua beneficia de re. permuta. ca. cū venerabilis ext. de exceptio.

titulum plenumque ius: sed quia quod alter non habet, ab eo nequit item accipere, videlicet titulum iusque absolutum possidendi perpetuo, utendi que fruendi, & hæc conuentio ex earum sit genere, quæ mutuam paremque relationem habent, alioquin fieri prorsus consignari que nequeat: certe haud dubium esse potest, hisce de rebus imparibus, ut potest titularia vna iuris que possessionis perpetuæ, altera porro, neutrum horum habere, permutationem neque feri neque putari posse: ^m Nec huic causæ officit ratio, qua, dixerit illi alteri, hospitalem domum, rem haud esse prophanam, quæuis non tribuatur in titulum hac quidem in posita specie, minusque præstimonii accuratorem ergo prophanarum iure quoad permutationem, neutram censendam, immo potius ecclesiasticarum. nam id ipsum protinus refellitur, quia non statim sequitur, si res quepiam prophana non est, ea propter cum beneficio ecclesiastico posse ipsam semper permutari, sicuti in re simili, nec ius decimandi, nec ius ex funeratione, prouentum percipiendi, prophana quidem iura sunt, immo spiritualia, & quasi sacra, nam nec in causam empti, nec venditi possunt cadere, & tamē seorsum permutari ea, cum sacerdotii titulo res non patitur: ⁿ quia rei, quæ verè beneficium non censetur, ad rem verè beneficiariā, nulla est æqua relatio, nec cum huiusmodi consocianda permutatio, nempe imparis, cum non pari suo, nec hac in causa, quod verè non est beneficium, fingi potest vice beneficii.

Quod si proponatur exemplum, uti est primò factum in hac ipsa specie, quo in exemplo, clericus cum clerico, aut prophanus cum prophano, suā, alter cum altero, commutare velit hospitalem ædem, sibi utrique ut probo viro commissam, non videtur tunc quidem denegandum, quin eorum quodammodo recipienda sit causa, & petitio: & ratio est, In æquali uterque causa, in par & non ab simile, deuenire volunt: tunc quidem ipsi commercium, resque ambo in mediū adferunt, quæ similitudine sui, in hanc enallagen utique possunt committi. Discussio utroque hoc quæstionis capite, sequitur

in ca. ad dif.
soluendū de
desp. o. impu.
& dic. ca. i. de
re permuta.
in vi.

n immo. &
flor. ca. quæ-
sitū ex de re
permutat.

quitur suo ordine explicandum tertium, quo querebatur, an monachi diuersis in cœnobiis nomē suum professi, possint inter se, quæ suis à monasteriis obtinent monachatus iura, in id saltem, suorum abbatum auctoritate, permissione, & venia habita, commutare: siue ipsi, hisce in cœnobiis ea monachatus iura habeant, quibus in cœnobiis, certus præscriptusque & definitus sodalium monachorum est numerus, atque ita præfinitus, ut abeunte vno, è viuisque excedente, monachatus inducatur vacatio, sitque alter quidam illius in locum, ut potest vacuum, ex præscripto præfinito que sufficiens: seu porro cœnobia sint alius cuiuscumque generis ubi non præscripta sit alioquin ea numeri obseruatio, ea que disciplina. Et quidem in hac quæstione expedienda, non atinet huc adferre variam doctorum nostrorum cōcertationem, quin ea prætermittā, melius est, rem concludere, ex ratione magis probata, quæ tale nobis hac in thesi, enūtiatum profert, Monachos pro iure monachatus, & quidem cum suorum Antistitum venia, in nullam permutationis vltro citroque faciendæ pactioem regulariter conuenire posse, quippe quia, cum sese primum cœnobio addixere, idque ex voto, ut ibi solitaria vitæ mancipati, soli deo, soli religioni, soli sacro cultui, darent operam, nec curarent opes, nec alia rerum mortalium commoda: ^p æquum est ipsos, in ea voti sententia, ad extremum vsque permanere, nec ad vllam vnam lautio rem humanam fortunam aspirare, sed uti pauperes reiectis mundanarum diuitiarum cupiditatibus malis, huc venere, ^q ita pauperes quoque sine cupiditate maioris humani boni ibi patienter perseuerare: quid enim turpius, quam propter assequutionem caducæ rei, constantiam in re tam honesta & pia non retinere? quod si ut plerumque fit, religioso & simplici animo quidam horum à monasterio, cui se primū dedit, in aliud monasterium ob quādam quam malunt duriorē, ac seueriorē fortasse quotidianæ vitæ consuetudinem, aliamue causam piam, migrare volūt, migrent quidem: sed id faciāt, pura item religiosa & simpli-

o collec. ca.
cum olim iii.
quest. & ca.
exhibita xvii
quest. de re
permuta. egid.
de bell. mera
trac. permuta.
deci. xi.
P ca. licet, ex
de reg. ca. cū
ad nostram
& ca. offi. ex.
de elect.
q ca. quos de
sta. regula.

r ca. licet de regula.

ei via, nec ullū permutationis cōmerciū, nec spem etiā cōsequēdi vel occasionē arripiēdi, in alio monasterio opimioris boni, opulentiorisque beneficij, huic tam diuinę pięque rei admisceant, nec enim patitur æqui iustique ratio, vt hoc animo migrantes, adipiscēdi scilicet ex causa permutationis, alio in cœnobio beneficii, vllū ex causa permutationis alio in cœnobio adipisci valeāt beneficiū: ^s neq; tamē id ita ad viuū refecari vult eadē legū ratio, quin hęc in rebus excipiat Romanī semper pōtificis potestas, quę nulla in re, huiusmodi, in ordinē redigi potest, nam summū est, & legibus positivis solutū illius imperiū, Itaque eum quoque in hac specie, posse, in sacerdotiis diuersi generis, per cōmutationes monachorū, & cœnobiorū, & pristina viuenti normę, immutationē, aliamuē ob causam, migrationes recipere, atque admittere nihil vetat. ^t Reliquū est, vti huc nunc adducatur quarta quęstio posita in hacce thesi, quidque ea ferat, agatque, paucis explicetur, nec enim magnum est, nec valde dubiū, quod in ea quęritur, puta queantne plura beneficia, cū vno cōmutari, hoc enim quū per se patēs est, tam verò clara decisione annotatū, discussumque: qua decisione habetur, id quidē simpliciter in vniuersumque fieri posse, ^v nec causam adferri cur impediri debeat talis pluriū sacerdotiorū, cū vno cōmutatio, In quo est item summo perē aduertēdum, habēdūque p cōperto, qui homo, pro vno dato beneficio, alia beneficia huiusce conuentionis nomine accipit cōpluria, si quidē sibi aliquod ex acceptis, & quidē vnū modò, tāquā à nō suo datū domino postea tollatur, euincaturque, cū hominē, ex redhibitionis, vel regressus aut euictionis causa, ad suū pristinū beneficiū, quod pro his cōplurius tradiderit, ē quibus euictū vnū fuit, iure optimo redire posse, ^x nimirum vt ex euictionis natura, ius suū æquūque obtineat, nec enim finit iustitię decor, vt huic sacrarū rerū permutationi, aliquid doli quidquāuē fraudis, aut malicię iacturę admisceatur, quodque spōte, & bona fide est cōuētū, & cōfirmatū, nō plenē ratū fiat: nam si vsquā alibi, hęc

s ca. cū singula de preb. in. vi.

x Egi. de bel. la in ca. deci. xi.

v ca. cum venabilis ubi oēs docto. ex. de excep. prior. citu nota in ca. ii. de mu. per.

x ca. si beneficia de preb. in. vi. nota de ci. xliii. & melius deci. lxxiii. in no. vlt.

certē locus est formulę fiducię, Quę, iter bonos, bona fide sine fūco vllō omnia agier absolutēque perfici vult, Pręterea vt cū plurimū apponitur in huiusmodi cōuētiōe, clausulę, qua fit repromissio, autoritatis præstādę, in rem quidē cōcepta: Adiciēda quoque est ad id enūtiatū generale, quędam moderatio, sicuti fit in omnibus axiomatū generibus, nec enim tam generali simplici que modo, quā dictū fuit, est accipiēdū, beneficiū vnū, cū pluribus permutari posse, At id ita demum verū esse cēsendū, si quidē homo ille, qui pluribus potitus beneficiis, ipsa pro vno permutationis nomine vult tradere, ea obtinet, potiturque, iuris cōmunis suffultus præsidio, vt quia inter se cōnecti possunt, nō item si speciatim ex diplomate pontificio, à quo ea fit facta illi gratia, vt lege, ea in re soluta, beneficia illa pluria haud quaquā inter se sociabilia, quin incompatibilia planē, nec apta vni simul addici personę, possidere quiret: nam in hunc casum, nullus huic cōtractui locus esse posset, neq; vnū, cū pluribus eo obtētis modo, hoc est, per gratiā, aduersus vim legis cōmunis, pōtificiā, in permutationē cōmuni qdē ac regulari more & lege quiret vnquā deduci. ^y Idcirco q; autoritate, viq; talis gratię, pluribus potitur sacerdotiis, ipsa ea, cū altero homine, pro vno si cōmutat, qui alter homo talē nō habet gratiam, solū id efficit, vt cū in alterū, cū quo permutat, suā nequeat trāsfundere pōtificiā gratiā, ^z tūc certē ille alter, qui plura, quorū non est retinēdi capax (vtpote lege, pro hac re non solutus,) vnus loco, accipit beneficia, omniū sibi horū, quę hac ex permutatione temerē capit, vacationē, priuationēq; mero & plano iure inducat: atq; id quidē ipsū clarū est, & apertū. ^a At in eo existit quędam subdificilis dubitatio, vtrum scilicet hac in specie, ex parte illius, qui permutationem de vno tantū accepit beneficio, cuius quidem possidendi, si solūm caperetur, erat permutans vterque idoneus, Verum propterea quod alter is, cum quo commutauit, sese hoc permutationis interuentu, pluribus beneficiis, nulla ad id suffultus Pontificali venia, contra

y Panor. in ca. cū venerabilis ex. de excep. gemi. in dic. ca. i. de re. perm. in. vi. fede. in tract. permuta. deci. i. legi. de bell. me. deci. x. z ca. sane de priu. ca. peti. sti. vii. quęst. prima. a Cle. ca. si plures de preb. ca. non potest illo titulo in. vi. ca. ordinarij. s. in cōferēdis de offi. ordi. ext. execrabilis.

ius fasq; implicuit, vanā sibi effecit permutationē, atque vacationem obtrusit, eorū beneficiorum: vtrum igitur is ille alter, qui quod ad se attinet, iure quidē egit, quod egit nihilocius ob vitium sui cōdictoris, permutatorisque, iure eisdem sibi ex ea permutationis causa quæsito, cōcidat? Et quidem pro hac tota eximenda dubitatione, duo ponam axiomata, decerpta ex iure hoc nostro, quibus dirimetur omnis hæsitatio, Quorum vnum erit in hanc sententiam, vbi, quæ agitata factaque inter aliquos permutatio, ea postmodum conuellitur, fitque nulla, siquidem neuter permutatorum, & pacifcentiū, in culpa fuit, vti ea cōuelleretur, caderētque, Ibi certē, vtrique horum ad pristinam sacram suam adem redeundi tribuitur facultas, ^b quia cū neuter huiusce rei hoc est, permutationis cōuulsæ, irritæque factæ, culpam vllam sustineat, non item æquū est, alterutrum, ex nulla culpa, suo multari sacerdotio. Alterū est axioma, hoc positū sensu, quum ex permutatoribus alter, in eam culpā, hoc in negotio incidit, impingitq; quæ culpa, vacationē beneficiorū sibi obtrudat, tum proculdubiō, nihil dici potest, quin euersa ab illius parte permutatione, locus detur ordinario collatori, beneficia illa, quæ culpa istius, in causam vacui cedere, alteri, cui volet, cōferēdi, erogādiq; nam quorū iste culpæ se alligauit, iustū est itē, vt ex ea culpa sua, det meritas poenas, decidatq; hoc iure suo, ppter vitium peculiare quod sibi temerē adiecit, ^c Atq; hoc ex posteriori axioma, illustratur maximē supra posita q̄stio, omnifq; dirimitur cōtrouersia, ibi enī, alter solū permutator, culpā sustinet, vt q, ex permutationis iteruētū multitudie beneficiorū, nullo ad id subnixus extraordinario p̄ticipiē gratiē p̄sidio, sese sciēs implicat, ob eā causā, quia solus peccat solus etiā poenā luet: perdētque beneficia, q̄ sp̄ote, quū nō potuit, arripere voluit: & iura, illi homini, q̄ se alicui culpę sciēs, alicuiq; discrimini vltro allifit, neutiq; subueniūt. neq; tamē iterim est æquū, vt vitium suū, suaq; solius culpa cōtractū cū altero, q̄ nihil ex eo causā sustinet, cōmunicet, & p̄ hęc decisa nobis fit isthęc oīs q̄stio.

b ca. si benefici
cia de præb.
in. vi. loa.
and. ca. vno
de re. permu.
eodē libro.

c late anfr.
deci. capellæ
Tholo. deci.
eclx.

Titul. 37. in eandem ferè materie i rationem contextus.

- 1 **A**N litem intendenti, aut aliās, in iudicio disceptanti, pro sacerdotio, ex permutationis causa quæsito, factis sit, ad ius obtinēdū, proponere, atque differere, eum hominem, à quo ex permutatione id accepit sacerdotiū, fuisse, tū, cū ipsū tradidit, illius sacerdotii habitū, ex canonica causa, iureq; titulario, dominū: tū & eo ipso tēpore, in illius sacerdotii trāquilla claraq; possessione extitisse.
- 2 Quid postea in simili, parique specie, & positione, sit in adeptione impetrationeq; per obitū, aut eiurationis resignationisque causam, statuendum? sufficitne item, ad auferendam litem, deducere, monstrareque, eum, à quo, vel per mortem, vel per resignationem, obtinetur beneficiū, putatum visumque tum habuisse, quum obiit, aut eiuravit, titularium illius beneficii mancipium, & nihilo secius certam iustamque, nec vllō perturbatam interdico, possessionem tunc obtinuisse.

Cap. 37.

VTraque quæstio, vno eodemque contextu est, quæ sita, vno item eodem contextu dissoluenda, nec est mihi magnoperè in ea elaborandum, nam eius, vt mea fert opinio, clara est, atque plana decisio, tametsi eā doctores nostri, more suo variè exagitent: sed prætermissa, quæ huc adfertur, omni disputatione collocutioneq; vtramque speciem hac cōclusionē, sic extrico, Ei omni, qui pro permutato beneficio, in iudicio contendit, nulla nominatim imponitur lex, necessitasque demonstrandi vel probandi, eum hominem, à quo homine, ex permutatione id accepit beneficium, vero certoque, eo in beneficio, tum cum illud tradidit, suffultū fuisse titulo: At modò probet, cū ipsum hominē, cum dedit pro permutatione beneficiū, habitū putatūq; vulgò fuisse illius beneficii, & legitimū dominū, & in illius beneficii trāquilla possessione, tū extitisse: id quidē ipsū, ei abūdē est, nihilque præter eā aliud, pro iure suo, hac ex causa obtinēdo, ipsi est, quod ad hęc rem attinet, in iudicio deducēdum: sicuti &

yy. iij.

frequētiore doctorū calculo, tū est decisum, & Rota quidem multis in id factis præiudiciis, latifque in celebri confeflu, ea pro re, multis sentētiis cōprobauit: quod ipsum in omnia adeptione impetrationeque, aut ex mortis causa, aut ob eiurationē, vel aliter concinnata, obseruari, eodēque planē modo statui debere, tum alius iudiciorū, tū frequēs etiam iurifcōsultorū assēsus, declarauit: nobis que omni ex parte id planū fecit, f ita vt nemini posthac homini, hac de vtraque decisā re, sit vllo pacto dubitandū: Quare relinquitur vt multis iste verbis contextus titulus, duo continens capita, omni subblata disceptatione, ex hac posita collectiōe, auctoritatūque conscriptione excussus certò diffinitusque pateat.

Titul. 38. huc itidem spectans.

1. Quandò, quouè modo, in vniuersum valeat, vel quādò quouè modo non valeat, hęc ista permutationum tractatio.
2. An qui iurat, datuè in publicis tabulis fidem, se beneficium permutaturum, possit ex ea data fide, ex eoque dato iureiurando, ad permutandum adigi.

Cap. 38.

IN priore quæstione, vt multa quæ huc possent adduci, prætereamus, breuique axiomate rem colligamus, ex instituti nostri ratione, id pro indubitato proque vniuerso sumitur Eum, qui cum alio, de permutādo vtrò citròque beneficio conuenit, si paciscatur mutuò, curatum bona fide iri, quò hac mutua permutationis conuēctio, ab hisce recipiatur, admittaturque, quorum est, hac permutationes, & recipere, & admittere, & iure autoritateq; firmare, haud dubiè hac in specie ita egisse, vt existimare debeat, certoq; scire, permutationem consistere, valereque è contrario, si id vnuni simpliciter promittitur, nempè permutatum iri, in idque solum cōuenitur, ex quo, promissio ab obligatione exoritur, auspica-
turque rem, certè in ea specie certus item esse queat permutationem haud firmè consistere, nullāque hinc pro obseruādo hoc cōpacto obligationē cōtrahi. ^h Et hęc quò ad primū

differtationis caput. Ad secundū, quo ponebatur vtramque partē in permutationis pactiōnem legitimè cōuenisse, fidem vtramque datam, datū vtrūque esse iusiurādum, agitata ex ordinatione iuris omnia, An hunc in casum, possit pars alterutra, vel vtraque, si fides data obstrictaque iureiurādo non præstatur, ad eā præstandā fidem, iusiurandumque seruandū cōpelli: & quidem hac item in quæstione, citrà longam concertationem breui dicitur, habetorque, Ad seruandā iurifurandi fidem, pacifcentes hosce planē cogi posse, cogi quidē per superiorem potestatem, superioremque Antistitem, Si quidem is superior Antistites ad id ire vult descendereque nēpè vt stetur conuentis, iureiurando firmatis, ab hisce, qui iurarūt, quique fidem post mutare volunt, omninò ex officio vt par est, prouidere, atque præcipere, id ne faciant, hoc est fidem iuramento obstrictam ne fallant. Causa porrò præcipua ratioque axiomatis huius, ex obseruatione iurifurandi ducitur, & hac profectò, tenenda vbique, nec vnquam fallenda, iurifurandi solenniter concepti obseruatio facit; vt si ex compacto, paciscens de permutando, eiuratoriū eo nomine, in tabella procuratoria mandatum dederit, hacque tabellā iureiurando firmarit, addito cū sacramenti verbis, se eā nō reuocaturū, haud queat, etiā re itēgra, ab ea resiliere, neque vllā postea obtrudere reuocatoriā tabulam: quod si aliquā obtrudit, ea planē irrita est, nihilque potest priori mandato officere: ^k Id nimirū vult sacramēti sanctitas, atque religio, cui planē est standū, nā quicquid cōtrā agitatur, id sanè nullū est: atque itā, hac in specie, parique causa, Rota aliquādo etiā iudicauit. ^l Quod si pponatur exēplū, quo in exēplo, ex his, qui cōuenerūt in permutationē, alter eo nomie beneficiū bona fide, pactiq; obseruatiōe apud superius ordinariū tribunal resignauit, & alter mala in fide, immemorq; vel mutator promissi, noluit eiurare, aut forsan morte occupatus, præreptusque id facere non potuit, in hunc certè casum, qui eiurauit fidemque præstitit, pristino suo,

f deci. capel. tholo. & i Bi anfre. deci. cccclvii moli regu. de veri. noti. nu. 86.

li ca. cum vni uerforū ext dere. perm u ta.

lz ca. dilecto de preb. arc. c. i. de rescrip. in. vi. l rota. deci. ciiii. in aut. in cipi. nota. quod vbia liquis.

quod dimiserat restituendus est beneficio, nec villo, ea ex re, premendus incómodo, vel damno: adeò legibus sacris propositú fuit, adeò porrò iusticiæ æquitatiq; fuit amicú, hác vnam promissorú iurisiurádi fideique religioné, inuolabiler, firméque ratam esse: cauereque, nè illius obtétu, atque specie, alteri, emoluméti quidem quid accidat. Alteri verò in eadem causa, ex illius pacti fiducia, detrimétum vllú infligatur, cum alioqui non patiatur naturalis ratio, vt cum alterius damno, quiuis vllus, quicquam vllum lucrifaciat.

Titul. 39. Eodem accedens.

AN QUI OB PERMUTATIONEM eiurauit, euersa postea prostrataque permutatione, resignato suo, ex rhdibitoria, vel regressus causa, citra nouam collationem, queat restitui sacerdotio? Cap. 39.

PRO hac thesi, quæ satis magnam olim habuit velitationem, ponendum est imprimis hoc axioma necessarium, quo est dictum, hunc permutationis contractum, qui reciprocam mutuamque habet præstationem, non posse regulari iure dissolui, euertique, quin vtrique dissoluatur, atque euertatur, nisi culpa obexque permutatorú, aliud inducat: Hoc posito, iactoque fundamento, ponatur thesis huiusce species, hunc in modum. Quæ agitata inter quosdam fuerat permutationis ratio, post eiurationem subuersa est. Porro ex permutatibus alter, nullam huiusce subuersionis culpam sustinuit, poterit nè is igitur, cum culpa vacet, in suum eiuratum, permutationis nomine sacerdotium, absque villo nouæ collationis præsidio, pedem referre: & quidem à parte negatiua, nempe cum minimè posse, quin de integro noua collatione indigere, hæc faciunt. In omni hac permutaticum absoluenda pactione necesse esse, vt mutua videlicet adsit eiuratio, mutuaque apud tribunal ordinariú vel aliud legitimum beneficiorum resignatoria dimissio, sicuti supra est pluribus verbis ostensum. Porro cù sic dimittitur beneficium, hoc est, per resignatoriam causam, planú esse tú ipsum

prorsus

prorsus vacare: nam qui resignat, per resignationem planè se abdicat titulú, quod quí ita fit, isque permutationis eiurator, sese per hanc eiurationé, ex hac permutationis causa factam, omni exuerit titulo, benè concludi, siquidem is ad id quod semel eiurauit, eo quod euersa sit permutationis conuentio, satagit redire, necesse itidem habere, sibi nouum ad id ipsum, accersere titulum, nam à priore, quo fulciebatur, planè abiit & sine vlla tituli institutione, fulcimentoque, in ædem sacram, pedem inferri iura non patiuntur. Accedit huc, quod ab hac parte Rota stetit, multis suis iudiciis, dixit que clarè, hac in negotii specie, recenti collatione opus esse nec citra illam, in eiuratum beneficiú esse redeundum, id ení esset, res sacras confundere, & diuinorum œconomiam iustitiam que distributiú planè tollere: si absque titulo, daretur passim ad ea accessio, vel reditio, & sua sibi quisque autoritate, in ipsa irrumpendum censeret: accedit huc quoque, quod in hanc sentétiam inclinauit doctorum magna pars. At verò in diuersam, atque adeò affirmatiuam partem rapiunt, hæc quoque nimium bonæ rationes, ab aliis etiam doctoribus, hanc in causam allatæ, quæ planè volunt, nullá hac in specie asciscendam esse recentem collationem, at futura veteris in beneficium remeandum, & quia hoc suadet æquitas, caussæque bonitas, hoc vult fides, hoc etiam requirit innocentia. Nam iste, qui in hac est ratione, nullá culpam in se admisit ob quam, ab agitata, absolutaque permutationis causa, sit recessum, & quia etiá id ipsum quodámodo generaliter ánuit diciturque clara iuris diffinitio, qua habetur vbi permutati beneficii vlla accidit euictio, ob quam, non omni ex parte, conuenta absoluatur, vt quia (verbi causa) apud alterutrum permutatorem, non permanet acceptum beneficium, nam ab alio euincitur, ibi quoque, ex præsumpta iuris equaque fictione, censeret beneficium, quod pro euicto alter resignauerat, resignatum ab eo dimissum que nūquam fuisse, in eaque causa existere, quod attinet ad titulum, in qua fuit, antè factam ex permutatione eiurationé, ex quo sequi, præciseque

o toto tit. de renun. late a nobis dictum supra in tit. de bene eiu ra.

p ca. i. de reg iur. toto tit. de instit.

q rota deci. xxiii. & deci lxxiii. in nouis

r panor & fe li. in ca cum venerabilis ext de except barba.

ca cum vni uerforum ioa de selua que xxiiii. in iii. parte au deci ad cape. deci cclx. rebu. in tra. de paci. poss.

f ioa. and. in ca. licet de re permu. in vi. ioa. de immo in ca. i. de re permuta fede trac. permuta quest. viii. t ca. si benefi cia de preb. in vi.

m. sicu. ca. cū vniuersi. de re permut. anfre. dic. addi. ad capel. deci. cclx.

a. l. f. & ibi bar. de accep. l. cum empro de rescin. v. c. ca. rú vniuersi. de re permut.

cōcludi, huic permutatori, à quo euictum est acceptumque ex permutatione beneficium, citrà aduocationē obuentio- nemque noui tituli, ad suum pristinū, reditiōe legitime cō- cedi: Atqui posita superiùs exempli species in hunc cāsum ferè conuenit. Accedit huc quod omnis hęc permutatio, eiu ratio, dimissioque tituli, in tacitam conditionem fit, nempè istam, modò conuenta omni ex parte absoluantur, nihilque desit, quod in pactionem sit coniectū, Inestque semper huic eiurationi latitans hęc, nulloque pacto dirimenda conuen- tio, * quæ conuētio fundamētū est, arx que totius negotii, nec sinè illa, ad eiurationē fuisset vnquā deuentū. Cum igitur cō- ditionalis modificataq; sit hęc eiuratio, certè iure aliarū cau- sarū cōditionalium & modificatarum cēseri prorsus debet, quarum absolutio atq; īfirmatio ab euētū pēdet, quī & ipsa modi & cōditiōis ratio, sese liquidò demonstrat, in verbis, qui bus ista concipitur eiuratio, nā ita habēt eiurationis verba, Hęc utique meā sacrā ædē resigno dimittoque ex permuta- tionis duntaxat nomine, in huncque cōditionis euētum, uti facta est eiuratio, itā quoque in eundē ipsum cōditionis euē- tum ab ipso Antistite recipitur, admittiturque, nō aliās qui- dē nec alio pacto, vnde clarè cōstat cōditionē, ex permutato- rum voluntate esse appositā, qua nō eueniēte, vel firma non existente, nec eiurationē quidē consistere. Accedit ampliùs quod isthęc recēs collatio, nihil aliud adferret, quàm circuitio- nē quādā, ac diuerticulum, illò quò poscit ius, perueniendi, Quę nimirum circuitio, anfractusque, & superuacanea prolatatio, in omni re vitanda est, ad quam recta compen- dio saque via deueniri potest. Accedit postremò, quod per istam fētētā tollitur ipēdiorum sumptusq; faciendi occasio, nā in nouā collationē ipēdēda esset pecunia, quę melius sanè equi- usque erogabitur, in pauperes, ac alia pietatis charitatisque officia: præterea nulli hīc fit iniuria, & suum vniciq; ius cō- seruatur. Hęc sūt quę vtrāq; in partē, pro tractatiōe huiuscē- thesis, disputātur: magnos certè vtrāq; causa authores habet magnosq; duces, ego tamē huic posteriori palmā do, nā vt, id faciā, me monet æqtas, & cōuētorū fides, ac pro ea, senatuscō-

v latissime ca-
ro. moli. regu
de pub. refig
nu. 141. 144.
145. 145.
x cle. i. de, per
muta.

sultū etiā in Burdegalensi senatu aliquando extitisse, author est Nicolaus, a Boerius, nā quod obiiciūt isti alteri, pro firmanda sua opinione, & hac obterēda, beneficium, de quo hoc in the- mātē agitur, per resignationē planè vacasse, cū pmutator ex pmutatoria eiuratiōe, illud apud antistitē deposuit, id propterea abcepsisse ab eo pmutatore, omnē prorsus titulū, atq; fūditū extinctū haberi, idē alio opus esse, pro redeūdo in beneficium titulo, cū sinè eo, nequeat haberi beneficium, Id ipsū quidē ni- hil est, nā refellitur facilè, partim ex supraposita iuris fictiōe, qua est dictū, hūc in casū, scilicet quatefactæ sic permutatio- nis, beneficium pro nō resignato cēseri, idē nō abiisse à prio- ri domino titulum, partim cōfutatur etiā ex optima Ioānis Monachi, b ad hanc iuris fictionem, adiectione, rationeque, qua ille diserētē ait, hac in specie, nō videri vacationem con- tigisse, at intercessisse solūm cōmutationē quādā, illius, qui ministerio, eo in fano eiurato, præsidebat: quæ ministri com- mutatio, facilè, quum causa subest, redit, vnde pdiit. Et qui- dē adde, eā permutationē, vt supra diximus, tacitā conditio- nē habuisse, & ea modificatiōe cōclusā, qua stāte, stat quidē, cadente porrò, ptinus itē vt cōcidat, quā equū tā necesse est. Titul. 40. q. ad isthęc supra posita quēdā est veluti appēdix.

a bec. deci.
lxxxvii.

q. ioa. mona.
in ca. i. de re
permuta. in
vi.

QUI HOMO ASCITITIVS PRO

aliis quibusdam hominibus, qui in permutationē conue- nere, resignat, ceditque vel horum alteri, vel cuidam alii in id etiam ascito, per vulgatā illā cōpacti clausulā, in cōuentione poni solitā sequētē in modū: (vel personæ per alterum ex permutantibus nomināda) & cetera: an ho- mo ille ascititius, qui sic pro permutantibus resignat, per sonam permutantium in his quæ sunt iuris, sustineat, suc- cedatque, aut quod attinet ad euictionem, aut quod ad alia, in omnē istorū pmutantium rationē. Quid itē dicēdū, de altero illo ascito cui pro permutantibus resignatur. Cap. 40

E Nimuerò, vt id thema melius percipiatur, sic fingatur species, En tibi duo quidam pacti sunt, de permutādo, in

idque sunt confectæ publicæ tabulæ, quibus in tabulis, posita est communi vtriusque horum consensu, vulgaris illa clausula, quæ sic habet, (vel personæ per alterum ex permutantibus nominandæ, iuxta conuenta, & cæte.) En ergo tibi asciscitur quidam alter, ab alterutro horum duorum, qui alter, vt conuentis satis fiat, suum alteri permutatori, aut homini per eum, eam in rem appellato, beneficium dimittit eiuraturque: nunc quæstionis est, eiuratorne ille, vel etiam is, cui est eiuratum, (qui duo, hac in thesi videntur solùm esse asciscitii, amboque vel saltem horum alter, vtpotè eiurator, suum nomen modò, remque & operam huic conuentioni, pro prioribus accommodauisse.) An ergo eiurator ille asciscitius, qui rogatu alterius permutatoris, hinc interuenit, omni iure, omnique lege, & ratione, permutantium, veluti permutatores ipsi teneatur: itemque, an idem de altero illo asciscitio, cui est eiuratum, sit statuendum, ita vt ambo non secus ac permutatores sint potissimùm in hoc obnoxii, vt si beneficium, quod horum alter eiurauit, alteri, vel præcipuo permutatori, euincatur, dicenda sit ipsis videlicet asciscitiis, tum & ipsis præcipuis permutatoribus, ex æquo scilicet euictionis lex, ex eaque lege, ius mutuò accipiendum. Et certè pro hac huiusce exempli quæstione, resoluenda, multa dici possent, multa quidè adferri, sed nihil potius, nihilque melius, quàm hoc vnum, videlicet, conuentionem talem, esse planè iure cõmuni reiectaneã, nec posse, quoad saltè euictione permutacionis, vñ accipere, tũ quia cõtra ipsam permutacionis, quæ de re tãtũ sua fieri amat, ° naturã, essetiãq; est agitata, tũ quia promissũ est in ea alienũ itẽ factũ, quæ promissio inepta futulisque in iure habetur, ut quæ in euẽtũ reiiciatur, qui fieri potest aut vanus, aut etiã impossibilis: quid enim, si persona illa, nominãda asciscẽdaque, nolit ex ea causa recipere beneficium, cogeturne? quid si itẽ altera accersenda, recuset sui fanidimissionẽ, nũ etiã cõpelleretur? quare taliũ factorũ vtpote alienorũ, cũ certò præstari nequeat, pmissio, nõ potuisse cõsequẽter vllã probã ex ea pmutacionẽ cõsignari. Accedit huc

c. ca. licet de re. permu. in vi. l. i. §. pedi. ff. eodem.

postremò quod tale negotium, taleque pactũ videatur redolere quodammodo symoniam, quis enim non suspicabitur personas hæc, quæ ob alienum factũ sese hinc implicat, emptitias prorsus fuisse, nam quis vnquam suum gratuito cedit alteri sacerdotium? vel aliena re, sine tacita fiducia, aut quæstus spe alicuius? quis vnquam sese onerat, aut à quonã ferè vnquam, gratis, his in rebus, accipit bonum? Et hæc fanè omnia vel etiam horum omnium suspitio, ab hac sacra negotiatione, procul abesse debent, qua in sacra & sincera negotiatione, id modò agendum, vt res sacra sua, pro sua re sacra, ab altero mutuò detur alteri, idq; fiat inter hos duos, qui primò in id conuenere, ac si asciscuntur alii, pro pactiõne permutacionis absoluenda, quod ad eos quidem qui sic asciscuntur attinet, tum ea nõ est permutatio, at in aliam abit cõtractus speciem; Certum est enim, in simili exemplo, quod si ego ex permutacione resigno meum fanum, vtitu illud habeas, & pro eo, per eandem permutacione, des tuum meo nepoti, iam non contrahi permutacionem, agitari quidem pactiõnem quandam, quæ pre se ferat imaginem speciemque cuiusuis potius contractus alius, quàm hinc in sacris rebus receptæ cõmutacionis: ° Proinde est & receptum, cum ita inter nos agimus, vt ego meum, cum tuo commutã beneficium, quia meum, quod attinet ad fructuũ emolumentũ, plus valet tuo, pro supplemento æqui emolumenti, accipiã per te, tuamque operam, ab alio quopiã, vel facellum vel ædiculam sacram, ab eo ipso, vel mihi resignandam, vel homini, quem delegero, nuncupaueroque sicuti fert nõstra conuentio, cum bona quidem pontificis summi gratia atq; venia dimittendam: talem vtique conuentionem, quod attinet ad ædiculam illam, huic contractui infirmitiam, atque adiectionem, permutacionis vim non obtinere, ° Causa est supra dicta ratio, nempe, quod huiusce permutacionis absolutio, pro parte alterius permutatoris vel etiam vtriusque, ac absolutum complementum, de re fiat aliena, & non de sua, vti fieri debuit: ædicula enim illa, quæ ad alterum permutatorẽ

d. ioa. and. ea. i. de re perm. in vi. fed. de se trac. perm. quest. lxxvii. in fine.

e. ca. mo. reg. de publi. refi. nu. cxxvi.

non spectabat, adiecta est pro supplemento pretii, ut res aliena, huic quidem contractui, superque hæc, promittitur aliena voluntas, id quod sit omne, contra naturam, contraque primigeniam essentiam huiusce sacrorum, uti dictum est, permutationis, quare in permutationem venire non potuit, cum nec alioqui generaliter factum alienum, vlla in pactione civili, sicuti item dixi, promitti queat. Et præterea hæc adiungitur quedam propemodum symoniaca nundinatio, ^f propter rationes, quas supra posui. Quamobrem nihil mirum, si cum hæc, que posui vitia, in hac intercesserint conventionis specie, responsum sit, eam pro permutatione legitima haberi non posse, & consequenter nostram quoque, hac in posita thesi, que huic isti omni ex parte est consimilis, nullam itidem, quoad suum euictionis effectum, existimari debere: nam quod ea quidem, à bona pontificis gratia, si ea, disertè utrobique, in pactione apposita fuit, sustinetur, vimque capit, talè sanè vim, hac in re accipere debemus, ut ædiculæ, hac ex causa data, valeat ob pontificiam, que in contractu intercessit, veniam ipsa simplex datio, iusque retinendi eam, ipsi ex improposito à iure compacto accipienti, propter autoritatem eiusdem summi pontificis adferat, sicuti est scriptum, non item, ut in casum, quo euincatur, id ea de causa tributum sacerdotium, euictionis legem, ipsa pontificis gratia, eo quo dictum est modo apposita iducat, ^g Satis est enim, uti simpliciter permittat, faciatque, sacellum, quod ex mala causa alioqui datum est, benedatum cæseri, non etiam alia permutationis comoda, iuraque, que sunt veluti quedam cõfectaria atque permutationis appendices, huc, vbi permutatio vera non fuit, adferat: præsertim etiam, quum generaliter habeatur, dispensationem omnem pontificiam, & gratiam derogatoriã legis esse valde stricto iure censendam, nec temerè vnquam protèdendam: Quare iterum sentio concludendum, sacerdotium ab illo tertio, utrobique eiuratum, ob extraordinariam magni pontificis suffragationem, suam quidem eiurationis vim consequi, at euictum postea, nullam euictionis aduersus vllum legem, vtraque in propo-

f Moli. dic. regu. de publi.

g Mo. dic. regu. de publi. nu. exxvii.

fita specie, indicere, nisi tamen adiecta esset, cum bona item pontificis venia, specialis clausula, qua, in casum euincendæ ædiculæ, euincendique sacerdotii, hoc modo dati, de euictione nominatim caueretur, de que dissoluendo, hunc in euictionis specialem euentum, contractu, nam tum, propter disertam specialemque cautionem, quã nominatim Romanus pontifex sua in gratia approbavit, specialiter quoque pacisceti cautum cæseretur, illique adferret hæc specialis clausula, quod adferre non potuit ea, que quidem est in omni talium rerum permutatione, tacita alioqui, & subaudita, generalis cautionis oratio, qua dictum simpliciter, latetique istarum pactionum vi, semper fuisse cæsetur, nepe si quicquam conventionum, atque inter depaciscetes consignatorum, desit, vniuersum utique; permutationis compactum euersum iri, atque in pristina sua, utrumque; permutatè, sine noua collatione reuersurum, nimirum tacita ea generali; clausula cancellos suos generales atque fines principales contractus haudquaquam egrediète, Qui fines hi fuerunt, uti scilicet, que ego tibi ipsi tuque ipsi mihi, vltro citroque; damus ambo, non litigiosa sint, neque dubia beneficia, sed suo queque; possessori sint in tranquillo. Quod si alterutrum horum euincatur, dicatur certè, ex hisce generalis clausulæ cancellis euictionis lex, ^h sed si alia ^h ca. cū vn- accidant, que hæc duas permutantium personas, hæcque ^{uerforam de} mutuo data sacerdotia egrediatur, in hanc tacitam generalemque clausulam ipsa non veniant: quo in genere sunt, vel sacerdotium, vel ædicula quæuis alia sacra que à tertio illo adpositio hominè adsciscuntur, vel in tertium illum, alterum adiectitium hominè, conferuntur, de quibus, si in casum euictionis, voluntas erat uti caueretur, hac certè de re, euictionis, lex nominatim in conventionis, idque; appellata, obtentaque pontificis Romani venia, dici debuit, adiicique; expressa disertaque; oratione. Quod si quis in contrarium adferat, meque hæc roget, ecquid ergo facit illud iuris præscriptum, quo dicitur, à principali, appendices omnino dependere, si planè non facit, diciturque hæc infirmata principali permutationis conventionem, vel à parte mea, vel à parte illius, quem iuxta compactum, no-

h ca. cū vn- uerforam de re permuta.

ea. accessio
m de re pe.
m u. in. vi.

mino, ceteras quoque illius partes, veluti appēdices, accessio-
nesq; quæ à suo pēdēt capite, infirmari debere: ¹ equidē
id obiectū omninō refellā, quum dicā, eam iuris regulā, vi-
delicet à principali partes pēdere, nō sic accipiēdā, vt euerſa
parte, accessioneque, vel appēdice, totū quoq; destruatur, id
enim neque patitur, natura, neque equitas: at ē diuerso eam
regulā sic bene intelligēdā, diruto scilicet, prostratoque, vel

lz L. cū prin-
cipalis vbi la-
te deci. de re
iur. l. si pa-
tronus. § pa-
tronū si quis
in fruct. pat.

toto vel principali, partes etiam mēbraque, quæ naturā, to-
tius vel principalis sequuntur, decuti, atque planē iacere, ²
Atqui nostra species, de ædícula aut sacerdotio, tertium il-
lum ascititium respiciente, in parte quidē conuentionis est,
(sicuti superius latē est discussum) non item ad totum, aut
principale spectat, quare ea etiam parte diruta, appēdicēque
deturbata, quæ principale suum nequit infirmare, neque cō-
firmare, non mirādum, si nihil secius principale illud sub-
stat, neque propterea conuellatur, atque huic rei, prudenter
subscribere doctēque Parisienses Iurisconsulti. ¹

I Caro. mo.
dic. leg. de
publi. nu.
c. xv. c. xvi.
clxvii.

Titul. 41. non alienus item à superiore tractatione.

Vtrum curio non sacerdos, at in ea existens causa, vt
decurſo propemodum anno, quo debebat ob sacerdo-
tium, sacris addici, nequeat intra eos dies, qui supersunt
legitimè profiteri, eosque sacros ordines adipisci, quos
requirit hanc ad rem Lugdunensis concilij rogatio, ea-
que de causa, prope sit à necessaria fani sui vacatione,
possit tum, interim & legitimè permutare, & permu-
tando eiurandoque, vacationem impendentem vel in-
terturbare, vel prouisionem super ea præpedire colla-
toris ordinarij.

Cap. 41.

HAEC quæstio quæ multos habuit, habet adhuc, & habi-
tura est vitiligatores, dubitationis haud quaquam ex-
pers,

pers est, quin habet certē vel maximam: nam ex vna parte
stat prima quidem inspectione, ipsa fanē iuris legisque com-
munis & positæ ratio, quæ commutationem ex eaque eiur-
rationem hunc in casum abnuere nequitam videtur. Por-
rò iuris ratio hīc sese aperit, hunc in modum, certum est,
per non suscepta intra annum sacra, vti leges sacræ præscri-
psere, curionatum in causam vacui planē decidere, & eam
item causam vacui nunquam adesse liquet, nisi prius to-
tus annus hanc ad rem præstitutus, excurrerit, ^m vel sit <sup>m ca. cōmif-
sa de e. ect. in
vi.</sup>
etiam omninō elapsus. At hīc proponitur species, qua in
specie, non abiit quidem prorūsus annus, licet propē sit, vt
abierit: ergo eo nondum in totum excursio, faciscit planē
hinc vacatio, etiam si tantulum mōdō spatium super sit, vt
clarum sit, curionem intra legitimū tēpus haudquaquam
profiteri posse, sacrisque eo in anno addici, ⁿ Si igitur hīc <sup>n l. in illa. ff.
de verb. obli-
ga. dic. ca. cō
missa.</sup>
nondum adest vacatio, ius omne suum curioni integrum
manet, nec propterea quod creditur iam iam vacaturum
fanum, eò sequiorem, minorēque, ad potiendum, vtendū,
fruentum, statuendū, ac vti verus possessor perfungendum
rationē habet. ^o Quod quum ita sit, quid porrò illius per-
mutationem, eiurationēque, impedire potest? nonne in
re non absimili, quum cessit dies, necdum tamen venit, exi-
gi nequit solutio, iuxta Iurisconsulti interpretationem, ^p
quia licet inceperit deberi pecunia, ob tempus iam cessum,
illius tamen propterea quod necdum venit dies, immatura
est tū exactio oīs, tum oīs iudicialis persequutio sic, tametsi
cesserit hīc tēpus sacri, magni adipiscendi, quia tamē nondū
lapſa est, extinctaque dies, legitimè profitendi, sacrumque
magnum suscipiēdi, non potest fanē adhuc peti nec infligi
professione omiſſæ, sacrique non suscepti, vel exactio, vel
legitima quidem multatio: qua ergo multatione (quæ nihil
aliud est, quàm fani vacatio) nōdum iuducta, relinquitur pōl
vt integrū sit etiā tum possessori isti vero, ad ea omnia planē
descendere eaque omnia liberè factitare, ad quæ descēdūt,
factitantque veri & legitimi talium sacrarū ædium domini.

&

o l. & post. §.
res fami. her.
L. si seruus de
cōd. furt. L.
si quis seruus
de noxa.
p L. cedere
diē. ff. de ver-
bo. signi. l. si
dies vers. ar
si. ff. quando
dies. lega.
ced.

q Rota deci.
clxxxvii.

Atque pro hac parte, tulit aliquando Rota sententiam: igitur ex eo Rotæ iudicio, ex hacque ratione iuris, clericus curiali fano præpositus, qui diem ex die ducendo quo sacra profiteri debeat, dum videt extremum sibi adesse decursum temporis, ob non recepta sacra, vacationem tum iure antè capiet, eamque præuertendo decutiet, ac satagens tunc tandem rerum suarum si videtur, permutabit, eiurabitque, atque vtrumque ipsi integrum erit, & liberum: quid nîlîlius nimirum fani vero possessori iustoque adhuc domino, nulla dum in id, vel irrepta vacatione, vel vacationis legitima illata causa, sicuti est suprâ visum. Igitur ex eodem iudicio, ex eademque iuris notione, qui item clericus fanum habens parœciale, professionem sacrorum in decimum quæque mensem extrahet, tuncque, vel etiam aliquanto post, ante tamen excursus annum, fanum illud per permutationem dimittet, acceptoque ex ea permutatione alio eiusdem quidem generis fano, totidem eo menses potietur, rursusque, ut vacatione effugiat, p isto secundo, dum appetit vrgétque instans sacrorum tempus, accerset aliud, à seque onus pro eo fano suscipiendi sacri, in suum transferet permutatorem, sicque in infinitum vsque tempus procedendo, malignaque, tante tantum non præscripta concilii eludendo, hac utique vtès per permutationis causam, tergiuersatione, circuitioneque, ius in fano suum, vtilitatemque factam tectam sibi semper conferuabit, Idque legitime quidem, quidni? per suprâ positam nimirum iuris rationem, citatūque Rotæ iudicium, contra quod nullum expressum facit edictum, nulla clara lex, nulla nominatim consignata rogatio. Et tamen pro contraria parte loqui videtur eiusdem iuris æquitas, diligensque & accurata ecclesiarum fanorumque prospectio, tum fraudis euitatio, tum plebis animorum sedula, solersque cura, quæ vnicuique Antistiti, & vnicuique ius dicenti, versari debent ob oculos, ac potissimum turpitudinis foeda causa, turpe quippe est leges & concilia eludi: nam primum dicent, qui ab hac volent stari parte, nonne æquitas eò inclinatur

r Oldrald.
conci. ccii.

ut ad quam rem vocatur ministri ecclesiastici, nempe ad sacra obeunda, eam omni ratione, primo quoque tempore cogatur capeffere: Porro hisce, ea pro re, datus fuit solus annus, cur nam igitur ipsis tribuenda anfa, vel occasio vlla, vel obtentus vllus, per hanc obliquam viam, prolatadi sui muneris, sui que officii, in aliud tempus differendi, nonne id contra bonos mores est? nonne contrarium suadet æquum, bonum? præterea nonne eo modo deseritur fanorum parœcialium cura? contra primam causam, ob quam, ea fuere instituta, videlicet ut qui ad ea vocaretur, suam illico in re sacra daret operam, sed quo pacto, poterit is id facere, qui veluti profanus homo, & laicus, quia sacris non est addictus, sacra non audet atrectare, at id faciet per vicarium, ut moris est: istud quidem ipsum quia iam pridem vsurpatur, est aliquo pacto tolerandum, sed tamen in melius, aperienda interim, est semper via, & ad ea, quæ sunt deteriora, præcludendus, quoad fieri poterit, omnis aditus. Tu quidem, (curio) colligis emolumentum, & munia, quantum potes, detrectas: idque facis, in speciem permisi iuris? istud quidem est deglubere, furemque agere, aut prædatorem in peculio domini: Demum quis eo ab exemplo, quod est supra positum, de tergiuersatore illo, qui per permutationum circuitionem, sacra, ordinemque, tot annos tutus effugit, fraudem non videt? cui fraudi, hoc ex prætextu, coloreque, locus datur in ecclesia. At id quidem ut fiat, fraudique pateat res vlla sacra, per vllum simulationis inuolucrum, fanè ne utiqua patitur iuris æquitas, Proque hac etiã causa, tulit Rota præiudicium, priori suo iudicio, planè contrariū: prior tamen sententia, doctoribus nostris magis, an ut crebrior, an ut ac commodatior indulgentiorque probatur, hætenus scribebam, & quantum in me erat, scripta perpoliebam, quum ecce, hoc loci, tum incommoda valetudine publicis post occupatus negotiis, ob intercursum, inopinatum mandati regii, præ quo, & studia, & res cæteras omneis, post putari necesse est, coactus sum cœptam scriptionem desinere, eaque,

f Rota deci.
cccclv. in ant.
tist.
t aufre. la. de
ci. ad capel.
tholo. dcci.
cccclxxi.

in aliud cōmodius tempus atque otiosum magis, rescribere. Tu interea (Lector) hisce fruiere, & caue putes, quin reliqua tibi, breui tradantur, si quidem vita suppeditat, atque de eo, sponsonem hīc, per epistolam adiicio, ut mecum, etiam ob signatis ex tabellis, si quidem desum, agere queas, atque non exoluti promissi, diem dicere, Tum ut etiam eorum, quę restant, hanc per attextam epistolam, rationem explicatis percipias.

Ad Lectorem.

IGitur (Lector) quum hīc restitisssem, ob, sub finem istius Decembris superuenientem cuiusdam febris accessionem, moxque subsequutā, quam dixi, publicam occupationem, suasu tamen amicorum faciendum esse duxi, ut quę iam essent exarata, & à me, quatenus mea tulit facultas, paulò expolita, tu interim haberes, dum cetera, maius nactus otium, pergam item exornare, atque in aduersariis iam nunc congesta, claro & decenti ordine, digerere, id quod maturè spero facturum: interea, quid in rem tuam, in hisce, quę dedimus, sit à nobis nauatum, tu iudicato. Certè quod ad me attinet, equidem, quod in eo, atque omni alio literario genere possum, sentio esse per quam exiguum: id vnum modò, dicam, me quicquid artis, hoc in rerum sacrarum genere, longo mihi studio, longaque forèsi exercitatione, quęsitæ, cui forensi exercitationi, annos plus minus viginti, tum Burdigalæ, tum Parisiis, meam in senatu, pro senatore impendi operam, ibique hīcque ferè coniecisse: Porro, quę restāt, partim in tertio libro, qui nondum hic est absolutus, partim in quarto cuius, nihil dum, hīc damus, ut sunt negotii longè expeditioris, ita causam, mea quidem sententia, explicatione, multò dignissimam complectūtur, propterea quod, horum in foro creber sit usus, ac propemodum quotidianus, sintque iuris nostri municipalis & moris Gallicani, ad quę dirigenda est, omnis isthęc in primis sacerdotalis materies, obseruata, multisque senatusconsultis enucleata interpreta-

tio, nam liber, qui superest, quartus & postremus, item tertii qui nunc editur, pars aliqua, suis omnibus numeris nondum absoluta, hęc ipsa continet, causamque omnem excutit, quę tum à nouissimis edictis regiis, tum à iure sumitur concordatorum & quę etiam nūm viget in aula romana, & pontificia: ut interim non omittam, nonnulla thematum capita, quę in superioribus libris, alicubi imperfecta, neque omni ex parte, uti volebam, utique in horum rubrica proposueram facturum, consummata, uti dimitterem, effecerūt intercurrentia negotia, quę subinde interpellando manum iubebant, de tabula abduci, ea inquam capita, dum excudetur hęc quę restat quarta pars altera, tibi plenè accuratèq; tum explanata, tum ita confecta, ut nihil omninò desit, datum iri: nam iam à me deliniata sunt omnia, exscriptaque plenis in opisthographis, ita ut ad eorū expolitionem, dispositionemque & aptam collocationem, non ita admodū magnus supersit labor, nec tamen arripiendus, nisi in otio minus interpellato: Interea loci, tuę erit humanitatis, & laborem istum meum, & eorum, quę interiectis necessariis causis oppressus nunc, in absoluta dimitto, sumque suo absoluturus, atque daturus tempore, expectationem, moramque quantulacunque futura est, æqui boni consulere. Vale, Lutetia. 4. Non. Ianuar. 1557. Romano more.

Bibliopola, Lectori S.

NE putes (Lector) quę promittuntur de ea, quę restat, parte, fucum tibi fieri vllum, quasi nō sit suo tempore proditura, aut tu, in eiusce expectatiōe, futurus sis diutinus expectator, ita ut expectatio longa, gratiā absorbeat: utrobi- que enim, tibi me spō forè, hac breui dictione, adhibeo, scilicet, nihil huiusmodi quod fortassis vererere futurū: at omnia, & quidē fortasse, quę promittuntur maturius, representatum iri, eoque nomine, etiam, si vis, tibi veterum & iii

more, prædibus atque prædiis, fatisdabo: nec enim id sum facturur temerè, vt qui certò sciam omnia iam ab auctore, suo in autographo conscripta, nondum quidem digesta, suoque ordine decenter collocata, sed breui, in maiori otio, id omne ab ipso fiet. Quòd ni cum aliò auocasset publica occupatio, qua, imperio principis, ad conficiendam suam iurisdictionem, Burdigalam, iussus est ire properè, quum paulò antè, interuentu morbi, laborem etiam intermisset, vna certè eadèmq; opera, atque vigiliarum continuatione, opus omne absolutum, omnique ex parte, adornatum habuisses: Itaque valde eum tadebat imperfectum tibi dimittere, sed tantum valuerunt apud eum amicorum preces, qui nolebant tantum rerum dignissimarum, atque utilissimarum thesaurum, premi oculique diutius, & ad inopinata casuum, hoc est, vel valetudinis, vel (vt sunt humana) mortis, aut ad id genus omne fortuitorum, asseruari, vt ipse, hæc tecum interim, permiserit communicari, quibus tu, quod bonum quidem lætumque sit toti studioforum nationi, fruior, atque ex vnguibus, quod aiunt, leonem iudicato. Nam alia quoque magno in alio quidem, tum ciuiliu, tum pontificioru genere, possumus, ab ipsius immortalibus lucubrationibus si vita suppetat, & à publicis occupationibus, iurèque in senatu dicendo potest nonnunquam interquiescere, foelicissimè sperare: Hæc autem quæ nunc exeunt tibi, eò damus mediocribus typis, atque media, inter magnam & paruam iustæ marginis formã, foliis scilicet in quatuor cõplicitis, excusa, quia existimauimus, id, eo pacto, nunc ob rem tuam, nostramque magis fore, idque ipsum, approbavit idem præses auctor huiusce operis. Tum & quia sic vèdi queunt cõmodius, & quia quocũque voles, circũferri possunt expeditius, vti ea sèper, & vbique, præ oculis habere queas, atque ex his, in causa sacerdotiorum, & rerum sacrarum tum tibi probè consulere, tum in litibus, si quæ, vti quotidie fit, subiiciantur, rectissimè tibi cauere: at reliqua cum ti-

bi à nobis promètur, in altera scilicet editione, quia tum volumen, magnum, & operosum; si pusillo aut mediocri codice cuderetur, vt pote, in quatuor, vel octo conduplicatis chartis, exiret sanè in molem nimiam, atque indecentem crassitudinem, ea quidem omnia adiuuante deo, vna cum indice tum sigillatim, ad sua quoque thematum capita, vbi id non est factum, annectendo, per ipsummet tum auctorem, tum alio generali, eoque copioso, & locuplete rerumq; notabiliu singulatu omniu, iuxta alphabeti ordinè, & contextum annotante, in magna, laxaque & expansa forma, tibi trademus: Ac nihilo secius erit hic tibi, quem nunc in mediocri forma excusum damus, semper vtique etiam quum erit editum magnum volumen, & valde necessarius & admodum utilis, tum ob facilem, & expeditam sui, quocũque libebit, gestationem, tum ob varias tum rerum tum causarum decisiones, quas vbique poteris, hoc cum libro, in numero habere, atque animi etiam causa contrectare. Hæc beneuole habui lector, quæ hinc diceram, quæque in me reciperem, tibi, bona fide, suo, vt dixi, breui tempore præstitum iri, vale, Ex Taberna nostra Libraria in via Iacobea, propter eadem Mathurinorum Idibus Martiis. 1557.

& iij

SI aliquando, in contextu huiusce libri tertii deflexerimus à præscripta, in præfatione, instituti nostri ratione, atque ordinem initum in omnibus accuratè non obseruauerimus utpotè materies, dissertationūque capita, confusim quādoque intericiētes, contra ac fuerat dictū propositūque: ut scilicet primū, quomodo perueniatur ad sacerdotia, dein ut illa retineantur, quaque functione munerum deuinciantur, tum postremò, ut abdicentur, perdantur, dimittantur, ordine quicque suo appositaque & continuata, rerum serie ediffertaremus, uti hercle facturos nos autumabamus. Si inquam, aliquanto secus sit factum, atque mutata paululū proposita dispositione, vnum alii anteuertent, alterum porrò præposterè sit subsequutum, alterum præproperè delibatum, interposita utique intermixtaque; & inculcata pleraque omnia. Id nimirum cōmissum putatote, vel ob egressiones causarum dicendarum, quæ ob cōiunctionē materierū, sese nobis etiam nolentibus, obliquè ut sæpe fit in scribēdo, offererent quasque ut tum prætermittent, in aliūue locū reuerterent, quin quod tunc ob coniunctā tractationē præsens incurtebat, in præsentia quoque differerem, in animū nūquā meū inducere potui, vel id etiam & quidē maximè euenisse, pro certo ducite, ob publici officii interiectionē occupationū, ut sæpe dixi: quæ occupationes effecerūt, ut quum omnia in authographis meis congesta, atque suo decet loco, collocata haberent, ea dū exscribuntur festinatè, suo quādoque ordine aberrauerint, & quod sequi debebat, nonnūquam antecēdit, vel sit intermixtum, At tamē id nō factū multū, neque multis in locis, neque itē vsque aded, ut institutum ordinē vel euertat, vel prorsus cōfundat: Præterea nihil est omisū quoad eius fieri potuit, eorū quæ adferenda fuere, & sæpe interiecta sunt atque intexta, quæ alioqui nō proposueramus, ut materia alia aliā trudit, & sese quodā rerū fluxu suggerit, quæ quidē nihilofecius cognosse, atque attexta tū habuisse nō fuerit inutile. Et tamē hīc sub finē vos, qui hęc legetis, huiusce rei, admonitos volui, ut me mihi ipsi in omnibus cōstituisse sciatis.

ac quantacunque interpellarit publica occupatio rerum gerendarum, tamen ad isthęc omnia, quæ sic damus maturè aduertisse pernoscat, quū & nonnulla sanè eorum, à me facta sint, atque sic interiuncta immixtaque, præter etiam ordinem institutū, perpenso quidem postea, & accurato iudicio quod res plerūque, incidit quæ aliā contra ac primò institueram, ut pote præsentiorē collocationem appositionemque; desiderarit, quod & vos ipsi videbitis, si ad omnia isthęc, vel paulum quidem, intenderitis animum.

Errata sic corriguntur quæ admisit inconsiderantia operariorum.

Fol. 3. versu. 14. lege itidem. fol. 7. in annotatione, pro in ligū lege in vitis pontificum, Eodem. fol. sub finem lege vespasianus. f. 8. ver. 36. in homines illabi. f. 13. ver. 65. p exhibitio, lege exhibito. f. 15. ver. 41. dele ni. f. 16. ver. 16. sine cuiusquā, eodem. fol. ver. 40. sic interpunge dies, Clericis hoc est & cetera. f. 19. ver. 60. sacerdos. f. 12. in annotati. p sextus lege fixtus. f. 23. ver. 43. errari. fol. 24. ver. 5. eam obstinatis. fol. eod. ver. 32. dele, ei. fol. 26. 17. deme si. fol. eod. ver. 35. suum, exererēt. fol. 27. ver. 49. imperium. fol. 28. ver. 2. venum, eod. fol. ver. 9. occuparentur pro aucuparentur. fol. 29. ver. 24. onere sui. fol. 29. ver. 36. uti ex his quæ super fluebant, alerentur etiam pauperes. fol. 30. ver. 42. politicum est, modo erogetur semper in pauperes, nec utique deferantur alia pietatis munera. fol. 31. lege vbique pro isidorus isidorus. 32. lege, vbique pro antropologia, anthropologia. fol. 37. annotat. pro vesa, lege vasa. fol. eod. in ultimo versu, repetatur dicaturque; fol. 38. ver. 36. At hęc verba. fol. 40. vlti. versu, uti temerè nusquam. fol. 42. ver. 2. conquerit. fol. 43. ver. 54. lege hic & vbiq; pro presbiteris, presby, per y. fol. 49. ver. 17. fin id fieri. fol. 49. ver. 43. lege antecessisse. fol. 50. ver. 31. lege omnem. fol. 52. ver. 14. lege ne recipiuntur, neu admittuntur: ac vbi reperies, cum istis imperatiuis (non) pro eo repone (ne) vel (neu) fol. 53. ver.

19. pro & finitam³, lege at finitam. fol. 53. ver. 15. lege ad id de
legati negotii præsentia. fol. 60. ver. 9. lege Episcopum. fol.
62. ver. antepenul. lege antistes paulo post lege, siquidẽ pro-
batur. fol. 67. ver. 45. lege virilis sit. fol. 70. ver. 40. Chalcedo-
ne, pro chalcedoni. fol. 71. ver. 5. lege siue pro sine. eod. fol.
ver. 17. Antestato. fol. 73. ver. 15. insigniendos. fol. 77. ver. 35.
adfert enim. fol. 79. sub finem, pro noxius lege obnoxius. f.
82. ver. 4. lege pro dierant. fol. 83. ver. 45. pro quisq; lege quif-
quis. fol. 84. ver. 50. profligatam. fol. 86. ver. 8. pro sua lege ip-
sius. fol. 87. ver. 17. sequuntur. fol. 92. ver. 33. lege ne desit. fol.
94. ver. 4. lege & minister. fol. 94. ver. 11. pro grauanto lege
aggruanto. fol. 98. ver. 50. lege habuerit episcopos. fol. 98.
ver. 10. lege antestaret. fol. 100. ver. 14. antestato. fol. eod. ver.
55. pro eũ, lege enim. fol. 101. ver. 7. pro illis, lege, illic. fol. eo.
paulò infra pro distante, lege distantię. fol. 101. ver. 60. vllus
imperator, & dele, ne. fol. 102. ver. 1. lege id tum. fol. eod. pro
angustiis lege angustiis. fol. 103. ver. 66. pro capessere lege ca-
pessent. fol. 104. lege honorato. fol. 105. lege maledicto pro
maledicito. f. 107. ver. 1. fcenerantor. fol. 111. ver. 30. pro prote-
ritur, lege protegatur. fol. 114. ver. 21. lege pertinens. fol. 114.
pro agitor lege cogitor. fol. 115. pro protusi lege protrusi.
fol. eod. lege iuuantor. fol. eod. ibi & semper pro idolatra le-
ge idololatra. fol. 117. pro scita lege scitu. fol. 119. pro reliquis
lege reliquus. fol. eod. lege diis. fol. 120. lege irroganda pro
arroganda. fol. 122. lege piorum pro priorum. fol. 123. ver. 9
lege sic personarum respicere. fol. 124. lege nihilominus con-
nubialis. fol. eod. licet hoc posterius. fol. eod. lege coniugii
duntaxat. ver. 46. fol. 127. pro inducito lege incidito. fol. 129.
aliis se religionibus. fol. 133. præterquam quod æternum. fol.
134. verum Gratianus id tribuit, & dele. Est & quod. fol. 136.
ver. 12. pro sacrorum hominum lege sanorum. fol. 137. in re-
bus. eod. qui more iuris. fol. 140. proferre lege, pro proferri.
fol. 141. lege censeturne ius. fol. 142. suscipiētibus, possessio.
fol. 145. lege pro proprietatem, id faciendi potestatem. fol. 150.
porrò autem id quæstionis. fol. 153. lege, ita vt qui. fol. 167. cẽ-

feri debeat. eod. fol. pro interiu lege interi. fol. 169. ob quod
dictum fuit. fol. 170. interdictione, lege pro, introductione.
171. fodalibus aliis. 175. vsurpandum possessionis ius. 177. leg.
huius scientiæ. fol. 196. lege calculus, non calculis, eod. spe-
cie, ad copulationem. fol. 207. lege sic impetrati fani quũ sit
naturę consona. fol. 209. euertat. fol. 218 capite fana erogan-
di. 226. præfinito, certo que. fol. 227. quemue quasi. 231. per suã
cuique collationem. 238. per hanc quã impertit. fol. 254. ad-
scripto collegio. 264. qua videlicet. fol. 265. si igitur restituẽ-
dus. 268. temperandam. eo. fol. pro commendationi, lege con-
demnationi. 196. id ipsũ. 273. ludificatur. fol. 279. innitatur. 280
cui compertus, eo. uti est dictum. 283. ob sistat que. 298. iurãto
in epistola tertii libri ad lectorem, lege tralata ne existimes
& paulò post, sint restituta, eo, id concinnaure, & sub finẽ le-
ge inculcatis. Sunt & fortassis nonnulla errata alia, vt ferẽ ha-
bet omnis prima librorum editio, & potissimũ in citatio-
ne auctoritatum & locorum, qui in marginibus apponũtur
vbi maximẽ, ob exilitatem literularum impegerunt, errarũt
que operarii, sed quæ omnia inter legendum facile poterit
vnusquisque emendare.

F I N I S.

EDITA, HICQUE TESTATO, (VTI PAR EST,
& consultum,) consignata ab auctore relataque submissio.*

Quicquid in hac omni lucubratione, disceptatum est, aut diffinitũ, aut in præ-
cipuo thematum contextu, aut alias obiter, & in transitu, allatum, dictum,
enarratum, quod ad rerum theologicarum, sacrarumque causam spectet, id
omne cuiusmodi sit, Ecclesiæ catholicæ fidelisque primũ, constitutioni, necnon
etiam sacratę deinde academiarum, Parisiensis, ac reliquarum Theologiæ iudicio
& consultis, bona quidem cum uenia, bonaque cum gratia subiectum submissum-
que esto.* Et nihilominus, quicquid est omne, quod hocce in volumine continetur,
Theologicum quidẽ, sacra Parisiensis facultas, & approbavit, & suo commendauit
suffragio.

Parisius, in vrbe Lutetia, excudebat Oliuarius de Harfy,
Anno. 1557.

¶ Vanum proponuntur à Ponceto le Preux, Librario Iurato, &
censcripto, in via Iacobea * ad signum Lupi.*

